CURAE NOVISSIMAE

SIVE

APPENDIX NOTARUM ET EMENDATIONUM

IN

PHOTII LEXICON.

SCRIPSIT

IOHANNES FRIEDERICUS SCHLEUSNER

PHILOSOPH. ET THEOL. DOCTOR, HUIUSQUE PROF. PUBL. ORD. IN ACAD. VITEBERG. AEDI ARCIS ET ACADEM. PRAEPOSITUS, NEC NON CONSIST. REG. ECCLES. ASSESSOR.

LIPSIAE

SUMPTIBUS FRIED. CHRIST. GUIL. VOGEL

MDCCCXII.

VIRIS

EXCELLENTISSIMIS

AC

DOCTISSIMIS

GODOFREDO HENRICO SCHAEFERO

PROFESSORI LIPSIENSI

ET

CHRISTIANO AUGUSTO LOBECKIO

PROFESSORI VITEBERGENSI

DE LITERIS GRAECIS, HISQUE CURIS NOVISSIMIS IN PHOTII LEXICON OPTIME MERITIS

GRATI ANIMI TESTIFICANDI CAUSA

OBTULIT

AUCTOR.

AEQUO AC ERUDITO LECTORI

S. D. P.

IOHANNES FRIEDERICUS SCHLEUSNER.

Biennium est, cum *libellum animadversionum ad Photii Lexicon* ederem, in quo mihi ipse hos constitueram terminos, ut speciminis quasi loco eas tantum exhiberem conjecturas et emendationes, quae mihi satis certae ac necessariae adeo viderentur, et maxime auctoritate eorum Lexicographorum veterum, quos *Photium* ex parte descripsisse constat, confirmarentur. Nunc quoque, mutato consilio, animadversiones in reliqua *Photii* loca satis multa, quae vel medela critica vel observationibus philologicis egere mihi quidem videbantur, uno volumine collectas, atque certo ordine digestas in lucem proferre mihi visum est, in quibus quid a me praestitum sit, aliis dijudicandum eo libentius relinquo, quo minus vel maxime iniqui ac morosi judices negare poterunt, jam opera mea ita instructum *Lexicon Photianum* esse, ut, paucis locis exceptis, de quibus

mihi non solum, sed etiam aliis me longe doctioribus prorsus desperandum esse videbatur, ab omnibus legi sine offensione possit. Nam illud quidem non vereor, ne vitio mihi vertatur, quod ego mihi ipse *Photium* observationibus philologicis et criticis illustrandi imposuerim provinciam, adeoque susceperim operam, quae ab iis, qui cum quadam excellentia Philologi vulgo vocantur, exspectanda potius fuisset. Quemadmodum enim, uti omnes sciunt, studia mea ab hoc literarum genere nullo unquam tempore aliena fuerunt, ita nemo jure mihi succensebit, quod, quantum caeteris ad voluptates conceditur temporum, quantum alii tribuunt tempestivis conviviis, quantum denique ludis, tantum egomet mihi ad haec studia recolenda sumserim. Ita vale, benevole lector, mihique favere perge.

Scripsi Vitebergae Calend. Mart. MDCCCXII.

CURAE NOVISSIMAE

IN

PHOTII LEXICON.

Col. 9. Ἄ, τὸ ἄλφα περισπασθὲν δηλοῖ τὸ εἶθε, οὕτως γὰρ Καλλίμαχος κέχρηται κ. τ. λ. Confer praeter *Apollonii Lexicon Homericum* p. 1. sequ. ed. *Tollii*, *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta (quae *Lugd. Batav.* 1800. octonis prodierunt) p. 134. sequ. atque *Interpretes* ad *Hesychium*, a quibus etiam sedes locorum scriptorum veterum in hoc articulo adductorum indicata est.

Col. 10. Ἄαπτον, ἰσχυρὸν, βαρὺ, χαλεπόν. οἱ δὲ ἄπληστον, κ. τ. λ. Verba οἱ δὲ ἄπληστον aliena sunt ab hoc articulo et pertinent potius ad Ἄατον aut Ἀάατον. *Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 469. Ἀάατον, ἀπλήρωτον. Ἀθηναῖοι, ἀκόρεστον. Idem: Ἄατον, ἀπλήρωτον. —— Formula χεῖρας ἀάπτους, quae in hoc articulo commemoratur, aliquoties usus est *Homerus*, v. c. *Iliad.* λ' 169, μ' 166, ν' 49 et π' 239.

Ibid. Ἀάπτους, οἱ μὲν δασύνοντες τὸ δεύτερον α ἀκούουσιν ἀπροσπελάστους κ. τ. λ. Referendam esse hanc glossam ad *Homeri Iliad.* ά v. 567. nemo facile inficias ibit. Confer *Apollonii Sophistae Lexicon Homer.* p. 3 sequ. ibique Intt. nec non *Montfauconii Bibl. Coislin.* p. 458.

Col. 11. Ἄγχιστα, ἔγγιστα. Confer *Eustath. ad Iliad.* β', p. 173. *Gloss. gr. Rutgersii*: Ἀγχιστὸν, πλησίον.

Ibid. Ἀγχιστεία, συγγένεια, καὶ ἀγχιστεῖς κ. τ. λ. Totidem verbis hic articulus legitur quoque in *Schol. Luciani* in *Timone* cap. 51. Vol. I. *Opp.* p. 120. ed. *Bip.* In fine tantum loco τοῖς οἴκοις reperitur τοῖς οἰκείοις, quod mihi praeferendum videtur, quamquam non ignoro, etiam οἶκον haud raro, ut latinorum *domus*, *personas in domo degentes*, *familiam*, *liberos* significare. Confer *Lexicon meum N. T.* s. h. v.

Ibid. Ἀγχιστίνδην, οἱ κατὰ ἀγχιστείαν κ. τ. λ. Coniecturam a me ad h. l. in *libello Animadversionum* propositam, e qua τὸ κατὰ ἀγχιστείαν scribendum est, confirmat quoque *Etymol. M.* col. 14, l. 47. Vide quoque *Pollucis Onom.* lib. VI. cap. 27. sect. 175. p. 665.

Ibid. Ἀγωνία, Ξενοφῶν ἀντὶ τοῦ ἀγών. nempe *Cyrop.* II, 3, 6. ἐν δημοτικῇ ἀγωνίᾳ. Confer *Suidam* et *Alberti* ad *Hesychium*.

Col. 12. Ἀγῶνα, καὶ Ὅμηρος τὸν τόπον αὐτὸν, ἐν ᾧ ἀγωνίζονται (v. c. *Iliad.* σ' 376 et ψ' 258 et 273). Θουκυδίδης έ (cap. 50.) προσελθὼν εἰς (legendum προελθὼν ἐς) τὸν ἀγῶνα, ἀνέδησε τὸν ἡνίοχον.

Ibid. Ἀγωνιᾶν, Ἰσοκράτης (nempe ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως, ut diserte monet *Harpocration* p. 11. ed. *Maussaei*, quem compilavit *Photius*) ἀντὶ τοῦ ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἀγωνιῶντες ἀντὶ τοῦ ἀγωνιζόμενοι, ὁ αὐ-

τάς. nempe ἐν τῷ Πανηγυρικῷ, quod idem addit. Sed in neutro horum reperitur vox ἀγωνιᾷν, ut recte monuit Doct. *Corayus* ad *Isocratem* T. II. p. 146.

Ibid. Ἀγωνοθέτης, ὁ ἐν τοῖς σκηνικοῖς κ. τ. λ. Confer *Sallierium* ad *Moerid.* p. 67. sequ.

Ibid. Ἀδαγμὸς, ὀδαξησμὸς, ὅπερ ἐστὶ κνησμός· οὕτως Σοφοκλῆς. nempe in *Trachin.* v. 769. ἦλθε δ' ὀστέων Ἀδαγμὸς ἀντίσπαστος, ut *Brunkius* ex *Lexico Photii* restituit.

Ibid. Ἄδασμος, οὐδένα δασμὸν ἐκτείνουσα κ. τ. λ. Iis, quae a me ad h. l. in *libello animadversionum* c. 2. observata sunt, addenda est conjectura, quam Celeb. *Lobeckius* mecum communicavit, qui loco ἐκτείνουσα legere mavult ἐκτίνουσα, quod propius ad impressam lectionem accedit, quam ἐκτελοῦσα, quod habet *Hesychius.* Caeterum in apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. I. c. 85. n. 15. pro δασμὸν τῆς οἰκήσεως perperam legebatur: δεσμόν.

Ibid. Ἀδεὲς δέος. τάσσεται ἐπὶ τῶν τὰ μὴ φοβερὰ φοβουμένων κ. τ. λ. Pertinet haec glossa, ut vel ex *Suida* apparet, ad locum *Platonis* in *Symposio* §. 20. ubi legitur: ἀδεὲς πάλαι δέος δεδιέναι. *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 48. ἀδεὲς δέος] ἐπὶ τῶν τὰ μὴ ἄξια φόβου δεδιότων. ὅμοιον τούτῳ καὶ τό· ψοφοδεὴς ἄνθρωπος.

Col. 13. Ἀδεκατεύτους, ὧν οὐκ ἀνατίθεται ἡ δεκάτη τοῖς θεοῖς. Pertinere videtur haec glossa ad *Aristoph. Equit.* v. 301. ubi *Schol.* ἀδεκατεύτους τῶν θεῶν] μὴ δεδωκότα ἀπ' αὐτῶν τὴν δεκάτην μοῖραν τοῖς θεοῖς.

Ibid. Ἀδελφίζειν, τὸ ἀδελφόν τινα —— οὕτως Ἰσοκράτης. Lacuna, quae post Ἰσοκράτης in Cod. D. reperitur, ex *Harpocratione* p. 12. facile suppleri potest. Caeterum hanc vocem, quae in *Isocratis Aegineta* cap. XV. (p. 390. ed. *Steph.*) reperitur, eidem etiam tribuit *Iul. Pollux Onom.* III. 24. Confer *Corayum* ad *Isocrat.* T. II. p. 281.

Ibid. Ἄδην, τὸ ἅλις κ. τ. λ. Est glossa *Platonica.* Locus e *Charmide,* qui in sequentibus adducitur, reperitur p. 235. e. ed. *Lugd.* Confer quoque *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 89.

Ibid. Ἀδηφάγοι, τριήρεις λέγοιντ' ἂν οἱ ἐντελόμισθοι κ. τ. λ. In *Harpocratione* (quem compilavit *Photius*) p. 11. cum duplici δ scribitur Ἀδδηφάγοι, pariter ac *Aeliano* lib. XIII. *de anim.* cap. 9. Sed auctor *Etymol. M.* col. 553. l. 55. et c. 554. l. 5. impressam lectionem habet, cum quo etiam convenit *Eustathius* p. 1394. Conf. *Sallierium* et *Piersonum* ad *Moerid.* p. 89 sequ. ac Vol. VI. *Oratt. GG.* p. 16, 16.

Ibid. Ἀδιάφθορον, ἄμωμον. —— ὡς Αἰσχίνης φησὶν, ἀδιαφθόρως. Scilicet in *Oratione contra Timarchum* Vol. III. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 147. καὶ τὸ μὲν ἀδιαφθόρως ἐρᾶσθαι.

Ibid. . . . . οἱ μὲν δέκα τὸν ἀριθμὸν κ. τ. λ. Pertinet hoc fragmentum ad vocem Ἐπώνυμοι, ut recte monuit Cel. *Hermannus,* hausit tamen sua *Photius* ex *Harpocratione* (p. 169.) apud quem tamen loco: ἕτεροι δὲ δύο. καὶ τοὺς μὲν ἀφ' ὧν αἱ ἡλικίαι κ. τ. λ. rectius legitur: ἕτεροι δὲ, δύο καὶ τεσσαράκοντα, ἀφ' ὧν κ. τ. λ.

Ibid. Ἐπώνυμοι, οἱ κατ' ἀρετὴν διαπρέποντες ——— ὑφ' ὧν (*Etymol. M.* col. 369. lin. 6. quem descripsit *Photius,* habet: ἀφ' ὧν) ——— πρῶτον δόξαι (*Etymol. M.* inverso ordine habet: δόξαι πρῶτον) —— καὶ ἕκαστον ὀνόματα ἴδια (in *Etymol. M.* legitur: ἕκαστον ἑκατὸν ὀνόματα ἴδια. Illud ἑκατὸν ob antecedens ἕκαστον facile excidere potuit.) —— ἵνα ἐντυγχάνοντες αὐτοῖς (αὐτοῖς omittit *Etymol. M.*) οἱ βουλόμενοι κατηγορῶσιν. Vide *Stanlejum* ad *Aeschyli Sept. c. Theb.* p. 749.

Col. 15. Ἐποπτευκότων. οἱ μυηθέντες —— ἐποπτεύειν λέγονται. In compendium redegit *Photius,* quae longe pleniora leguntur apud *Harpocrationem* p. 170.

Ibid. Ἐπώχετο, ἐπεπορεύετο. Respexit sine dubio *Photius Iliad.* ά. v. 50 et 383.

Ibid. Ἔρανον, ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον, — — Ἔρανος, ἐντολὴ, εἰσφορὰ, ἢ συλλογὴ, ἢ σπουδαιότερον. Quid sibi in fine huius articuli velint verba: ἢ σπουδαιότερον, nemo facile intelleget, nisi qui *Etymol. M.* (cuius scrinia compilavit *Photius*) col. 369. l. 31. contulerit, e quo luculenter apparet, utramque glossam conjungendam, ac ita legendam et explendam esse: Ἔρανος, τὸ ἐκ συνεισφορᾶς δῶρον. ἐντολὴ, εἰσφορὰ, ἢ συλλογή. ἢ σπουδαιότερον ἀπὸ τοῦ συνερᾶν καὶ ἐπιθυμεῖν καὶ συνεισφέρειν τὶ τοῖς φίλοις, καὶ εὐωχεῖσθαι κ. τ. λ.

Ibid. Ἐρανίσας, Δημοσθένης (Vol. II. p. 1484. 2. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.*) ἀντὶ τοῦ ἔρανον αἰτήσας κ. τ. λ. Desumta haec sunt ex *Harpocratione* p. 171. s. v. Ἐρανίζοντες. A voce Ἐρανιστὴς novus articulus incipere debebat, ut ex *Etymol. M.* col. 369. l. 38. apparet, ex quo totus hic articulus desumtus est.

Ibid. Ἐραστριᾶν καὶ ἐρωτίζειν λέγουσιν. Loco ἐρωτίζειν scribendum est ἐρατίζειν. Confer *Eustathium* ad *Iliad.* p. 1122, 29. τὸ δὲ κρειῶν ἐρατίζων περίφρασις ἐστι τοῦ πεινῶν.

Ibid. Ἐρατευχεύειν, στρατεύεσθαι. In *Lexicis Hesychii* et *Phavorini* legitur: Ἐρατεινεύειν. Confer *Intt.* ad *Hesychium* T. I. c. 1416. n. 21. Pro στρατεύεσθαι forte scribendum est στραγγεύεσθαι.

Ibid. Ἔργα νέων, παροιμία κ. τ. λ. Confer *Harpocrationem* s. h. v. p. 170. ex quo sua hausit *Photius*.

Ibid. Ἐργίσκη, τῆς Θρᾴκης ἐστὶν κ. τ. λ. Idem tradit auctor *Etymol. M.* col. 369. lin. 54. Uterque descripsit *Harpocrationem* p. 171. ad quem conferendae sunt *Valesii Observationes* p. 76. *Schol. Demosthenis* e *Cod. Bavarico* Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 18. Ἐργίσκη, ὃ λέγουσι νῦν Σεργέντζιν.

Col. 16. Ἐργοκλῆς καὶ Ἐργόφιλος κ. τ. λ. Desumta haec sunt ex *Harpocratione* p. 171.

Ibid. Ἐρέβινθος, αἰδοῖον. Confer *Aristoph. Acharn.* v. 801. *Toupii Emendatt. in Suidam* P. II. p. 561. ed. *Lond. Eustathium* c. 948. l. 47. ac *Zonarae Lexic.* Tom. I. p. 858.

Ibid. Ἐρεσχελεῖν, πολὺ παρὰ Πλάτωνι τῷ φιλοσόφῳ, καὶ παρὰ Ἴωσιν. Pleniora haec leguntur in *Etymol. M.* c. 371. l. 3. Ἐρεσχελεῖν σημαίνει τὸ ἀπατᾶν. πολὺ παρὰ Πλάτωνι καὶ παρ' Ἴωσιν. Confer etiam *Intt.* ad *Moerid.* p. 158.

Ibid. Ἐρήμη δίκη, ὅταν μὴ ἀπαντήσας κ. τ. λ. Eadem leguntur in *Schol. Gr. Cod. MS. Bibl. Laurent.* ad *Platonis Apol. Socr.* c. 2. ed. *Fischeri* et in *Scholiis* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collectis p. 4. Confer *Reitzium* ad *Luciani Piscat.* Tom. III. p. 484. ed. *Bipont.*

Ibid. Ἐρείκη, εἶδος φυτοῦ. *Frutex non mullum a myrice differens, colore roris marini, et paene folio. Hoc adversari serpentibus tradunt.* *Plin. H. N.* XXIV. 39. Confer *Schol.* ad *Nicandri Theriaca* v. 610. et *Schneiderum* ad h. l. p. 345.

Col. 17. Ἐρικνώμενον. Excidit sine dubio ῥυτίδας ἔχον, quae addunt *Hesychius* et *Phavorinus*. Ἐῤῥικνωμένα πρόσωπα occurrunt apud *Dioscorid.* l. V. c. 56. p. 663. Vide *Gronov.* ad *Senec.* lib. II. de *clement.* cap. 6. p. 113. et *Hahn* de *antiquit. variol.* p. 124. sequ.

Ibid. Ἑρκείου Διός. ἕρκον Ἀθηναῖον τὸν οἶκον ἐκάλουν. In *libello animadversionum* ad hunc *Photii* locum typothetae errore ἕρκον editum est pro ἵρκος.

Ibid. Ἕρκειος Ζεὺς, ᾧ βωμοὶ ἐντὸς ἕρκους ἐν τῇ αὐλῇ ἵδρυνται κ. τ. λ. In *Etymol. M.* col. 375. lin. 23. ubi eadem leguntur, ac *Pollucem Onom.* VIII. sect. 85. scribitur: Ἕρκιος Ζεύς. Receptam tamen lectionem tuetur praeter *Harpocrationem*, quem uterque exscripsit, *Phavorinus* ac *Eustathius* p. 1057, 31. Vide *Obrecht.* ad *Dict. Cret.* l. V. p. 269 sequ. et *Steph. Morini* Diss. V. p. 195.

Ibid. Ἑρμαῖ, Μενεκλῆς ἢ Καλλίστρατος ἐν τῷ περὶ Ἀθηναίων γράφει ταυτὶ κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione* p. 171. Loco ἐν τῷ περὶ Ἀθηναίων scriben-

dum est ἐν τῷ περὶ Ἀθηνῶν, h. e. *in opere de Athenis.* Nam de Athenis olim opus singulare scripsit *Menecles* seu *Callistratus* (de auctore enim dubitatur) teste *Harpocratione* in Ἑκατόμπεδον, et Κεραμεικός. Sed apud eundem in voce Ἑρμαῖ etiam Ἀθηναίων pro Ἀθηνῶν male scribitur.

Ibid. Ἑρμαῖον, τὸ ἀπροςδόκητον κέρδος κ. τ. λ. Eadem habent *Etymol. M.* c. 376. l. 15. *Schol. Luciani* in *Somnium* cap. 9. (Vol. I. *Opp.* ed. *Bip.* p. 10.) nec non *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 12. in quibus post κατεσθίουσιν in fine articuli reperitur hoc additamentum admodum necessarium: ταύτας δὲ τῷ Ἑρμῇ ἀφιεροῦσιν ὡς ὄντι καὶ τούτῳ ἑνὶ τῶν ἐνοδίων θεῶν.

Col. 18. Ἑρμῆς στροφεύς, ὁ παρὰ ταῖς θύραις ἱδρυμένος κ. τ. λ. Loco στροφεὺς reponendum est στροφαῖος, ut legitur in *Etymol. M.* col. 376. lin. 34. in quo etiam pro στροφέως in sequentibus perperam scribitur στροφαίου, ut iam recte observavit *Sylburgius.* Confer *Intt.* ad *Aristoph. Plut.* v. 1154. ac *Pollucis Onom.* lib. VIII. sect. 72. p. 898. *Hesychium* s. v. Ἑρμῆς στροφαῖος, et Στροφαῖος, ac *Phavorinum* c. 754. l. 3. ed. Basil.

Ibid. Ἑρμῆς (adde ὁ) πρὸς τῇ πυλίδι. Φιλόχορος (scilicet: ἐν πέμπτῳ Ἀτθίδος, quod diserte addit *Harpocration* p. 172. quem compilavit *Photius*) — — παρὰ τὸν πυλῶνα. Adde ex eodem τὸν Ἀττικόν.

Ibid. Ἑρμίας, ὄνομα κύριον, ὁ εὐνοῦχος ὁ τρίπρατος κ. τ. λ. Transtulit haecce *Photius* in *Lexicon* suum ex *Harpocratione* p. 172.

Ibid. Ἑρμοκοπίδαι, οὕτως ἐκλήθησαν οἱ τῆς περικοπῆς τῶν Ἑρμῶν. οὕτως Ἀριστοφάνης. v. c. in *Lysistrata* v. 1097. ubi vide *Scholia* et *Interpretes.* Loco: οἱ τῆς περικοπῆς τῶν Ἑρμῶν *Photius* sine dubio scripsit: οἱ περικόψαντες τοὺς Ἑρμᾶς. Confer *Hesychium* ac *Phavorinum* s. h. v. Potest tamen post τῶν Ἑρμῶν suppleri vox αἴτιοι aut simile quid.

Ibid. Ἕρμος, δῆμός ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος κ. τ. λ. Compilavit *Photius Harpocrationem* p. 173.

Col. 19. Ἔῤῥε, φθεῖρου, ἀπαλλάττου. Eadem verba leguntur quoque in *Timaei Lexico Platonico ed. sec.* p. 120. Confer *Iliad.* θ' 164 et *Odyss.* κ' 72, 75. ac *Eustathium* p. 1647, 61.

Ibid. Ἔῤῥει, καταπίπτει. Scribendum est sine dubio κατέπιπτε. Confer *Alciphr. Epp.* lib. I. ep. 38. ibique *Berglerum* Tom. I. p. 237. ed. *Wagneri.*

Ibid. Ἐῤῥέτω, οἰμωζέτω, φευγέτω. Pertinet haec glossa ad *Aristoph. Equit.* v. 670. vbi vid. *Schol.*

Ibid. Ἔῤῥηκε, φθείρεται. Num scripsit *Photius*: Ἔῤῥεται, φθαρεῖται?

Ibid. Ἐῤῥηνοβοσκός, ὁ προβατοβοσκὸς ἐν Τυροῖ β' τοῦ Σοφοκλέους. ἴσως ἀπὸ τοῦ ἄρην. Proprie scribi debet et secundum hanc etymologiam Ἀρηνοβοσκὸς, quod ab *Hesychio* eodem modo explicatur, sed alteram formam idem quoque *Hesychius* cum auctore *Etymolog. M.* agnoscit.

Ibid. Ἐῤῥωπίζομεν, εὔμικτα καὶ συμπεφυρμένα ἐποιοῦμεν. Quamquam impressa lectio συμπεφυρμένα quodammodo admitti et explicari potest, mallem tamen ductus auctoritate *Etymolog. M.* (col. 377. l. 29. quem compilavit h. l. *Photius*) legere συμπεφορημένα. Addit enim uterque: ῥῶπος γὰρ ὁ ποικίλος καὶ λεπτὸς φόρτος.

Ibid. Ἐρυγγάνειν, ὃ ἡμεῖς ἐρεύγεσθαι. *Theodoret.* de *Providentia Orat.* V. p. 197. Confer *Thom. Mag.* p. 367. et *Phrynichi Eclog.* p. 20.

Ibid. Ἐρυθραῖοι, οἱ ἀπὸ πόλεως τῆς ἐν Ἰωνίᾳ Ἐρυθρᾶς καλουμένης. Eadem, sed longe pleniora, reperiuntur apud *Harpocrationem* p. 173.

Ibid. Ἔρυγμα, φύλαγμα καὶ τεῖχος. Nihil certius mihi videtur *Lobeckii*, Viri Doctissimi, conjectura, loco Ἔρυγμα reponentis Ἔρυμα, quod occurrit apud *Onosandrum* in *Strateg.* cap. 32. *Hippocratem* de *morbis sacr.* p. 329. et *Phurnutum* de natu-

ra deorum cap. 16. p. 164. Quomodo enim Ἔρυγμα, ab ἐρεύγω deducendum, hic locum habere possit, plane non video. Postulat quoque hanc emendationem literarum ordo. Confer etiam *Etymol. M.* c. 378. l. 23. ac *Phavorinum* s. v. ἔρυμα c. 758. l. 46.

Ibid. Ἐρυσίβη, θηρίδιόν τι ἐν τῷ σίτῳ γινόμενον κ. τ. λ. Confer *Xenoph. Oecon.* V. 18. ac *Fischeri Indicem Graec. Aeschineae* s. h. v. Secundum *Eustathium* p. 1630. l. 43. ita dicitur παρὰ τὸ ἐξ ἀέρος βαίνειν.

Col. 20. Ἐρχθέντα, ὕδατι ἀποπνιγέντα. Haec quoque habet *Etymol. M.* s. v. Ἔρσαι col. 377. lin. 44. Est glossa *Homerica* pertinens ad *Iliad.* Φ. v. 282. ubi vid. *Schol.* In *Phavorino* col. 760. l. 2. legitur, ac fortasse rectius: Ἐρχθέντα ἐν ὕδασιν, ἀποπνιγέντα, ac paulo post: Ἐρχθέντες, ἀποπνιγέντες. Confer et *Schol. Aristoph.* ad *Acharn.* v. 329. et *Bentleji Opusc. Philol.* p. 482.

Ibid. Ἐρχίασθαι. Ἐρχία, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. Necessario rescribendum est: Ἐρχιάδαι (ut habet Codex D.) ad analogiam vocis Ἐροιάδαι, et similium, quae sunt in opere *Stephani Byzantini* obviae; nisi malis ex *Harpocratione* p. 173. Ἐρχιάθεν seu Ἐρχειάθεν legere, qua voce usus est *Dinarchus contra Stephanum.*

Ibid. Ἐσάλευε καὶ ἀπεσάλευε — — ὡς Δίων ἐν Ῥωμαϊκοῖς (*Etymol. M.* c. 381. l. 3. habet: ἐν τῇ Ῥωμαϊκῇ ἱστορίᾳ) — — ἐπὶ δὲ ἄνθρωπον (lege: ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων) — — ἀπεσάλευεν. Ex eodem *Etymologico* apparet quoque, in fine hujus articuli nullam lacunam esse.

Ibid. Ἔσβη, ἐσβέσθη, ἐπαύσατο. Fortasse ex *Epigrammate* apud *Athenaeum* lib. X. p. 436. E. ἔσβη ὅδ' ὡνὴρ, Ἄνθρωπ', ἐκ χανδῆς ζωροποτῶν κύλικος.

Ibid. Ἐσδραμύλιζεν, ἔδραμε. *Phavorinus* col. 764. lin. 25. habet Ἐσδραμύλιξον, εἴςδραμε. Forte legendum: Ἔσδραμε, λέξον, εἴσδραμε.

Ibid. Ἐσέφθην, τὸ ἐσεβάσθην, Σοφοκλῆς. Scilicet Δαιδάλῳ, ut ex *Hesychio* intelligitur.

Ibid. Ἔσθος (pro ἐσθὴς e *Dialecto Dorica*). ἱμάτιον. Confer *Aristoph. Lysistr.* v. 1098. et *Hom. Il.* ω'. v. 94.

Ibid. Ἔσκαλεν, ἐσκάλευεν, ἐσάλευεν, ἠρεύνα. *Suidas*, *Cyrillus Alex.* (Confer *Tittmanni Proleg. in Zonaram* col. CIII.) et *Phavorinus* col. 765. lin. 65. habent: Ἔσκαλλεν, quod reponendum est in *Photio.* Caeterum pertinere videtur haec glossa ad Psalm. LXXVI. v. 6. καὶ ἔσκαλλον τὸ πνεῦμά μου, ubi *Ald.* et *Complut.* habent ἔσκαλλε, *Aquila* σκαλεύσει, *Symmachus* ἀνηρεύνων, et, secundum vetus *Scholion* in editione *Bosiana*, *Theodotion* ἐξηρεύνησεν. Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. v. Ἔσκαλλον, *Pricaeum* ad Psalm. LXXVI. p. 1256. *Colomesii Obss. SS.* p. 640. et *Bielii Thesaurum Philologicum* s. v. σκάλλω.

Ibid. Ἐσκήνησαν, ᾤκησαν. Male hic librarius posuit Ἐσκήνησαν pro Ἐσκήνωσαν.

Ibid. Ἐσκληκότα, προσλιπαροῦντα, προςεσκληκότα κ. τ. λ. Desumta haec sunt ex *Etymol. M.* col. 384. l. 54. Loco προςλιπαροῦντα forte legendum est λιποσαρκοῦντα, quae vox apud *Hippocratem* occurrit. Vide *Abreschium* ad *Aristaenet.* lib. I. p. 19.

Ibid. Ἐσκοροδισμένος, παρωξυμμένος, ἀπὸ τῶν σκορόδων κ. τ. λ. In *Etymol. M.* c. 384. l. 51. legitur: Ἐσκορδισμένας. Quaenam harum lectionum praeferenda sit, vix definiri poterit, nam σκόρδον et σκόρδιον est idem quod σκόροδον. Verbum tamen σκορδίζω apud graecos scriptores, quantum equidem scio, non reperitur. — — Sequuntur verba: μεταφορὰ δὲ ἀπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων, τῶν διὰ τὴν νόσον χριομένων σκόροδα. Mendum hic subesse me monitore haud eget. Allium illinitur quidem adversus podagram, sed gallinaceis devorandum inditur, ut ejus calore ad pugnas incendantur. Auctor hujus rei est *Lexicographus*, quem descripsit *Phavorinus*, qui

col. 766. lin. 21. haecce habet: Ἐσκορωδισμένος μάχῃ. Ἀριστοφάνης. μετήνεγκεν ἀπὸ τῶν ἀλεκτρυόνων. ὅταν γὰρ εἰς μάχην συμβάλλουσιν αὐτοὺς, σκόροδα διδόασιν αὐτοῖς, ἵνα δριμύτεροι ἐν τῇ μάχῃ ὦσιν. Quae cum ita sint, mallem ego ante τῶν διὰ τὴν νόσον κ. τ. λ. inserere voculam καὶ, et hunc omnia bene se haberent.

Col. 21. Ἕσμος, πλῆθος, ὄχλος, κυρίως τῶν μελισσῶν, παρὰ τὸ ἅμα πετομένας ἵεσθαι. Idem tradit *Etymol. M.* col. 383. lin. 9. et ex eo *Phavorinus*, nec non *Pollux Onom.* lib. I. cap. 15. sect. 254. p. 150. In utroque autem Ἑσμὸς rectius scribitur. Confer etiam *Eustathium* p. 187. 16. qui per σμῆνος τῶν μελισσῶν interpretatus est, ac *Schneideri Lexicon Criticum gr. l.* s. h. v.

Ibid. Ἐσμυρνισμένον, σμύρνῃ ἐπεστυμμένον, μύρον γὰρ παρὰ τὸ τῇ μοίρᾳ συνέψεσθαι. Eadem leguntur quoque in *Etymol. M.* c. 384. l. 56. hoc tantum discrimine, ut loco μοίρᾳ reperiatur ibi μύρα, omisso articulo τῇ. Sed neutra harum lectionum locum habere potest. Nullus enim dubito rescribere τῇ μύῤῥᾳ, quam lectionem partim ἐσμυρνισμένον postulat, (Confer *Lexicon* meum *in N. T.* s. v. σμυρνίζω) partim tuentur ea, quae *Etymolog. M.* infra c. 595. l. 29. habet, ubi scripsit: Μύρον, τινὲς ἀπὸ τῆς μύῤῥας. *Myrrheum crinem* dixit *Horat.* Od. 14. lib. III. v. 22. Vide *Gifanii Indic. Lucret.* p. 408.

Ibid. Εἰς ὀλβίαν, ὡς εἰς μακαρίαν. τὸ εἰς ᾅδου. Literarum ordo postulabat, ut ederetur: Ἐς ὀλβίαν (Omissum autem est Βάλλ', ut me docuit *Schneiderus* in *Lexico Critico l. Gr.* s. voce ὄλβιος, qui hanc ipsam formulam adduxit, sed loco non laudato, unde desumta sit.), quemadmodum et in sequente articulo Ἐς ὀψιγόνους loco impressi Εἰς ὀψιγόνους rescribendum erit. Sed haec levia sunt. — Pro τὸ εἰς ᾅδου reponendum erit ἢ εἰς ᾅδου, judice *Ruhnkenio* ad *Timaei Lexicon Platonicum* p. 69. vel statuendum erit, τὸ ortum esse ex τοῦτ' ἔστι per compendium scripto.

Ibid. Ἐσπάθα, σπάθῃ ὕφαινεν, ἢ διέφθειρε τὰ οἰκεῖα. De utraque significatione bene exposuit *Scholiastes Aristophanis* ad *Nubes* v. 54. ad quem locum haec glossa referenda videtur.

Ibid. Ἐσπαθᾶτο. Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχύνου (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 354. ult. διὰ ταῦτ' ἐσπαθᾶτο ταῦτα) ἀντὶ τοῦ ἀπώλλυτο περὶ τὴν σπάθην. In compendium redegit *Photius Harpocrationem* p. 173. *Scholia ad Demosthenem* e codice *Bavarico* Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 68. ἐσπαθᾶτο] ἀντὶ τοῦ συνετίθετο· μεταφορικὸν ἀπὸ τῆς τῶν ὑφαντῶν σπάθης.

Col. 22. Ἔστ' ἄν, ἕως ἄν. Occurrit apud *Platonem* in *Lys.* s. 39. et in *Symp.* p. 211. C.

Ibid. Ἐστῆξι, τὸ μέλλον λέγουσι καὶ ἔστηξε, καὶ τὰ ὅμοια τούτοις. Num accentu mutato legendum est Ἐστῆξι et ἔστηξε? ab ἑστήκω, voce *Syracusana*, ut notat *Schol. ad Callim. H. in Apollin.* v. 15. Verba ejus sunt: Ἀπὸ τοῦ, ἵστημι, παρακείμενος ἕστηκα. ἀπὸ τούτου ποιοῦσιν οἱ Συρακούσιοι ἐνεστῶτα, ἑστήκω, οὗ ὁ μέλλων, ἑστήξω, καὶ τὸ ἀπαρέμφατον, ἑστήξειν. Confer *Spanhemii Comment.* ad h. l. p. 89.

Ibid. Ἔστιν, ἡ πρώτη ὀξεῖα κ. τ. λ. Verba ἔστι πόλις Ἐφύρη sunt *Homeri* (*Iliad.* ζ. 152.), qui ita dicere amat, v. c. *Iliad.* λ'. v. 721. ἔστι δέ τις ποταμὸς κ. τ. λ.

Ibid. Ἐσφηκωμένον, ἐσφιγμένον· ἀπὸ τῶν σφηκῶν, οἳ κατὰ μέσον εἰσὶν ἐσφιγμένοι κ. τ. λ. Eadem habet *Etymol. M.* col. 385. l. 1, quem exscripsit *Photius*, modo quod pro μελαινόρινες, quod *Etymologus* habet, scripserit κελαινόῤῥινες. Utrumque vocabulum deest in Lexicis, iisque addi potest. — Locus *Homeri*, qui in fine hujus articuli laudatur, extat *Iliad.* ρ'. v. 52. Confer *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 244.

Ibid. Ἐσχάρα. ἐσχάραν φησὶ καλεῖσθαι Λυκοῦργος κ. τ. λ. Descripta haec sunt ex *Harpocratione* p. 174. e quo et sua hausit auctor *Etymol. M.* c. 384. l. 10. Caeterum *Ammonius*, ad quem provocat *Photius*

est Ἀμμώνιος ὁ Λαμπρεύς, quem περὶ θυσιῶν scripsisse constat. Confer *Ammonium de adfinium vocabulorum differentia* p. 32. ed. *Valckenaer.*

Ibid. Ἐσχατιά, τὰ πρὸς τοῖς τέρμασι τῶν χωρίων ἐσχατιὰς ἔλεγον. κ. τ. λ. Haec quoque ex *Harpocratione* p. 174. desumsit *Photius*, pariter ac auctor *Etymol. M.* c. 384. l. 26. Vide praeter *Pollucis Onom.* lib. IX. sect. 8. *Berglerum* ad *Alciphron.* Lib. I. Ep. 25. p. 142. et quos laudat ibi *Wagnerus.*

Ibid. Ἔσχατος Μυσῶν. Ἕλλησι λοιμῷ κρατούμενος κ. τ. λ. Post Ἔσχατος Μυσῶν supplendum est πλεῖ e *Suidae* Lexico. Sed ex addita interpretatione hujus proverbii luculenter apparet, receptam lectionem nullo modo locum habere posse, sed scribendum esse: Ἔσχατον Μυσῶν πλεῖ seu πλεῖν, vt omissa sit praepositio ἐπί.

Ibid. Ἐτεοβουτάδαι, γένος πολὺ λαμπρὸν κ. τ. λ. Male ita editum est. Scribendum est Ἐτεοβουτάδαι, vt paulo post recte scribitur; atque vel etymologia docet. Descendit enim ad ἐτεὸς, quod *verum* notat. Ideo enim ita dicti sunt, ὅτι ἀληθῶς ἀπὸ τῆς Βούτου ἦσαν γεγονότες.

Ibid. Ἐτεοβουτίδαι, γένος Ἀθηναίοις κ. τ. λ. Loco Ἐτεοβουτίδαι ex *Harpocratione* (p. 174.), *Etymologico M.* (c. 386. lin. 3.) *Eustathio* (p. 13, 43. et 1644, 47.) ac *Phavorino* (c. 674. l. 32.) rescribendum est Ἐτεοβουτάδαι, vt ex parte certe in proxime antecedente articulo apud *Photium* recte legitur. — Post Πολιάδος excidit Ἀθηνᾶς, additum ab *Harpocratione* et *Phavorino*. — Pro καθίστατο ἡ ἱέρεια auctor *Etymol. M.* tantum habet: καθίσταντο ἱέρειαι.

Ibid. Ἔτια. Vox haec, quae h. l. sine omni interpretatione et auctoritate legitur, mihi admodum suspecta de mendo est. Suspicor legendum esse Ἐτεά, h. e. ἀγαθά, ἀληθῆ, interprete *Hesychio*, vt adeo pertineat haec glossa ad antecedentem articulum: Ἐτεόν, ἀληθῶς, seu potius, vt mihi certe corrigendum videtur, ἀληθές. Confer supra s. v. Ἐτεοβουτίδαι.

Ibid. Ἑταιρία, ἰδίως ἐπὶ τῆς ἑταιρήσεως τοὔνομα τέταχεν Ἀνδοκίδης. Desumta haec sunt ex *Harpocratione* p. 174. omissis post Ἀνδοκίδης verbis: ἐν τῇ περὶ τῶν Μυστηρίων ἀπολογίας. Confer Vol. IV. *Oratt. GG.* p. 49, 27. περὶ ἑταιρείας ἐμοὶ μυελὰν ποιῇ. *Objicis mihi probrum pellicatus, seu quod pro scorto meruissem,* vt recte interpretatus est *Reiskius.*

Ibid. Ἑταιριζομένη, ἐρεθιζομένη, προσκυωμένη. Ita etiam *Suidas*. Sed videntur hic duae glossae coaluisse, ita distinguendae ac supplendae: Ἑταιριζομένη, αἱρετιζομένη. — Ἐρεθιζομένη, προσκνωμένη, a κνάω, *rado, irrito.*

Ibid. Ἑταιρίστριαι, αἱ καλούμεναι τριβάδες. Est glossa *Timaei*, (quam et *Suidas* in Lexicon suum recepit) ad quam conferendus est *Ruhnkenius* p. 123 sequ. *Moeris* p. 151. Ἑταιρίστριαι. Ἀττικῶς. Τριβάδες. Ἑλληνικῶς.

Ibid. Ἑταιρότοιχα, ἀσύμφωνα. E conjectura Doct. *Lobeckii*, quam probo, legendum est Ἑτερόστοιχα. *Lex. Reg. MS.* (quod laudat *Alberti* ad *Hesychium* Tom. I. c. 1483. n. 11.) Ἑτερόστοιχον, τὸ ἀσύμφωνον. τοῦ Ψέλλου· καὶ πάλιν τὸ ἀσύμφωνον, Ἑτερόστοιχον λέγε.

Ibid. Ἑταιρῶν ἀνθινῶν. *Suidas* habet: Ἑταιρῶν. ἀνθινῶν. Sed in editione *Mediolanensi* vtraque vox conjuncta reperitur. Nisi haec verba continent abruptum scriptoris alicujus locum, statuendum erit, hanc glossam ab hoc loco prorsus alienam esse et mutato ordine scribendum: Ἀνθινῶν, ἑταιρῶν, id quod etiam suadent verba sequentia: νόμος Ἀθήνησι, τὰς ἑταίρας ἄνθινα φέρειν. Confer *Hadr. Junii animadvers.* lib. I. cap. 13.

Ibid. Ἐτέλει, ἐτέτακτο. Post ἐτέτακτο adde ἐν ἀρχῇ ex *Phavorino* col. 775. lin. 19. Eadem medicina adhibenda quoque videtur *Hesychio*, in quo eadem glossa reperitur.

Ibid. Ἐτελέσθησαν, ἐμιάνθησαν, μετέσχον τῆς μιαρᾶς συνουσίας. Pertinet haec glossa

ad Psalm. CV. v. 28. vbi legitur: ἐτελέσθησαν τῷ Βεελφεγὼρ κ. τ. λ. Confer quoque *Hesychium* ac *Suidam* s. h. v.

Ibid. Ἑτεραλκέα, ἑτεροκλινῆ. Est sine dubio glossa *Homerica*, pertinens ad *Iliad.* η 26. et θ' 171. vbi legitur: ἑτεραλκέα νίκην. *Herodot.* IX, 103. ἑτεραλκέα μάχην. Idem VIII, 11. ἑτεραλκέως ἀγωνίζεσθαι. Confer etiam *Cael. Aur. Chron.* XI. p. 597. *Oppian. Cyneg.* lib. III. v. 71. vbi videndus *Rittershusius* p. 54. *Etymol. M.* sub voce νίκη col. 606. lin. 1. et *Schol. Aeschyl. Pers.* v. 956.

Col. 25. Ἑτερόγναθος, ἀπειθής. Hanc significationem vox ἑτερόγναθος tunc tantum habet, si de equis aut aliis jumentis adhibetur, teste *Etymol. M.* c. 385. l. 51. vbi legitur: ἑτερόγναθος ἵππος, ὁ σκληρόστομος. οἷον, ὁ ταῖς γνάθοις ὡς μὴ ἰδίαις χρώμενος. Confer etiam *Hesychium* ac *Suidam* s. h. v. et *Pollucis Onom.* lib. I. s. 197. ibique *Interpretes.*

Ibid. Ἑτερομάσχαλος, χιτὼν δουλικὸς, ἣν ἐξωμίδα λέγουσιν. Confer praeter *Polluc. Onom.* II. sect. 138. et VII. 47. *Salmasium* ad *Scriptores Hist. Aug.* T. II. p. 566 sequ.

Ibid. Ἑτερόφθαλμος, ὁ ἐν Λοκροῖς νομοθετήσας. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. Vol. I. *Orat. GG.* p. 744. l. 18. ed. *Reisk.* Desumta haec sunt ex *Harpocratione* p. 175.

Ibid. Ἑτέρωθι, ἐν ἑτέρῳ τόπῳ. Ita interpretatus est auctor *Etymol. M.* c. 358. l. 48. vocem ἑτέρωθεν, qui ex *Photio* mihi emendandus esse videtur.

Ibid. Ἔτνα, τῶν ὀσπρίων τὸν χυλόν. Legendum Ἔτνος ex sententia Doct. *Schaeferi* ad *Gregor. Corinth.* de *dialect.* p. 413. Postulat hanc emendationem quoque literarum series. Confer quoque *Alciphr. Epp.* I, 20.

Ibid. Ἔτνος, ἕψημα. Cauda sua truncata est haec glossa, atque ex *Timaei Lexico* p. 124. (vbi legitur ὄψον ἐξ ὀσπρίου) ita supplenda: ἕψημα ἐξ ὀσπρίου. Est enim ἔτνος, εἶδος ὀσπρίου, vt ipse *Photius* in antecedentibus interpretatus est. *Scholia in Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 133. ἔτνος, εἶδος ὀσπρίου, ὃ τινὲς καλοῦσιν πισάριον. Confer *Eustathium* p. 948. l. 36. *Galen.* T. VI. p. 428. *Foesii Oecon. Hippocr.* s. h. v. *Wolfii Anecdota Graeca* T. IV. p. 249. et *Florentem Christianum* ad *Aristoph. Pac.* p. 629.

Ibid. Ἐτνήρυσιν, λέγουσι δὲ καὶ ζωμήρυσιν κ. τ. λ. Desumta haec sunt ex *Etymol. M.* col. 387. lin. 5. Ἐτνήρυσις et ζωμήρυσις juncta quoque reperiuntur apud *Pollucem Onom.* VI. sect. 88. ac X. s. 98. Confer *Hesychium* s. v. ζωμήρυσιν, ibique Intt. Locus *Aristophanis*, qui in sequentibus laudatur, reperitur in *Acharn.* v. 244.

Ibid. Ἐτησίαι, οἱ ἀπὸ Βορέου ψυχροῦ πνέοντες ἄνεμοι. Idem tradit *Etymol. M.* s. v. ἐτήσιος col. 386. lin. 50.

Ibid. Ἐτήσιοι, πρόσκαιροι. Ἐτήσιοι γὰρ προςιτὰ, εἰ πρὸς τὴν τέχνην. Κρατῖνος Δειλιάσιν. Verba hujus articuli Ἐτήσιοι γὰρ προσιτὰ κ. τ. λ. mihi admodum de mendo sunt suspecta, sed emendationem satis certam in promptu non habeo. Igitur aliis eorum explicationem ac emendationem relinquo. Cel. *Sturzius* in literis ad me datis loco προςιτὰ legendum forte esse πρόσοδοι conjecit, ac Δειλιάσιν in Δηλιάσιν mutandum esse recte statuit.

Ibid. Ἐτύγχανεν, ἔτυχεν. Pertinet haec glossa sine dubio ad *Odyss.* ξ'. v. 231. καί μοι μάλ' ἐτύγχανε πολλά, vbi nunc edi solet μάλα τύγχανε.

Col. 26. Εὐαλδεῖ, εὐεξεῖ. Vide *Reinesii Append.* ad *Epistolas Daumii* p. 341. et *Scaligerum* ad *Priapeja* 74. p. 155.

Ibid. Εὐανδρία. Δείναρχος. εὐανδρίας ἀγὼν ἤγετο. Est glossa *Harpocrationis* (p. 175.), sed mutilata. Verba enim ejus sunt haec: Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ἀγασικλέους. Παναθηναίοις εὐανδρίας ἀγὼν ἤγετο κ. τ. λ. Eadem observatio valet quoque de praecedentibus articulis Εὐαγόρας et Εὔαιον.

Ibid. Εὐανθὴς γλῶσσα. Interpretationem hujus glossae exhibent *Suidas*, *Phavorinus* (col. 780. l. 33.) et *Zonaras Lex.* c. 905.

Ibid.

Ibid. **Εὐάντητος**, εὐϊκέτευτος. ἄντεσθαι γὰρ τὸ ἱκετεῦσαι. Sunt haec desumta ex *Etymol. M.* c. 388. lin. 40.

Ibid. Εὐβοιεῖς, οὐκ Εὐβοεῖς. Vide quos laudat *Politus* ad *Eustathium* Il. ά. Tom. I. p. 107.

Ibid. **Εὔβουλος**, δημαγωγὸς ἦν ἐπιφανέστατος κ. τ. λ. Sunt haec *Harpocrationis* p. 175.

Ibid. **Εὖγε**, καλῶς, ὁσίως. λέγεται δὲ καὶ ἐπὶ εἰρωνείας πολλάκις. Sunt ipsa verba, quibus usus est *Bisetus* ad *Aristophanis Nubes* v. 1191. Confer quoque *Schol.* ad *Plutum* v. 657. εὐδαίμων] ἐν εἰρωνείᾳ, ἀντὶ τοῦ κακοδαίμων. τὸ γὰρ εὖ ἀντὶ τοῦ δυς μορίου.

Col. 27. **Εὔδικος**, εἷς ἐστιν οὗ τος τῶν —— ἁπάσης. Commemorari eum in *Oratione Demosthenis pro Ctesiphonte* (Confer *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* Vol. I. p. 241. l. 27.) tradit *Harpocration* p. 175. In reliquis non differt a *Photio*.

Ibid. Εὐδίαιος, χειμάῤῥους κ. τ. λ. Scribendum est Εὐδιαῖος, ut praeter reliquos Lexicographos habet Codex B.

Ibid. Εὔδμητον, καλῶς ᾠκοδομημένον. Est glossa *Homerica*, pertinens ad *Iliad.* ά. v. 448. (ubi legitur: ἐΰδμητον περὶ βωμόν) ut me docuit *Etymol. M.* c. 389. l. 44. e quo etiam Ἐΰδμητον rescribendum erit. Confer *Eustathium* p. 1570, 60.

Ibid. Εὔειρον, εὐέριον. Pertinet haec glossa ad *Sophocl. Trachin.* v. 675. Vide quoque *Schol. Aristoph.* ad *Aves* v. 121. ac *Phrynichi Eclog.* p. 58.

Ibid. Εὔεικτον, εὐπειθὲς, καλῶς εἶκον. Sunt haec desumta ex *Etymol. M.* col. 390. l. 33. Loco εὐπειθὲς conjicere licet εὐπαθές. Confer *Hesychium* s. v. εὐπαθοῦντες, et *Philonem Iud.* de *nomin. mutat.* p. 812.

Ibid. Εὐερκής, εὖ τετειχισμένη. Exscripsit *Photius* Glossam *Timaei* p. 124. Vide *Casaubonum* ad *Strabonem* lib. V. p. 93. Εὐερκὴς πόλις, *urbs bene munita*, occurrit apud *Pollucem* lib. IX. sect. 20.

Col. 28. Εὐέστω, εὐθενεία, παρὰ τὸ ἑστάναι. Scribendum est Εὐεστώ, εὐθένεια, aut, quod mallem, εὐθηνία κ. τ. λ. *Aeschylus Sept. c. Theb.* v. 192. *Herodot.* I. c. 85. *Clemens Alex. Strom.* II. p. 498.

Ibid. Εὐζωΐτου, καλῆς ζωῆς. Vocem Εὐζωΐτος in scriptoribus graecis frustra quaesiveris. Non dubito itaque reponere Εὐζωΐας aut Εὐζωΐου. Utrumque enim cum eadem interpretatione apud *Hesychium* reperitur. Eodem mendo liberandus quoque est *Suidas* s. h. v. Confer *Eustathium* p. 1826. l. 25.

Ibid. Εὔζωνος, ἡ εὔτοκος κάλλει. Observatis a me ad hunc articulum in *libello animadversionum ad Photii Lexicon* col. 5. addendum est, me nunc legere malle: ἡ ἔνδοξος κάλλει, aut, εὔτροχος, καλή. Vide *Mollum* ad *Longi Pastor.* p. 9. et *Salmasium de militia Romana* p. 191.

Ibid. Εὐζωρότερον, ἀκρατότερον. Loco ἀκρατότερον fortasse legendum est εὐκρατότερον. Certe ipse *Photius* supra εὔζωρον per εὖ κεραστὸν interpretatus est. Sed receptam lectionem tuetur *Schol. Aristoph.* ad *Eccles.* v. 227. Conf. *Intt.* ad *Hesychium* s. v. ζωρόν ac *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* p. 916.

Ibid. Εὐήθης, οὐ μόνον ὁ μωρὸς καὶ ἄνους, ἀλλ' ἔσθ' ὅπη (scribendum est ὅπου: nam ἔσθ' ὅπου significat apud Graecos *alicubi, in nonnullis locis*) καὶ ὁ χρηστὸς, ἀπὸ τοῦ εὖ ἔχειν τὸ ἦθος. In posteriore hac significatione legitur v. c. apud *Thucyd.* lib. III. c. 83. ac *Demosthenem* de *corona* Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 228. l. 27. Confer quoque *Wesselingium* ad *Diod. Sic.* lib. V. p. 383. *Foesii Oeconom. Hippocr.* p. 248. ac *Pollucis Onomast.* III. 119.

Ibid. Εὐημερίαν, τὴν εὐδαιμονίαν. καὶ Ξενοφῶν ἐν τοῖς Ἑλληνικοῖς (nempe lib. II. cap. 4. §. 2. ubi tamen longe alio sensu, nempe de *coelo sereno* adhibetur) καὶ Φερεκράτης. Num loco εὐδαιμονίαν fortasse legendum sit εὐδιεινίαν aut εὐδίαν, aliis dijudicandum relinquo.

Ibid. Εὐηνέμους, εὐδιεινοὺς, καλοὺς, εὐχειμάστους. Vox εὐχείμαστος vi etymologiae eandem significationem habet, quam εὐχείμερος apud *Pollucem* lib. V. sect. 108.

Conjicere tamen quis posset, legendum esse ἀχειμάστους, ut habet *Etymolog. M.* c. 391. l. 2.

Ibid. Εὐηνιώτατα. εὔηνος ὁ πρᾶος καὶ μέτριος κ. τ. λ. Hic pariter ac proxime sequens articulus desumtus est ex *Etymol. M.* c. 390. l. 55.

Ibid. Εὐήνιος, πρᾶος, ἐπὶ μηδενὶ ἀνιώμενος —— ἀπὸ τῶν ἵππων μετάγοντες. Post μετάγοντες in fine hujus articuli desunt nonnulla, supplenda ex *Etymol. M.* c. 391. lin. 1. nempe verba: αἳ θέουσαι τὰ ἤνια ἄγουσιν. Confer *Polluc. Onom.* I. sect. 195.

Ibid. Εὐήνορα, τὸν ἀνδρείαν ποιοῦντα, ἐπὶ τοῦ οἴνου. ἐπὶ δὲ τοῦ χαλκοῦ, τὸν εὖ τὸν ἄνδρα τιθέντα. Loco τιθέντα fortasse scribendum est: κοσμοῦντα, quod habet *Etymol. M.* c. 391. l. 5. Confer *Eustathium* p. 1512, l. 11.

Ibid. Εὐηνός. δύο ἀναγράφουσι γεγράφθαι κ. τ. λ. Sunt haec excerpta ex *Harpocratione* p. 175.

Ibid. Εὐήρεια, εὔπλοια, εὐχέρεια. Malim loco εὔπλοια legere εὐπείθεια auctoritate *Etymol. M.* c. 390. l. 50. (e quo *Photius* sua hausisse videtur) maxime ductus, qui addit: ὡς οὖν εὐήνιος ὁ εὐχερὴς καὶ εὐπειθής, ἀπὸ τῶν ἵππων τῶν εὐχερῶς χαλιναγωγουμένων, οὕτως εὐήρεια ἡ εὐπείθεια, παρὰ τὴν εἰρεσίαν.

Ibid. Εὐηρές (scribendum est Εὐῆρες), ἐπιεικὲς, πρᾶον. Male sejuncta est haec glossa ab ea, quae paulo post c. 29. reperitur: Εὐῆρες, εὐάγωγον, ἀπὸ τῆς εἰρεσίας, id quod vel ex *Etymol. M.* c. 390. l. 54. apparet, ubi legitur: Εὐῆρες, εὐάγωγον, ἐπιεικὲς, πρᾶον, ἀπὸ τῆς εἰρεσίας. Confer *Eustathium* p. 1509, 14. et 1676, 17. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 249.

Col. 29. Εὐθέος, φανεροῦ, εὐθοῦς. Loco εὐθοῦς rescribendum forte est ὀρθοῦ.

Ibid. Εὐθενεῖν, ἐν τῷ ε λεκτέον, οὐχὶ εὐθηνεῖν. Confer *Hoeschel.* ad *Phrynich.* p. 90. et *Jungerm.* ac *Hemsterhus.* ad *Polluc.* IX. 160. Erravit itaque *Küsterus* ad *Suidam* Tom. I. p. 889. vocem Εὐθένεια ex corruptione vocis Εὐθηνία natam existimans.

Ibid. Εὐθίας, τῶν ἐπὶ τῇ συκοφαντίᾳ διαβεβλημένων ἦν ὁ Εὐθίας. Sunt haec *Harpocrationis* verba p. 176. sed in epitomen redacta.

Ibid. Εὔθινος ἀρχὴ ἦν τις κ. τ. λ. Inepto loco posita est haec glossa. Loco Εὔθινος enim rescribendum esse Εὔθυνος, nullus equidem dubito.

Ibid. Εὐθυδικία, ὅτ' ἂν εἰσάγηται τις κριθησόμενος κ. τ. λ. Emendationem in *libello animadversionum* ad h. l. a me propositam confirmat *Etymolog. M.* c. 391. l. 44. cui sua debere videtur *Photius*, ac *Phavorinus*.

Ibid. Εὐθὺ Λύκειον, τὸ εἰς Λύκειον, κ. τ. λ. Est glossa *Platonica* quam etiam *Timaeus* in *Lexico Platonico* p. 126. exhibuit, e quo autem Εὐθὺ-Λυκείου, ἐπ' εὐθείας εἰς Λύκειον, rescribendum est. Loca *Platonis* laudavit ad *Timaeum Ruhnkenius*. Locus autem *Euripidis*, qui in fine hujus articuli excitatur, reperitur in *Hippolyto* v. 1197. ubi nunc legitur: τὴν εὐθὺς Ἄργους κἀπιδαυρίας ὁδόν.

Ibid. Εὐθύναι, οἱ ἀπολογισμοὶ τῶν ἀρξάντων κ. τ. λ. Confer *Etymol. M.* c. 391. l. 49.

Col. 30. Εὔθυνα, κυρίως, ἣν εἰσάγουσιν οἱ λογισταὶ κ. τ. λ. Ex *Etymolog. M.* c. 391. l. 56. reponendum est Εὐθύνη.

Ibid. Εὐθῦναι, ὄνομα ἀρχῆς παρὰ Ἀθηναίοις. κ. τ. λ. Loco Εὐθῦναι mallem legere Εὔθυνοι, ut recte scribitur apud *Pollucem* lib. VIII. cap. 9. sect. 100. Caeterum desumta haec sunt ex *Harpocratione* p. 176. quo etiam usus est auctor *Etymol. M.* c. 391. l. 54.

Ibid. Εὐθῦναι, ἐξετάσαι ὀρθῶς. Scribe: ἐξετάσαι, ὀρθῶσαι. Confer *Scholia* ad *Demosthenem* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 103.

Ibid. Εὐθυρρήμων, ἐτυμολόγος. Scribendum est ἑτοιμολόγος, i. e. *blatero, loquax.* Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v. *Schol. Aristoph.* ad *Acharn.* v. 148. et *Tib. Hemsterhusium* ad *Aristoph. Plutum* v. 1083. p. 405.

Ibid. Εὐθυτενής, ἴσα καὶ πρὸς τὸ εὐθὲς τεταγμένος. Vel ex etymologia vocis εὐθυτενὴς apparet, loco τεταγμένος reponendum esse τεταμένος. Vox εὐθυτενὴς reperitur

apud *Pindarum Pyth.* Od. V. v. 120. *Schol.* et *Polluc.* II. 73. et III. 96.

Ibid. Εὐθύωρον, ἀντὶ τοῦ κατ' εὐθεῖαν. οὕτως Ἀντιφῶν καὶ Ξενοφῶν. nempe in *Anab.* II, 2, 8. ἀλλ' εὐθύωρον ἄγων, Conf. *Foesii Oecon. Hipp.* p. 249. ac *Interpretes* ad *Gregor. Corinth.* de *dialectis l. gr.* p. 564. ed. *Schaeferi.*

Ibid. Εὐθύορον, τόπος ἐστὶν ἐπ' εὐθείας ἔχων τὸν ὅρον. Eandem glossam habet *Etym. M.* c. 391. l. 48.

Ibid. Εὐθὺ σκοποῦ, ἀκριβὲς, κατ' εὐθεῖαν. De hoc Atticorum loquendi usu confer *Valkenarium* ad *Ammonium* p. 90. et *Wesselingium* ad *Diodorum Siculum* II. c. 12. Adde *Aristoph. Pac.* 67. et 300. *Aves* 1421. et *Nubes* 162.

Col. 31. Εὐκόμιστος, ἐπιμελείας εὖ τετευχώς· κομιδὴ γάρ ἡ ἐπιμέλεια. Eadem habet *Hesychius.* Sed verba κομιδὴ γάρ ἡ ἐπιμέλεια clare docent, in utroque vel Εὐκομιδὴς vel Εὐκομιδέστατος (quod reperitur apud *Herodotum* IV, 53. ubi videndi Intt.) reseribendum esse.

Ibid. Εὔκρας, εὔκρατος εὐρυβροτοῖσιν εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως, ἐν Ἀντιόπῃ. Lege et distingue: Εὔκρας, εὔκρατος. Βροτοῖσιν εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως, ἐν Ἀντιόπῃ. Verba enim εὐρυβροτοῖσιν usque ad ἡδέως continent fragmentum *Euripidis* ex *Antiopa,* (ubi loco εὐρυβροτοῖσιν *Bentlejus* βροτοῖσιν legere mavult, ut monet *Barnesius* ad *Fragmenta Euripidis* Num. 41.) quod *Heathius* ita transtulit: *tempestas perpetuo temperata res esset mortalibus minime grata.* In voce εὐρυ ante βροτοῖσιν latet fortasse vox εὐκέφαλος. Certe *Scholia in Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 212. habent: Εὐκρὰς (ita quoque scribitur in *Etymol. M.* col. 392. lin. 29. ubi legitur: Εὐκρὰς, ἀντὶ τοῦ εὔκρατος. ῥητορική.) εὔκρατος, ἢ εὐκέφαλος, ὡς Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ. *Alberti* ad *Hesychium* s. v. εὔκραξ Tom. I. c. 1510. n. 23. haecce scripsit: „Obiter addo, in apographo meo *Lexici Photiani* Εὐκρὰς bis pingi, cum accentu in ultima; quod malim, pro εὐκέφαλος, ut ita ab Εὔκρας pro εὔκρατος distinguatur."

Ibid. Εὔκηλον, εὔκαυστον, εὔσχιστον. Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ, ἐξανθρακώσας πυθμένα εὔκηλον δρυός. Eadem habet *Etymolog. M.* c. 392. l. 11. omisso tantum scriptoris nomine.

Ibid. Εὔκληρος, εὐεπίτεκτος. Scribendum est εὐεπίτευκτος, quae vox addenda est Lexicis.

Ibid. Εὐλόγηκεν, ἐβλασφήμησεν. Est glossa sacra, referenda ad Iob. I, 11. et II, 5. desumta ex *Theodoreti Commentario* ad 1 Reg. XXI, 10. *Suidas:* εὐλόγηκεν, ἐβλασφήμηκεν, ἐπὶ τοῦ Ἰώβ. *Hesychius:* Εὐλόγησεν, ὕμνησεν· εἴρηται δὲ παρὰ τῇ γραφῇ καὶ κατ' ἀντίφρασιν, ἀντὶ τοῦ, ἐβλασφήμησεν.

Ibid. Εὐλάκα, τὸ ἄροτρον, παρὰ Θουκυδίδῃ κ. τ. λ. Locus *Thucydidis* est lib. V. cap. 16. ubi videndus *Scholiastes.* In *Suida* vitiose Εὔλαχα scribitur.

Col. 32. Εὐμάρειαν, ῥαστώνην, εὐχέρειαν· οἱ δὲ Ἴωνες τὸ περί τινα τῶν (lege, omisso τῶν, περὶ τινῶν) ἀναγκαίων κ. τ. λ. Sic v. c. *Herodotus* IV, 113. ubi videndus *Valkenarius.*

Ibid. Εὐμαρίδες, ὑποδημάτων γένος. Exstat haec vox apud *Lycophr. Alex.* v. 855. et *Schol.* ad *Apollon. Rhod. Argon.* II. v. 102. Confer quoque *Etymol. M.* col. 393. lin. 16.

Ibid. Εὐμενίδες. Αἰσχύλος Εὐμενίσιν κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione* p. 177.

Ibid. Εὐμολπίδαι, γένος (adde: Ἀθήνῃσιν) ἀπὸ (adde: Εὐμόλπου) τοῦ Θρᾳκὸς κ. τ. λ. Sunt ipsa verba, quibus usus est auctor *Etymol. M.* c. 393. l. 28. et quae quoque in *Schol. Demosthenis* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 97. reperiuntur. Confer *Pausaniae Attic.* c. 38. p. 92. *Thucyd.* VIII, 53. et not. *Casaub.* ad *Athen.* XIV, 23. *Clement. Alex.* II, 1. et *Cornel. Nepotem* in *Alcibiade* cap. 4.

Ibid. Εὐνὰς, κοίτας, ἢ ἀγκύρας. Posterior interpretatio pertinet ad locum *Homeri*

Iliad. α. v. 436. uti me docuit *Etymolog. M.* c. 393, 45. cujus verba adscribam: Εὐνὰς] Ἐκ δ' εὐνὰς ἔβαλον, Ἰλιάδος α, τὰς ἀγκύρας νῦν λέγει τὰς σιδηρᾶς. παρὰ τὸ εὐνάζειν τὴν ναῦν χαλωμένας εἰς τὸ ὕδωρ καὶ ποιεῖν ἵστασθαι τὴν ναῦν ἐν ἡσυχίᾳ, ὅπερ ἡμῖν ἐν τῇ εὐνῇ (ὅ ἐστι τῇ κοίτῃ) συμβαίνει. καὶ Εὐναίας τ' ἐβάλοντο (*Apollon. Rhod. Argon.* IV. v. 1713.) ὁμοίως. *Apollon. Lex.* in εὐνάς· λέγει δὲ καὶ κατ' ἐπέκτασιν ἀγκύρας εὐναίας. ubi videndus *Tollius.* Confer quoque *Eustathium* p. 131, 4. 968, 40. et 1462, 9. *Graevii Lectt. Hesiod.* p. 39. sequ. et *Maximi Tyrii Diss.* XXXI. p. 313.

Ibid. **Εὐναῖος**, ἐγκεκρυμμένος. Σοφοκλῆς Δόλοψιν· εὐναῖος εἴη δραπέτιν στέγην ἔχων. Eadem leguntur quoque in *Etymol. M.* c. 393. l. 41. quod emendandum est ex *Photio*, ut nempe pro δραπέτην reponatur δραπέτιν, ut jam *Sylburgius* conjecit. Confer *Io. Toupii Addenda ad Theocritum* p. 410.

Col. 33. **Εὐνεῖδαι**· γένος ἐστὶ παρὰ Ἀθηναίοις οὕτως ὀνομαζόμενον κ. τ. λ. Excerpsit *Photius Harpocrationem* p. 177. Confer quoque *Eustathium* p. 1327, 42. et 1681, 57.

Ibid. **Εὖνοι**, οἱ εὐνοοῦντες. *Etymol. M.* c. 606. lin. 27. τὸ οἱ εὔνους γὰρ εὔνοες, τὸ παρὰ φιλοσόφοις εἰρημένον, γέγονε κατὰ κρᾶσιν εὔνους. οἱ εὖνοι δὲ δεῖ λέγεσθαι. Confer *Koenium* ad *Gregor. Corinth. de dialectis* p. 228.

Ibid. **Εὐνομουμένη**, εἰρηνεύουσα, εὐθηνουμένη, καλῶς διακειμένη. Observatis a me ad hanc glossam in *libello animadversionum* c. 6. haecce addenda sunt: Non tamen repugnarem, si quis auctorem hujus glossae respexisse éxstimaret loca veterum, ubi εὐνομεῖσθαι de *civitatibus ac urbibus bene constitutis* adhibetur, v. c. apud *Xenoph.* de *rep. Athen.* I, 8. et *Oecon.* IX, 14. Πόλιν εὐνομουμένην, h. e. *civitatem bonis legibus institutam*, dixit quoque *Demosthenes* c. *Timocratem* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 744, 2. ed. *Reisk.* Alia exempla collegit *Bentlejus* in *Opusculis Philologicis* p. 242.

Ibid. **Εὐοῖ, σαβοῖ.** Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Βακχικόν τι ἐπίφθεγμά ἐστιν. Desumta haec sunt ex *Harpocratione* p. 177. ubi tamen σαβοὶ omittitur. Scribendum autem est Εὐοῖ σαβοῖ, ut recte editum est a *Reiskio* in *Orat. Demosthenis de corona* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 313. l. 26. ubi videndus *Taylorus.* Confer quoque *Eurip. Bacch.* v. 141. et *Schol. Aristoph.* ad *Thesmoph.* v. 999.

Ibid. **Εὐορνιθίαν**, Σοφοκλῆς ἐπὶ οἰωνῶν. *Eustathius* p. 1439, 34. εὐορνιθία κατὰ τοὺς παλαιοὺς παρὰ Σοφοκλεῖ, τὸ ἀγαθὸν οἰώνισμα.

Ibid. **Εὐοφθάλμως**, Ἀντιφῶν ἀντὶ τοῦ εὐπρεπῶς. Ἀντιφῶν nempe ἐν τῷ περὶ ταώνων, quod diserte addit *Harpocration* p. 177. e quo haec desumta sunt. De hac *Antiphontis* oratione, praeter *Maussacum* ad *Harpocrationem* voce Πυριλαμπὴς, copiose egit *Petr. van Spaan* seu potius *Dav. Ruhnkenius* in *Diss. de Antiphonte Oratore Attico* Vol. VII. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 822.

Ibid. **Εὐπάρυφα**, εὐκατέργαστα, ἢ πλούσια. Usus est hac voce *Lucianus* in *Somnio* §. 16. Tom. I. Opp. Bip. p. 15. *Aristaenetus* lib. I. Ep. 27. et *Artemidor. Oneirocrit.* I, 75. Confer quoque *Intt.* ad *Polluc. Onom.* p. 718. et *Eustathium* p. 1436, 50.

Col. 34. **Εὐπινὲς**, τὸ ἀφελὲς καὶ μὴ λίαν τετημελημένον, ἀλλὰ μέτριον πῖνον ἔχον. Confer de hac voce *Toupium* ad *Longinum de sublim.* s. 30. p. 336.

Ibid. **Εὔπονος**, εὔποτος. Quid haec sibi velint, nemo facile divinaverit. Aeque obscurum est, quod in *Hesychio* legitur: Εὔπονος, ὄμβρος εὔποτος, pro quo in editione *Hagana* ac *Phavorino* reperitur: Εὔπονος ὄμβρος, εὔποτος. Quae *Küsterus* ad *Hesychium* l. l. monuit, ea mihi non satisfacere ingenue fateor. Arbitratur enim, Εὔπονος vitiose scriptum pro Εὔποτος, alterum vero εὔποτος pro emendatione, non pro interpretatione esse habendum. In talibus locis desperatis, ubi nulla expedien-

dae difficultatis ratio relicta est, medicina a conjecturis unice est exspectanda. Liceat itaque et mihi meam de hoc articulo proponere qualemcunque sententiam. Quid si legatur: Εὔπονος οἶνος, εὔποτος, ut εὔπονος οἶνος sit *vinum, quod effervescendo se bene purgavit*, ut cum *Columella* (XII, 25, 4.) loquar, ad analogiam formulae in lingua vernacula receptae: *der gut gearbeitet hat*. Quod ad vocem εὔπονος attinet, quae in omnibus lexicis desideratur, usu loquendi me prorsus destitutum esse, probe quidem sentio. Satis tamen constat, adjectiva Graecorum et activa et passiva significatione gaudere, ut multis exemplis docuit *Fischerus* in *animadverss.* ad *Welleri Grammaticam Graecam* P. II. p. 49. Vocem autem εὔποτος hoc sensu, ut significet *ad bibendum aptum*, ex *Eratosthene* protulit *Athenaeus* p. 482. B. ubi legitur: ἔκπωμα εὐποτώτατον. Fortasse tamen scribendum est: Εὔπονος, εὐποίητος; aut: Εὔροος, ὄμβρος εὔποτος. (Confer *Hesychium* s. h. v.) Nec repugnarem, si aliquis Εὔποτμος, εὐτυχὴς, conjicere mallet. Sed haec aliis me acutioribus dijudicanda lubens relinquo.

Ibid. Εὐπραξίαν, οἱ παλαιοὶ κωμικοὶ διὰ τοῦ ξ. Θουκυδίδης δὲ διὰ τοῦ γ. v. c. lib. I. cap. 84. V. cap. 46. et VII. cap. 46. etc.

Ibid. Εὐώνυμον λέγουσιν, οὐ μόνον ἀριστερόν. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ πλεῖστον. Confer *Thucyd.* lib. VIII. cap. 104.

Ibid. Εὐράχαντες, ἥκοντες. ῥαχίας γὰρ ἐκάλουν τοὺς τραχεῖς καὶ παρήκοντας τόπους. Necessario scribendum est Εὐράχαντες, ut habet *Etymol. M.* c. 396. l. 21. (ubi videndus *Sylburgius*) e quo *Photius* sua hausit. In Codice D. legitur quoque Εὐράκαντες, aperte vitiose pro Εὐράχαντες. Deducenda enim est haec vox ab ἐν et ῥαχίαι, h. e. τραχεῖς καὶ παρήκοντες τόποι, ut ab ipso *Photio* explicatur. Loco ἥκοντες mallem scriberet: εὖ ἥκοντες ῥαχίας. Utraque vox a me addita ob antecedentia ac sequentia facile omitti potuit.

Ibid. Εὐρεσιεπής, καινολόγος. Confer *Pindar. Olymp.* IX, 120. ubi εὑρησιεπὴς scribitur (ac videndus *Scholiastes*), quam scripturam h. l. quoque postulat literarum series. Eadem observatio valet quoque de duobus proxime sequentibus articulis Εὑρεσιέπεια et Εὑρεσίλογος in Εὑρησιέπεια et Εὑρησίλογος mutandis. Confer *Schweighaeuserum* ad *Polyb.* XVIII. c. 29. Tom. VII. p. 385. et *Wesselingium* ad *Diodor. Sic.* Lib. I. cap. 37. fin.

Ibid. Εὔριζον, πλατύνον, ἢ καλὰς ῥίζας χαροποιοὺς ἔχον. Legendum: Εὐριζῶν, πλατύνων, ἢ καλὰς ῥίζας ἔχων, χαροποιός. Confer notata a me in *libello animadversionum* col. 7.

Col. 35. Ἐφεῖτο, ἐνετείλατο. Fortasse respicitur ad *Aeschyli Prometh. Vinct.* v. 4. Confer quoque *Eustathium* p. 1309, 25. et 1615, 8.

Ibid. Ἐφεκτοὺς τόκους. οἱ ἔγγραφοι τόκοι κ. τ. λ. Desumta haec sunt ex *Etymol. M.* c. 402. l. 46. in quo in fine hujus articuli pro συλλεγόμενοι reperitur συλλέγοντες.

Ibid. Ἐφεκτὸς τόκος, ὁ ἐπὶ τὸ ἕκτον τοῦ κεφαλαίου. Ita quoque legitur in *Etymologico M.* l. l. Sed *Harpocration* p. 178. ac *Phavorinus* habent ἐπὶ τῷ ἕκτῳ.

Ibid. Ἐφελκυστὴς, βοηθός. Mallem legere Ἐφελκυστικὸς, aut, quod propius ad impressam lectionem accedit, Ἐφελκυστός. Ἐφελκυστὴς enim est *attractor*, i. q. ἐφελκύων.

Ibid. Ἐφέξει, σταθῇ, ἐφελκύσει. Interpretationem ἐφελκύσει convenire τῷ Ἐφέξει, docuit Cel. *Tittmannus* ad *Zonarae Lex.* p. 933. ubi idem legitur. Ἐφελκύειν enim est nonnunquam *protrahere*, ut apud *Theodot. Iesaiae* XIII. 22.

Ibid. Ἐφέσια γράμματα, ἐπῳδαί τινες δυσπαρακολούθητοι κ. τ. λ. Verba, quae in fine hujus articuli leguntur: καὶ λυθέντων αὐτῶν τριάκοντα τὸ ἑξῆς πεσεῖν τὸν Ἐφέσιον, scribenda et distinguenda sunt: καὶ λυθέντων αὐτῷ τριάκοντα (scil. Ἐφέσια γράμματα), τὸ ἑξῆς πεσεῖν τὸν Ἐφέσιον,

h. e. *cum literae illae animadverterentur et demerentur, per triginta vices cecidisse luctatorem Ephesium.* *Eustathius* ad *Odyss.* φ'. p. 1864. ὧν γνωσθέντων καὶ λυθέντων, τριακοντάκις τὰ ἐφεξῆς πεσεῖν τὸν Ἐφέσιον. Confer *Etymol. M.* c. 402. l. 27. Eadem macula abstergenda quoque est *Phavorino* col. 807. lin. 38.

Ibid. Ἔφεσις, ἡ εἰς ἄλλο δικαστήριον ἐφιεμένη δίκη κ. τ. λ. In fine hujus articuli, ubi legitur: εἰ δὲ μὴ, ἐπανήεσαν εἰς τοὺς ἐξ ὧν ἀπεψηφίσθησαν τόπους, pro ἐπανήεσαν reponendum est ἐπανίεσαν.

Col. 36. Ἐφεστρίδες, ἐπιβολαί. Num fortasse legendum est ἐπιβόλαια? Sed utrumque locum habere potest. Confer *Salmasium* ad *Scriptores Hist. Aug.* T. II. p. 332 et 384. et *Nic. Loens.* in *Epiphyll.* VI. 5.

Ibid. Ἐφέται, ἄνδρες ὑπὲρ πεντήκοντα ἔτη γεγονότες κ. τ. λ. Loco ὑπὲρ reponendum est ὑπὸ, ut recte legitur in *Schol.Demosthen.* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 98.

Col. 37. Ἐφθάραται φησὶ Θουκυδίδης καὶ τετάχαται. πάντα τὰ τοιαῦτα ἀρχαϊκά. *Thucyd.* lib. III. cap. 13. νόσῳ τε γὰρ ἐφθάραται Ἀθηναῖοι — — αἱ δ' ἐφ' ἡμῖν τετάχαται.

Ibid. Ἐφιέμενοι, ἐπιθυμοῦντες. Confer *Oppian. Halieut.* lib. V. v. 268. ἐφιεμένων πονέεσθαι. *Gloss. Gr. Rutgersii*: θελόντων ἐνεργεῖν.

Col. 38. Ἔφολκα λέγοντες, ὡς Θουκυδίδης, ἀντὶ τοῦ ἐπαγωγά. Loco Ἔφολκα scribendum Ἐφολκά, ut quoque habet apographum *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. Respexit sine dubio *Photius* locum *Thucydidis* lib. IV. cap. 108. ubi legitur: καὶ τοῦ Βρασίδου ἐφολκὰ καὶ οὐ τὰ ὄντα λέγοντος, ubi *Scholiastes* ἐφολκὰ recte interpretatus est ἐπαγωγά, e loco parallelo IV. c. 88. Confer quoque *Eustathium* p. 1761., 43.

Ibid. Ἐφ' ὁρμὴν, ὁ ἐναντίος τοῖς πολεμίοις ἐφορμήσειεν. Loco Ἐφ' ὁρμὴν scribendum est Ἐφορμεῖν. Eadem medela afferenda quoque est articulo sequenti:

Ibid. Ἐφ' ὁρμὴν, ἐν τῷ ἐφεδρεύειν, οὕτως Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. *Harpocration* enim p. 179. e quo haec desumta sunt, atque *Suidas* habent Ἐφορμεῖν. In *Phavorino* legitur Ἐφορμᾶν. Loco ἐν τῷ ἐφεδρεύειν scribendum quoque est ex *Harpocratione* l. l. ἀντὶ τοῦ ἐφεδρεύειν. Confer *Reiskii Indicem Graec. Demosthen.* s. h. v.

Ibid. Ἐφορεία, ἡ ἐπὶ τῶν ὅρων γιγνομένη προαγόρευσις. ὡς Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους. scil. Vol. I. *Oratt. GG. ed. Reisk.* p. 631. ult. et 632, 23 et 26. In *Harpocratione* p. 179. (e quo haec desumta sunt), *Phavorino* ac *Demosthene* l. l. legitur Ἐφορία, quod mihi praeferendum videtur.

Ibid. Ἔφρασεν, ἐμήνυσεν. Legendum esse suspicor: Ἔφραδεν, ἐμήνυσεν. *Hesychius*: Ἔφραδεν, ἐδήλωσεν.

Ibid. Ἐφ' ὕδωρ, ἐν ταῖς πρὸς ὕδωρ δίκαις κ. τ. λ. Ita, distinctis nempe vocibus, legitur quoque apud *Suidam*. Sed apud *Pollucem* lib. VIII. cap. 9. sect. 113. scribitur conjunctim: Ἐφύδωρ, quod mihi rectius videtur. Confer *Küsterum* ad *Suidam* in voce διαμεμετρημένη, et *Schol. Aristoph. ad Acharn.* v. 693.

Col. 39. Ἐχέγγυος, ὁ ἀσφαλὴς ἐγγυητής, ὁ διὰ πίστεως ἄξιος. Mutilam esse hanc glossam, quilibet videt. Scribendum vel, ὁ διὰ τὴν ἐγγύην πίστεως ἄξιος, vel διὰ expungendum est. Sed prior emendatio mihi quidem praeferenda videtur. Pertinet haec glossa, ut e *Phavorino* discere licet, ad *Thucyd.* lib. III. c. 46. quamquam vox ἐχέγγυος apud *Eurip. Phoen.* v. 766. *Dionys Halic. Clement. Alex. Iosephum* et alios reperitur. In *Timaei Lex. Platon.* p. 128. legitur: Ἐχέγγυον, τὸ διὰ πίστεως ἄξιον οὕτως καλεῖ, ubi pro τὸ sine dubio τὸν legendum erit.

Ibid. Ἐχεμυθεῖ, ἔχει ἐν ἑαυτῷ τὸν λόγον. Post vocem λόγον in *Hesychii* Lexico adhuc additum legitur: σιωπῇ. Vide *Iamblichum de vita Pythagorae* c. 20. p. 79. et *Rittershusium* ad *Porphyrium* de *vita Pythagorae* p. 20. Ita autem usitate dici *silentium Pythagoricum*, docuit *Berglerus* ad *Alciphr.* lib. III. Ep. 55.

Ibid. Ἐχθοδοπὸν, ἐχθροποιόν. Est glossa *Timaei* in *Lexico Platonico* p. 128. Conf. *Sophocl. Ajac.* v. 924. ac *Eustathium* p. 106, 23. et 143, 24.

Ibid. Ἐχῖνος, ἄγγος τι, εἰς δ τὰ γραμματεῖα τὰ πρὸς τὰς δίκας ἐτίθεντο. Μνημονεύει δὲ Δημοσθένης τὸ ἄγγος τοῦτο (Vol. II. *Oratt. GG.* p. 999, 16. 1180, 24. et alibi) — — ἦν δὲ καὶ πόλις, ἣν μνημονεύει Δημοσθένης ἐν ε' Φιλιππικῶν (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 120, 3.) κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione* p. 179. Confer *Foesii Oecon. Hipp.* s. v. ἐχινίδες p. 257. ac *Pollucis Onom.* lib. VIII. sect. 16, 17, 127.

Col. 40. Ἐψυχαγώγησεν, ἐπήλπισε, παρεμυθήσατο. ἢ ψυχὰς διὰ μαγγανείας τῶν τελευτησάντων ἀνήγαγεν. Perturbatus hic est ordo verborum, adeoque scribendum: ἢ ψυχὰς τῶν τελευτησάντων διὰ μαγγανείας ἀνήγαγεν. In *Zonarae Lexico* c. 945. τῶν τελευτησάντων recte omittitur.

Ibid. Ἑωθὼς, χωρὶς τοῦ ι. Ἄρχιππος καὶ Θουκυδίδης. ἢ ἑώθεσαν. E *Suida*, ubi eadem, sed pleniora leguntur, luculenter apparet, post Ἄρχιππος esse punctum ponendum. Confer *Küsterum* ad *Suidam* s. h. v. ac *Maittaire* de *dialectis l. gr.* p. 162. ed. *Sturzii*. Loco ἢ fortasse reponendum est ἡ. Sed locum reperire mihi nondum contigit.

Ibid. Ἐῴκει, ὁμοία ἦν. Confer *Arrian. de Alex.* lib. I. cap. 16. p. 15. *Iliad.* β', 58. ac *Eustathium* p. 759. 6. et 1714, 18.

Col. 41. Ἑωλοκρασίαν (Scribendum est Ἑωλοκρασίαν, nam descendit ab ἕωλος, *hesternus*, *vetus*, *rancidus* et *obsoletus*, ac ita in omnibus Lexicographis graecis recte scribitur. Confer *Eustathium* p. 1451, 65. ac *Polluc. Onom.* lib. VI. sect. 26. Eodem modo quoque haec vox in proxime antecedente ac sequente articulo emendanda est.) Δημοσθένης (scilicet ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 242. quod diserte addit *Harpocration* p. 179. e quo haec desumta sunt.) αἴτιος δ' οὗτος κ. τ. λ.

Ibid. Ἑωλοκρασία. ἔθος ἦν τοῖς νέοις δειπνοῦσι καὶ νυκτερεύουσι κατασχεῖν τῶν κοιμωμένων τῶν ἑώλων (lege ἑώλων) δείπνων τοὺς ζωμοὺς πρὸς τὴν τοιαύτην παιδιὰν κεκραμένους κ. τ. λ. Verba τῶν κοιμωμένων omissa quoque a *Phavorino*, exulare jubeo. Loco κεκραμένους idem *Phavorinus* col. 820. lin. 37. τετραμμένους habet, quae lectio si admitteretur, τετραμμένοις scribendum esset, ut legitur in *Zonarae Lexico* col. 945. ubi tamen Cel. *Tittmannus*, sed *Photio* non laudato, κεκραμένους emendat. Caeterum totum hunc articulum exhibet quoque *Zonaras* l. l.

Ibid. Ἐώρα, ὕψωσις ἢ μέταρσις. Ἐώρα pro αἰώρα reperitur apud *Sophocl.* in *Oedip. Tyranno* v. 1273. Confer *Eustathium* in *Iliad.* γ', p. 389, 42.

Col. 41. Ζαὴν ἄνεμον, τὸν σφοδρῶς πνέοντα. Pertinet haec glossa ad *Homer. Od.* ε', 368. et μ', 313. Confer *Eustathium* p. 897, 11, 38. 1539, 16. et 1723, 36. Hinc quoque emendandus est *Suidas*, ubi in editione *Küsteriana* perperam Ζαῆ ἄνεμον legitur, *Codex Lugdunensis* autem veram lectionem Ζαὴν servavit.

Col. 42. Ἑώρων, οἱ Ἀττικοὶ λέγουσιν — — Θουκυδίδης δὲ μόνος ἑώρων. v. c. lib. IV. cap. 106. et VIII. cap. 8. et 40.

Ibid. Ἕως, οὐχὶ ἠώς, τὸ Ἀττικόν ἐστι. Ξενοφῶν δὲ ἠὼς λέγει ποιητικῶς κατακόρως ἐν Κύρου παιδείᾳ. κ. τ. λ. Confer *Sturzii Lexicon Xenophonteum* s. v. Ἕως Vol. II. p. 448.

Ibid. Ζάλη, μεγάλη ἄελλα, ἀπὸ τοῦ σφόδρα ἀλίζεσθαι (scribe: ἁλίζεσθαι, ut recte legitur apud *Suidam*) — τείχιον (repone τείχει) ὑποστὰς κ. τ. λ.

Col. 43. Ζάμολξις, Πυθαγόρᾳ δουλεύσας, ὡς Ἡρόδοτος δ' (cap. 258. p. 325. ed. *Wesselingii*, qui quoque consulendus est p. 323.) — — Ἑλλάνικος δὲ ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς νομίμοις φησὶν κ. τ. λ. In *libello animadversionum* ad *Photii Lexicon* c. 8. verba ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς νομίμοις *Suidae* maxime auctoritate ductus muta-

veram in ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς νόμοις. Potest tamen e sententia Doct. *Lobeckii* recepta lectio auctoritate *Porphyrii* defendi, qui *Hellanici* βαρβαρικὰ νόμιμα laudat apud *Eusebium Praep. Evang.* p. 466. quemadmodum opus *Harmodii Lepreat.* περὶ τῶν κατὰ Φιγαλίαν νομίμων adducitur ab *Athenaeo.* Confer *Schweighaeuseri Indic. Auctorum* Vol. IX. *Opp. Athenaei* p. 116. Lectu digna autem de hoc libro pariter ac loco habet *Sturzius* ad *Hellanici Lesbii Fragmenta* §. 5. et p. 63 sequ.

Ibid. Ζάπλουτος, μεγαλόπλουτος. Occurrit haec vox (quae et in latinam linguam transiit, v. c. apud *Petron. Satyr.* c. 38. et de qua videndus *Etymol. M.* p. 407, l. 6.) apud *Herodot.* I, 32. *Eurip. Androm.* v. 1282. *Bibl. Coislin.* p. 233. Ζάπλουτος, ὁ ἄγαν πλούσιος. Confer etiam *Maittaire* de *dialectis* p. 351. ed. *Sturzii* ac *Pollucis Onom.* I. sect. 23. et III. 109.

Ibid. Ζατῶσαι, ὑποπτεῦσαι. Confer *Schneideri Lexic. l. gr.* s. v. ζατεύω.

Ibid. Ζείλα, τὸν οἶνον οἱ Θρᾶκες. Lubens equidem fateor, hanc vocem, quam in nullo Lexicographo ac scriptore Graeco reperire potui, mihi admodum suspectam esse, inprimis propterea, quia ea literarum ordo turbatur. Sequitur enim vox Ζείδωρον. Suspicor itaque, *Photium* dedisse Ζειά. *Phavorinus* col. 824. l. 24. Ζειαὶ, κριθαὶ, ὄλυραι — — — εἰ δὲ πιστεύομεν, καὶ οἶνος κ. τ. λ. Confer quoque *Foesii Oeconom. Hippocr.* s. v. ζειάς, p. 258.

Ibid. Ζειρά, ἤτοι σειρά, ὥς τινές, ἢ ἔνδυμά τι κ. τ. λ. Scribendum necessario est: ἦν ἔνδυμά τι, vt legitur apud *Harpocrationem* p. 180. e quo haec desumta sunt, nisi statuere malimus, excidisse apud utramque ante ἢ ἔνδυμά τι verba: ζώνης εἶδος. Certe *Lexicon Rhetoricum MS.*, quod laudat *Ruhnkenius* ad *Timaei Lexicon* p. 129. habet: Ζειρά, ζώνης εἶδος, ἢ ἔνδυμά τι, ὃ ἐπενδύνοντο (legendum ἐπενδύοντο) μετὰ τοὺς χιτῶνας, ὥσπερ ἐφεστρίδα. Ipse *Photius* in sequentibus scripsit: Ζειρά, ζώνης ἐστὶν εἶδος, quam glossam pariter ac sequentem male a nostra divulsam esse, vel ex *Harpocratione* apparet. Confer *Eustathium* p. 837, 51.

Ibid. Ζειραί, χιτῶνες ἀνακεκολαμμένοι (*Etym. M.* ἀνακεκολπωμένοι) ἢ ἀνάκωλοι (*Suidas* ac *Phavorinus* perperam ἀνάκολοι habent). Priorem interpretationem habet quoque *Timaeus* in *Lexico Platonico* p. 129. vtramque *Suidas* et *Etymolog. M.* c. 410, 20. Pro ἀνακεκολαμμένοι apud *Photium* et *Suidam* reponendum esse ἀνακεκολπωμένοι, h. e. *tunicae in sinum replicatae*, totamque glossam referendam esse ad *Herodot.* VII, 69. et 75. docuit ad *Timaeum Ruhnkenius.* Locus *Xenophontis*, qui in sequentibus laudatur, reperitur in *Anab.* VII, 4, 2. unde simul apparet, male apud *Phavorinum* ἕκτῃ legi pro ἑβδόμῃ.

Col. 44. Ζειρὸς, ἐνδύματος εἶδος. Scribendum est vel Ζειρά, de qua voce in antecedentibus articulis expositum est a *Photio*, vel reponendum: Ζεῖρος, σταφυλῆς εἶδος.

Ibid. Ζέσας θυμῷ, ἐξαφθεὶς τῇ ψυχῇ. Eadem habet *Lexicon A.* apud *Matthaeum* in *Lectionibus Mosquensibus* T. II. p. 75.

Ibid. Ζευγήσιον, ὃ ἐτέλει ὁ ζευγίτης. In *Etymol. M.* c. 410. l. 1. ac *Polluce* lib. VIII. sect. 130. et 132. scribitur Ζευγίσιον, sed secundum *Suidam* ac *Zonaram Lex.* col. 953. Ζευγήσιον est τὸ τοῦ ζευγίτου τέλος. ζευγίσιον δὲ, τόπος, ἰῶτα.

Ibid. Ζεῦγμα, οὐ τὸ σχοινίον — — καὶ Θουκυδίδης ζ'. τὸ ζεῦγμα τοῦ λιμένος. Respexit sine dubio locum lib. VII. cap. 70, ubi legitur: οὐ πρὸς τῷ ζεύγματι ἔτι μόνον ἡ ναυμαχία, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν λιμένα ἐγίγνετο.

Ibid. Ζεῦγος, τὸ ἐκ δυοῖν τινῶν ζευγνύμενον — καὶ γὰρ καὶ Ἰσοκράτης τέθριππον ζεῦγος εἶπε (Locum *Isocratis*, ubi haec verba reperiantur, invenire mihi nondum contigit. Vox τέθριππον reperitur apud *Aristoph.* in *Nubib.* v. 1397.) — — καὶ Αἰσχύλος ζεῦγος τεθρίππων. (Ex *Etymol. M.* qui eadem habet col. 409, 46. luculenter

lenter apparet, pro τεθρίππων in *Photio* scribendum esse τέθριππον, quod jam observatum est ab *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v.) ὥστε κἂν κ. τ. λ.

Ibid. Ζεῦγος ἡμιονικὸν ἢ βοεικὸν ζεύξαντες τὴν λεγομένην κλινίδα, ἥ ἐστιν ὁμοία διέδρῳ κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Etymol. M.* c. 409, 34. in quo tamen perperam δένδρῳ loco διέδρῳ legitur. — In verbis quae sequuntur: ἑκατέρου δέ τε ὁ νύμφιος καὶ ὁ πάροχος, pro ἑκατέρου restituendum ἐξ ἑκατέρου, ac τε delendum est, aut scribendum ἑκατέρωθεν δὲ ὅ τε νυμφίος, ut *Suidas* habet.

Ibid. Ζεῦξις. Ἀριστοτέλης. Κατὰ τὸν Ἰσοκράτους χρόνον ζωγράφος. Ne quis opinetur, laudari hic *Aristotelem* philosophum, scribendum erat: ἀριστοτέλης κατὰ τὸν Ἰσοκράτους χρόνον ζωγράφος aut ζωγράφων, h. e. *eximius et pictorum tempore Isocratis facile princeps.* Commemoratur ab *Isocrate* ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως cap. II. (ubi *Corayus* Tom. II. p. 341. loco Ἀριστοτέλης legendum esse conjecit Ἄριστος *), aut Ἄριστος τεχνίτης, quod mihi non necessarium videtur.) auctore *Harpocratione* p. 180. (quem descripsit *Photius*) ubi videndus *Maussacus*. Hinc emendari quoque potest *Suidae* s. h. v. versio latina *Porti*, quam *Küsterus* intactam reliquit.

Col. 45. Ζῆ, ἀντὶ τοῦ ζῆθι. Εὐριπίδης. scilicet *Iphig. in Taur.* v. 705. (al. 699.) Alia exempla, quibus probatur, in dialecto attica η in imperativo usurpari pro αθι vel ηθι, collegit *Maittaire* de *dialectis l. gr.* p. 83. ed. *Sturzii*. *Lex. MS.* apud *Montfauc. Bibl. Coislin.* p. 482. Ζῆ, ἀντὶ τοῦ ζῆθι. Εὐριπίδης Ἰφιγενείᾳ· ἀλλ' ἕρπε καὶ ζῆ καὶ δόμους οἴκει πατρός. Σοφοκλῆς Δανάῃ· ζῆ, πίε, τέρπου. Confer quoque *Brunckii Lex. Sophocl.* s. h. v.

Ibid. Ζηλοτυπεῦν. Αἰσχίνης, ἀντὶ τοῦ μισοῦν. Scribendum est: Ζηλοτυπεῖν, Αἰσχίνης (ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος, teste *Harpocratione* p. 180. Locus autem, ad quem respicitur, sine dubio reperitur Vol. III. *Oratt. GG.* p. 606. ubi videndi Intt.) ἀντὶ τοῦ μισεῖν. ζηλοῦν γὰρ τὸ μακαρίζειν κ. τ. λ. Aeque vitiosum est apud *Harpocrationem*, (e quo haec desumta sunt) in fine hujus articuli vulgatum ζηλοτυποῦν pro ζηλοτυπεῖν. Confer *Eustathium* p. 1527, 35.

Ibid. Ζηλωτὸς, μακαριστὸς, ἐπαινετός. Contra conjecturam a me in *libello animadversionum* c. 9. ad h. l. propositam dubium nuper movit Celeb. *Schaeferus* in *notis* ad *Gregor. Corinth.* de *dialect.* p. 526. cujus verba adscribam: *Cyrillus* aut scripsit aut scribere debuit ἐπαινετέος. Caeterum bene habet *Photii* (it. *Suidae* T. II. p. 7.) ἐπαινετὸς, ut quod forma sua ceteris adjectivis melius etiam respondeat. *Polybius* T. III. p. 189. *Schw.* ἀγνοοῦντες, ὅτι τὸ μὲν ἐπαινετὸν, τὸ δὲ μακαριστὸν εἶναι συμβαίνει τῶν προειρημένων. De quo discrimine vocum ἐπαινετὸς et μακαριστὸς v. *Wyttenbach.* in *Bibl. Crit.* III, 1. p. 55. — Adverbium ζηλωτῶς (quod est addendum *Lexicis*) reperitur in Scholio ad *Philostrati Heroic.* p. 648. ed. *Boissonad.*

Ibid. Ζητητὴς, ἀρχή τις Ἀθήνησιν κ. τ. λ. Leguntur haec, sed pleniora, apud *Harpocrationem* p. 180. Locus *Demosthenis* in *Orat. contra Timocratem* in sequentibus laudatus reperitur Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 703. l. 11.

Ibid. Ζήτρειον (scribendum Ζητρεῖον) τὸ τῶν δούλων κολαστήριον. Εὔπολις. *Etymol. M.* c. 408. l. 13. Ζητρεῖον σημαίνει κατὰ Ἴωνας τὸ βασανιστήριον. Confer *Hesychium* s. h. v. ejusque *Intt. Salmasium* ad *Scriptores Histor. Aug.* T. II. p. 739. *Eustathium* p. 837, 45. et 1411, 33. ac *Bastium* ad *Gregor. Corinth. de dial. l. gr.* p. 279.

Ibid. Ζιβύνη, ὁλοσίδηρον ἀκόντιον, λόγχη, σπάθη. Confer *Sturzium* de *dialecto Alexandrina* p. 46. et *Schol. Apollon. Rhod. Argonaut.* II, 99.

Ibid. Ζύγαστρον, κιβωτός (*Sophocl. Trachin.* v. 692.). κυρίως δὲ ἡ ξυλίνη σωρὸς, παρὰ τὸ

*) Hanc lectionem exhibet quoque *Codex Vatican.* N. 375. teste *Bastio* in *Epistola Critica* ad *Boissonadum* p. 134.

ἐζυγῶσθαι (scilicet τὰς σανίδας, quod addendum est e *Zonarae Lexico* col. 962.). οὕτως Εὐριπίδης (sine dubio in fabula deperdita, nam in editis nunc non reperitur. Fortasse loco Εὐριπίδης scribendum est Ξενοφῶν, nempe in Cyrop. VII, 3, 1. quem laudant quoque *Suidas* et *Zonaras*). παρὰ Δελφοῖς δὲ κ. τ. λ. Confer *Etymol. M.* c. 412, 28. Idem fere tradit *Eustathius* ad *Iliad.* ν' p. 956. lin. 5. et 1604. lin. 13 et 15.

Ibid. Ζύγιοι, ἐρέται τινὲς οὕτως ἐλέγοντο. Nisi obstaret *Hesychii* auctoritas, cui ζύγιος est ὁ τρίτος ἐρέτης, mallem loco Ζύγιοι substituere Ζυγῖται, quod est idem quod ζευγῖται. *Zonaras Lex.* col. 961. Ζυγίτης, ὁ καθήμενος ἐν τῇ νηΐ μέσος. *Lex. MS.* apud *Montfauc. Bibl. Coisl.* p. 234. s. v. Θαλά· τρεῖς τάξεις τῶν ἐρετῶν. οἱ μὲν γὰρ κάτω θαλαμῖται λέγονται, οἱ δὲ μέσον ζυγῖται, οἱ δὲ ἄνω θρανῖται, ἢ θρανίτης ὁ πρὸς τὴν πρύμναν. Eadem quoque habet *Schol. ad Aristoph. Ran.* v. 1101. Confer *Eustathium* c. 1818, 52. ac *Pollucis Onom.* lib. I. c. 9. sect. 120. ibique *Intt.*

Col. 46. Ζυγομαχεῖ, στασιάζει, ὡς οἱ βόες ἐζευγμένοι κ. τ. λ. Reperiuntur haec in *Etymol. M.* c. 412, 15. in quo in fine hujus articuli pro κεχρημένοι ὑπερι . . . e *Photio* restituendum est κέχρηται Ὑπερίδης. Confer quoque *Eustathium* p. 1818, 52.

Ibid. Ζυγὸς, ἐν τοῖς τακτικοῖς κ. τ. λ. In fine hujus articuli pro πλαγίοις reponendum est e *Suida* πλαγίως. Caeterum confer *Arcerium* ad *Aeneae Tactica* cap. 7.

Ibid. Ζωάγρια, δι' ὧν λύτρων τοῦ ζῆν περιγίνεται. Confer praeter *Hesychium*, *Falconer.* ad *inscript. Athlet.* p. 140. et *Spon. Miscell. erudit. antiqu.* p. 132.

Ibid. Ζωμεύματα, ὑποζώματα. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Equit.* v. 279. ac *Athenaeum* V, 9. p. 204. A.

Ibid. Ζωμὸς μέλας, ἡ λεγομένη αἱματία. Confer *Plutarchi Laconica instituta* Vol. VI. p. 880, 10. ed. *Reisk.* (δοκιμαζομένου μάλιστα παρ' αὐτοῖς τοῦ μέλανος λεγομένου ζωμοῦ.) ac *Pollucis Onomast.* lib. VI. sect. 57 et 58.

Ibid. Ζώπυρα, τοῦ ζῆν ποιητικά. Est glossa *Timaei* (p. 129.), quam etiam *Suidas* in Lexicon suum retulit.

Col. 47. Ζωπύρου τάλαντα. Ζώπυρος ὁ Πέρσης —— ὡς Ἡρόδοτος ἐν γ'. Scilicet cap. 160.

Ibid. Ἦια, δισυλλάβως, (lege δισσυλλάβως) τὸ ἐπορευόμην —— οἱ γοῦν Ἴωνες ἦια (scribendum ἤïα) λέγουσι. καὶ ἤισαν (scribendum ἤïσαν) τὸ ἤεσαν καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ (nempe lib. I. cap. 1. ubi nunc legitur ἦσαν. Vide ad h. l. Interpretes.) οὕτως ἀναγνωστέον, ὅτι ἀκμάζοντές τε ἤισαν (iterum legendum est ἤïσαν) εἰς αὐτόν (lege ταυτόν. In *Lex. MSS.* apud *Montfauconium* in *Bibl. Coislin.* p. 234. ubi eadem glossa, sed longe auctior, reperitur, legitur αὐτό.). οἱ δὲ Ἴωνες ἤεσαν καὶ ἤισαν. Hic quoque scribendum est ἤïσαν. Confer *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 484. *Xenoph. Cyrop.* V, 4, 5. et *Odyss.* δ' v. 427.

Ibid. Ἠβαιὸν, μικρὸν, ὀλίγον. Confer *Etymol. M.* c. 422, l. 12. et *Iliad.* ν' 106.

Ibid. Ἠβρυνόμην, διεχεόμην. Recte se habet haec glossa, de cujus vera lectione aliquamdiu dubitaveram. Διαχέομαι enim est ἥδομαι, χαίρω, interprete *Hesychio*, (*Phavorinus:* διαχέομαι, ἥδομαι, εὐφραίνομαι· ὅθεν διάχυσις, ἡ τέρψις.) *luxu et mollitie diffluo.* Sic Latinorum *diffundi* usurpatur, v. c. apud *Ovidium* de *arte amandi* I, 218.

Col. 48. Ἥγαλλεν, ἐθεράπευεν κ. τ. λ. Eadem leguntur quoque in *Etymol. M.* c. 418, 1. Locus *Dionis Cassii* in sequentibus laudatus reperitur Vol. I. *Histor. Rom.* c. 25, 66. ed. *Reimari.*

Ibid. Ἡγεμονία δικαστηρίου. Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος (nempe Vol. III. *Oratt. GG.* p. 56. ac sequ.) κ. τ. λ. In *Harpocratione* p. 181. quem exscripsit *Photius*, loco ἀπροστασίου τε καὶ ἀπρονοησίου, legi-

tur: τοῦ ἀποστασίου τε καὶ ἀπροστασίου, quod praefero.

Col. 49. Ἡγεμὼν συμμορίας. Δημοσθένης κ. τ. λ. Hanc quoque glossam ab *Harpocratione* sumsit *Photius*. Confer Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 565, 12. et 329, 17.

Ibid. Ἡγουμένου. Πολιτείας θ' κ. τ. λ. Post Ἡγουμένου excidisse puto explicationem προηγουμένου.

Ibid. Ἡγεμονία δικαστηρίου. τοῖς ἄρχουσιν οὐ πάσας κ. τ. λ. Verba in medio fere hujus articuli προηγόρευε δὲ καὶ τῶν νόμων εἴργεσθαι τοὺς ἐναντία non lacunosa sunt, sed corrupta. Pro ἐναντία enim scribendum est ἐν αἰτίᾳ. Sic certe facile evanescet omnis difficultas.

Ibid. Ἡγήμων. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος κ. τ. λ. Sunt ipsa verba *Harpocrationis*. Confer *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* Vol. I. p. 320.

Col. 50. Ἥγημα, βουλὴ, γνώμη. *Lex. MS.* apud *Montfauconium Bibl. Coisl.* p. 471. pro βουλὴ habet βούλημα.

Ibid. Ἡγήσιππος, οὗτός ἐστιν ὁ Κρώβυλος ἐπικαλούμενος κ. τ. λ. Debet haec quoque *Photius Harpocrationi*, in quo tamen pro δοκεῖ τις legitur δοκεῖ τισιν, ac Δημοσθένους pro Δημοσθένει reperitur. Confer *Reiskii indicem historicum in Demosthenem* p. 857 sequ.

Ibid. Ἡγητηρία, παλλάθη (scribendum παλάθη) συκῶν κ. τ. λ. Apud *Suidam*, *Etymol. M.* (c. 418, 49.) et *Zonaram* (*Lex.* col. 973.) scribitur Ἡγητορία. *Photii* lectionem habet *Hesychius*: de qua diversitate lectionis praeter Interpretes ad *Hesychium* adeundus est *Küsterus* ad *Suidam*. *Phavorinus* s. h. v. pro ἐν τῇ πομπῇ τῶν πλυντηρίων habet: ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν παραπλυντηρίων. Confer quoque *Eustathium* p. 1399, 29. Caeterum verba ultima hujus articuli: ὅτι ἡμέρου τροφῆς πρώτης ταύτης ἐγεύσαντο, *Küsterus* ad *Suidam* recte ita emendavit: ὅτι ἥμερον τροφὴν πρώτην ταύτην ἡγήσαντο, h. e. *quod eam primum vitae mansuetioris cibum fuisse existimarent.*

Ibid. Ἥδει, τέρπει. Ob sequentia verba: καὶ ἤδη ἀντὶ τοῦ νῦν, arbitror *Photium* scripsisse: Ἥδη, τέρπῃ. Conf. *Eurip. Rhes.* v. 1258. et *Sophocl. Ajac. Flagell.* v. 272.

Ibid. Ἤδη, ἀντὶ τοῦ ᾔδειν κ. τ. λ. Scribendum est Ἤιδη, et sic etiam in sequentibus legendum est. Confer *Homer. Il.* ά, v. 70.

Col. 51. Ἦδ' ὅς (scribendum est Ἦ δ' ὅς. Eodem mendo laborat quoque sequens articulus) οἱ μὲν περὶ — — ἀλλὰ περιμενοῦμεν, ἦ δ' ὅς ὁ Γλαυκίων. (Legendum sine dubio est: ἦ δ' ὅς, ὡς ὁ Γλαύκων, Comicus forte, qui effugit dilegentiam editoris *Indicis auctorum in Photii Lexico laudatorum.*). καὶ ἦν δ' ἐγὼ κ. τ. λ. — Caeterum verba, quae paulo post sequuntur: ἦ, καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι, sunt *Homeri Iliad.* ά, v. 528.

Ibid. Ἡδύλειον, ὄρος ἐστὶν ἐν Βοιωτίᾳ, τὸ Ἡδύλειον. Sunt ipsa *Harpocrationis* verba.

Ibid. Ἡδυλισμὸς, εἶδός τι κολακείας ἐστὶν κ. τ. λ. Confer *Eustathium* ad *Homer. Odyss.* ά, p. 1417, 21.

Ibid. Ἡδὺς, εὐήθης. ἐκάλουν δὲ οὕτως καὶ τοὺς ὑπομώρους. Confer *Scholia* in *Platonem* p. 180. ac *Ruhnkenium* ad *Timaei Lex. Platon.* p. 131 sequ.

Col. 52. Ἠὲ, βαρυτόνως, διαζευκτικὸς σύνδεσμος. ἠὲ διατμῆξαι κοῖλον δόρυ. Sunt haec verba *Homeri Odyss.* θ' v. 507. Eadem quoque habet *Zonaras Lex.* c. 980. Confer *Eustathium* p. 225, 33. In fine hujus articuli, ubi legitur: περισπωμένως δὲ ἀποῤῥηματικὸν, περιπταίῃ μαχεούμενον ἠὲ καὶ οὐχὶ, partim e *Suida*, partim ex *Homero Odyss.* λ' 403. reponendum est: ἀπορηματικὸς, ἠὲ περὶ πτόλιος μαχεούμενον. Ἠὲ καὶ οὐχὶ, aut potius οὐκὶ, ut legitur apud *Homerum Iliad.* β'. 301.

Ibid. Ἧ ἐν ὁδῷ καθελών, ἀντὶ τοῦ ἐνεχθέντα ἑλών. Loco ἐνεχθέντα, quamquam etiam in *Phavorino* reperitur, rescribendum est ἐνεδρεύοντα ex *Harpocratione*, quem exscripsit *Photius*. Caeterum pertinet haec glossa ad *Demosthen. Orat. c. Aristocr.* Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 637.

Ibid. Ἠετιώνεια, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιῶς ἄκρα κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*, (ubi videndus *Valesius*) cui etiam sequentem glossam debet *Photius*.

Ibid. Ἠεροφοῖτις, ἡ ἀοράτως ἐρχομένη κατὰ τὰ ἔργα. scilicet δαίμων aut ἐριννύς. Confer *Homer. Iliad.* τ'. 85 sequ. Scribitur etiam Ἠεροφοίτης. In *Etymolog. MS.* quod laudat *Huschke in Analectis criticis in Anthologiam graecam* p. 282. Ἠεροφοίτης, ἀρσενικὸν, ὁ ἐν τῷ ἀέρι φοιτῶν. παρὰ τὸ δι' ἀέρος φοιτᾷν καὶ σκότους. καὶ τὸ θηλυκὸν ἠεροφοῖτις, ἡ ἀπροοράτως φοιτῶσα καὶ ἀπερχομένη (legendum ἐπερχομένη), ὡς τιμωρὸς τῶν ἀδικημάτων. Confer *Etymol. M.* c. 421, 53. *Eustathium* p. 775, 14. et 1173, 16. *Struchtmeyeri Obss. Criticas* p. 44 sequ. et quos laudat *Tittmannus* ad *Zonarae Lex.* c. 979.

Ibid. Ἠθεῖος, παρὰ Ἴωσι. νεωτέρου πρὸς πρεσβύτερον προσαγόρευσις. *Pollux Onom.* lib. III. sect. 24. ὁ δὲ πρεσβύτερος, ἀδελφὸς ὑπὸ τοῦ νεωτέρου ἠθεῖος καλεῖται. *Iliad.* ζ'. 518. et κ'. 37. cum *Schol. Od.* ξ'. v. 147. Conf. *Etymol. M.* p. 422. l. 12. ac *Eustathium* p. 659, 44.

Ibid. Ἤθεος, ἄφθαρτος πρὸς γυναῖκας. Scribendum est Ἠΐθεος, ut paulo post recte impressum legitur. *Schol. Musaei* v. 19. Ἠΐθεον, ἄγαμον, νέον. *Pollux Onom.* lib. II. sect. 9. p. 156. ἠΐθεος, οὔπω πρόσηβος. Est glossa *Timaei*, descripta quoque a *Suida*. Confer *Ruhnkenium* ad *Timaei Lex. Platon.* p. 132. *Etymol. M.* c. 422, 40. et *Valckenarium* ad *Euripidis Phoeniss.* v. 953. p. m. 346.

Ibid. Ἤθεσι, τοῖς συνήθεσι τόποις, ταῖς ἐξ ἔθους διατριβαῖς. Sic legitur apud *Herodotum* lib. II. cap. 142. ἐξ ἠθέων τὸν ἥλιον ἀνατεῖλαι, ubi videndus *Valckenarius*. Confer *Suidam* s. v. ἤθεα et ἐξ ἠθέων.

Ibid. Ἠθημένος, δἰϋλισμένος, οὕτως Ἐπίλυκος. Sic ὀδμαὶ ἠθούμεναι occurrunt apud *Hippocratem* lib. VI. de *morb. Epidem.* p. 819. ut certe legendum videtur pro vulgato πειθόμεναι. Confer *Reinesii Varr. Lectt.* lib. III. c. 6. p. 443. *Palmerii Exercitatt. in auctores graecos* p. 609. item *Mercur. Var. Lectt.* II, 17. et *Rhod.* ad *Scribon. Larg.* p. 195 sequ.

Ibid. Ἤθνευμαι, ἠκολάστηκα. Similis est glossa apud *Hesychium*: Ἠθλίωμαι; ἀκολάστως διαγήοχα, quae valde torsit *Albertium*. Utrobique scribendum videtur Κιχλίωμαι.

Ibid. Ἦϊα, τὴν τῶν ὀσπρίων καλάμην. οὕτως Ἐρατοσθένης. ὁ δὲ ποιητὴς ἁπλῶς ἔοικε βρώματα· θωῶν παρδαλίων τε, λύκων τε ἤϊα πέλονται (Sunt verba *Homeri Iliad.* ν' v. 104. Adde *Odyss.* β'. 289 et 410.). καὶ τὸν εἰς τὰς ναῦς ἐπισιτισμὸν ὁμοίως. Confer *Etymol. M.* c. 423, 20. et *Schol. Apollon. Rhod.* ad *Argonaut.* I. v. 859.

Ibid. Ἦϊα, βρώματα, καὶ τὸ ἐπορευόμην. In posteriore significatione legitur apud *Homerum Odyss.* δ'. v. 427. *Xenophontem Cyrop.* V, 4, 5. etiam *Platonem in Apologia Socratis* §. 6. ubi *Scholia* a *Ruhnkenio* edita p. 5. habent: ἤϊα, ἀντὶ τοῦ, ἐπορευόμην. In priore autem significatione reperitur apud *Homerum Iliad.* ν'. 103. Confer *L. Bos. anim. ad SS. GG.* p. 154 sequ.

Ibid. Ἠϊόεντι, καλὸν αἰγιαλὸν ἔχοντι. Est glossa *Homerica* pertinens ad *Iliad.* ε'. v. 36. ἐπ' ἠϊόεντι Σκαμάνδρῳ. Confer et *Etymol. M.* c. 423, 8. ac *Eustathium* p. 519, 24.

Ibid. Ἤϊκειν, ὅμοιος ἦν. Reponendum judico Ἤϊκτο, quod *Suidas* per ὡμοίωτο interpretatus est.

Ibid. Ἠϊόνα, αἰγιαλὸν, ὄχθον. Quamquam haud ignoro, ὄχθον cum voce ὄχθη interdum permutare significationes, tamen ar-

bitror, *Photium* ὄχθην scripsisse, quod *Suidas* quoque habet.

Col. 53. Ἥκειν, τὸ ἐώκειν. ἐπὶ γ' προσώπου. οὕτως Ἀριστοφάνης. nempe in *Avibus* v. 1298. Confer *Maittaire* de *dialectis gr.* p. 76. ed. *Sturzii* ac *Suidam* s. v. ἥκει.

Ibid. Ἧις ὑπάρχεις. Non dubito reponere: Ἧς, ὑπῆρχες.

Ibid. Ἠκρωτηριασμένος. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος (Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 324, 22.)· ἠκρωτηριασμένοι κ. τ. λ. Ex *Harpocratione* (quem descripsit *Photius*) p. 182. in medio hujus articuli pro οἱ γὰρ λυμαινόμενοί τισιν rescribendum est: οἱ γὰρ λυμαινόμενοί τινας.

Ibid. Ἤλεγχον, ἐφανεροποίουν, ἢ ἀνέκρινον, ὡς Ξενοφῶν. nempe in *Anab.* III, 5, 9.

Col. 54. Ἠλιαῖα (scribe: Ἡλιαία) καὶ ἠλιάζεσθαι (lege ἡλιάζεσθαι) κ. τ. λ. Haec pariter ac sequentia desumta sunt ex *Harpocratione*, in quo tamen pariter ac *Phavorino* et *Etymologico M.* loco ἡλιάζεσθαι legitur ἡλίασις. Vide *Pausan. Attic.* XXVIII. p. 69. *Holstenium* ad *Stephan. Byz.* p. 128. *Van Dale Diss.* IX. p. 771. et *Spon. miscell. erudit. antiqu.* p. 320.

Ibid. Ἠλίβατον, ὑψηλὸν, ἄβατον. ἢ ἐστιν ἁλεῖν βαίνοντα. ἢ ὅπου ἥλιος πρῶτον βάλλει. ἁλὶ βεβηκυῖαν. Hic vel deleto puncto post βάλλει scribendum est βεβηκὼς loco βεβηκυῖαν, h. e. *e mari emergens*, vel ἁλὶ in ἀκτῖνα mutandum est. Caeterum eandem glossam paucis omissis habet quoque *Schol. Luciani* in *apologia pro mercede conductis* cap. 10. Vol. III. Opp. p. 279. ed. *Bip.* Confer etiam *Etymol. M.* c. 427. l. 39. Caeterum fragmentum *Stesichori*, quod in hoc articulo reperitur, una cum multis aliis neglexit *Suchfortus* in *fragmentis Stesichori Lyrici Goett.* 1771. 4. editis.

Ibid. Ἡλικία τῆς πόλεως, ἀντὶ τοῦ, ἐν ἡλικίᾳ, οἱ νέοι. οὕτως Λυσίας καὶ Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. Sunt verba *Harpocrationis* p. 183. ubi tamen *Lysias* non laudatur, sed *Lycurgus* in *Aristogitonem*. Ante ἡλικίᾳ supplendum est οἱ e *Suida*.

Ibid. Ἠλινδημένον, ἀντὶ τοῦ ἀνεστραμμένον (In *Phavorino* col. 853. lin. 8. ἀνεστρωμμένον legitur). Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Φορμισίου, ὅπῃ (scribendum e *Suida* ac *Phavorino* est ὅπερ) Ἰσοκράτης καλινδεῖσθαι λέγει. nempe in *Orat.* περὶ τῆς ἀντιδόσεως pag. 316. ubi videndus *Corayus* Tom. II. p. 235.

Ibid. Ἠλύσιον, ἱερὸν περίοδον κ. τ. λ. Vix sana esse potest vox περίοδον, quam in πεδίον muto ductus auctoritate *Zonarae Lex.* col. 987. *Eustathii* p. 1509, 22. et *Etymologici M.* c. 428, 29. nisi quis cum *Suida* et *Phavorino* c. 855. l. 8. περὶ τὸν ᾅδην legere malit. Fortasse tamen περίοδον ex περὶ Ῥόδον ortum esse potuit, ut *Photius* scripserit: ἱερὸν πεδίον περὶ Ῥόδον, quae sunt ipsa verba, quibus auctor *Etymolog. M.* l. l. usus est. — Offendunt me quoque in sequentibus verba: οἱ δὲ τὸ κεκεραυνωμένον χωρίον ἢ πεδίον, quamquam ea *Hesychii* quoque auctoritas tuetur. Quomodo enim *regio de coelo tacta* seu *fulmine percussa* Ἠλύσιον vocari possit, equidem non video. Vera lectio sine dubio est τὸ κεκεραμωμένον χωρίον ἢ πεδίον, h. e. *regionem* seu *planitiem inclusam* seu *septam*, a κέραμος, *carcer* (Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. v. Κέραμος T. II. c. 231. n. 4.) quam exhibet *Phavorinus*. Sequuntur enim verba: τὰ δὲ τοιαῦτα ἐστὶν ἄβατα. Τὸ κατασκαφὲν in fine hujus articuli *Küsterus* ad *Suidam* s. h. v. in κατασκηφθὲν, i. e. *fulmine tactum*, a κατασκήπτομαι, mutavit.

Col. 55. Ἥλῳ τὸν ἧλον ἐκκρούεις, ἀντὶ τοῦ, ἁμαρτήματι τὸ ἁμάρτημα σπεύδεις ἐξελάσαι. Usus est hoc proverbio *Lucianus* in *Philopseude* cap. 9. Vol. VII. *Opp.* ed. *Bip.* p. 258. ubi *Schol.* Παροιμία ἐπὶ τῶν ἀσυμφόροις ἀσύμφορα πιστουμένων, ὥςπερ καὶ ἐπὶ τῶν ψευδῶν εἴρηται τῷ λίνῳ λίνον συνάπτεις. Adde *Pollucem* lib. IX. cap. 7, 120. Uberius de hoc adagio exposuit *Erasmus Adag. Chil.* I. *Cent.* II. n. 4. p. 61. ac *Davisius* ad *Cic. Tuscul. D.* cap. 35.

Ibid. Ἦλω, ἐλήφθη, ἐφανερώθη, ἐπορθήθη. Pertinet haec glossa ad *Odyss.* χ΄. v. 230. Σῇ δ' ἥλω βουλῇ Πριάμου πόλις εὐρυάγυια.

Ibid. Ἠμάλαπτεν, ἔκρυπτεν, ἠφάνιζεν. Fortasse *Photius* dederat Ἠμάλαψε, ut glossa referenda sit ad *Lycophron. Cassandr.* v. 34. ubi videnda *Scholia Tzetzae.*

Ibid. Ἥματα, ἡμέρας ἢ ἱμάτια. Mancam esse hanc glossam e *Suida* intellegetur, qui habet: Ἥματα, ἡμέρας. Εἵματα δὲ τὰ ἱμάτια, διὰ διφθόγγου, καὶ δασύνεται.

Ibid. Ἡμὲν κλέος, ἠδὲ καὶ ἦσθα. παροιμία ἐπὶ τῶν ὁμοίων τῇ περὶ αὐτῶν φήμῃ. Aperte vitiose hoc proverbium sic editum est. Paulo rectius *Suidas* habet: Ἢ μὲν κ. τ. λ. Loco Ἢ μὲν cum spiritu tenui rectius fortasse legitur: Ἧι μὲν κλέος, ᾗ δὲ καὶ ἦσθα, ut in ᾗ cum jota subscripto intellegatur μερίδι, hoc sensu: *qualis de te rumor, talis ipse eras.*

Ibid. Ἡμερόδρομος, ὁ ἥλιος. λέγονται δὲ καὶ οἱ ἐν ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι ταχύτατοι διακονούμενοι. Apud *Suidam* ac *Etymol. M.* c. 429, 41. ἐν ante ταῖς βασιλικαῖς διατάξεσι recte omittitur. Sic enim vocabantur, qui regum mandata celeriter in aliqua loca perferebant. Confer de hac voce scriptores laudatos a Celeb. *Tittmanno* ad *Zonarae Lex.* c. 989. *Intt.* ad *Pollucis Onom.* lib. I. s. 65. ac III. s. 148. et inprimis *Hemsterhusium* ad *Luciani Dialog. Deor.* Tom. II. p. 325. ed. *Bipont.*

Ibid. Ἡμεροκαλλὲς, ἄνθος σπειρόμενον κ. τ. λ. Eadem habet *Etymol. M.* c. 429, 43. Confer *Dioscorid.* III, 137. (ubi ἡμεροκαλλὶς scribitur), *Eustathium* p. 1049, 27. ac *Intt.* ad *Polluc. Onom.* lib. VI. sect. 106. ubi pariter ac ap. *Theophr.* VI, 1. *Hesychium* et *Suidam* ἡμεροκαλὲς legitur. Pro εἰργάσθαι in fine huius articuli apographum *Küsteri* (ad *Suidam* s. h. v.) ἠργάσθαι exhibebat.

Ibid. Ἡμερόλεγδον, τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐξαριθμεῖν. Propositis a me ad hunc articulum in *libello animadversionum ad Photii Lexicon* c. 11. addendum est: Aliter de hoc loco judicat *Lobeckius*, qui putat, pertinere Ἡμερόλεγδον ad *Aeschyl. Pers.* v. 63. ita ut interpretatio omissa sit. Sed tunc ante τὸ καθ' ἑκάστην ἡ. ἐ. omissum est caput novi articuli, nempe Ἡμερολογεῖν, vox apud *Herodotum* et alios saepius obvia.

Ibid. Ἡμερῶα, ἡμεροφυλάκια. Vel e sequente articulo (ubi legitur Ἡμερωρεῖν, ἡμεροφυλακεῖν) luculenter apparet, mendosissime scribi Ἡμερῶα, ὠρῶ γάρ ἐστι τὸ φυλάσσω. Sed quomodo lectio emendanda sit, cum nullum tale vocabulum in scriptoribus graecis reperiatur, nemo facile dixerit. Mihi in mentem venit Ἡμερωρεῖα seu Ἡμερώρια.

Col. 56. Ἡμιδαὴς, ἡμίκαυστος. Respicitur locus *Homeri Iliad.* π΄. 294. ubi *Scholiastes:* ἡμιδαής, ἡμίκαυστος, ἡμίφλεκτος. Confer *Intt.* ad *Polluc.* VII. sect. 110. et X. sect. 101.

Ibid. Ἡμιδαπὴς, ἡμιτελής. Ita etiam *Suidas* habet. Sed utrobique pro Ἡμιδαπὴς legendum est Ἡμιδεὴς, quod *Suidas* explicavit: ὁ τοῦ ἡμίσεως αὐτοῦ ἔνδειαν ἔχων. *Hesychius*: Ἡμίδεα, τὰ οὐχ' ὁλόκληρα. Confer *Alberti Miscell. Crit. in Suidam* p. 277. *Pollucis Onom.* IV, 170. et V, 133. ac *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* p. 991.

Ibid. Ἡμίεκτον καὶ ἡμιμέδιμνον, τοῦ μεδίμνου ἔχοντος χοίνικας μή κ. τ. λ. Ex *Harpocratione* p. 183. cui sua debet *Photius*, verba ultima hujus articuli: τὸ γὰρ ἕκτον, χοίνικες ή, ita restitui possunt: τοῦ ἕκτου, ὅπερ ἐστὶ χοίνικες ὀκτὼ, τὸ ἥμισυ. Confer *Eustathium* p. 1854, 13. *Foesii Oeconom. Hippocr.* s. h. v. p. 261. ac *Schol. Aristoph.* ad *Nubes* v. 639.

Ibid. Ἡμῖν, ἀντὶ τοῦ ἡμᾶς. Glossa haec in nullo alio Lexicographo, quantum equidem indagare potui, reperitur. *Photius* fortasse scripserat: Ἡμῖν, ἀντὶ τοῦ ἡμετέροις, aut, quod mihi magis placet: Ἧμιν, ἀντὶ τοῦ ἡμῖν. Ἧμιν est dativus poeticus, quo Attici, etiam Dores et Iones, usi sunt, teste *Eustathio* ad *Iliad.* ρ΄. 415. p. 1112,

34. Confer quoque *Fischeri animadv.* in *Welleri Grammat. gr.* P. II. p. 207.

Ibid. Ἡμιολιασμὸς, Ἀντιφῶν, ἀντὶ τοῦ τὰ ἡμιόλια δοῦναι κ. τ. λ. Reperiuntur haec longe pleniora nec sine lectionis diversitate in *Harpocratione* p. 183.

Ibid. Ἡμίοποι, κυρίως ἡμιτέλειοι αὐλοί. *Hesychius*, quem *Phavorinus* descripsit, habet: οἱ μὴ τέλειοι αὐλοί· τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων μὴ τελείων. Hinc fortasse emendandus est *Photius*, quamquam et recepta lectio habet, quo se tueatur. Confer *Polluc. Onom.* lib. IV. sect. 77. et VI. 161.

Ibid. Ἡμιπέλεκα, οἱ μονόστομοι ἀξίναι. Ἡμιπέλεκα etiam apud *Suidam* per unum κ scribitur. Sed quia est glossa *Homerica*, pertinens ad Iliad. ψ'. 883. ut ex *Apollonii Sophistae Lex. Homer.* s. h. v. luculenter apparet, cum duplici κ etiam apud *Photium* ac *Suidam* scribendum erit Ἡμιπέλεκκα, ut quoque in *Hesychio* ac *Apollonio* legitur.

Ibid. Ἡμιτύβιον. δίκροσσον κ. τ. λ. *Schol.* ad *Aristoph. Plut.* v. 729. edit. *Inverniz.* ἡμιτύμβιον, συδάριον (lege σουδάριον), ῥάκος, ἡμιτριβές. λινοῦν τι. ἢ φακιόλιον. κροσοὺς ἔχων ἀμφοτέρους. Confer *Comment. Beckii* Vol. I. p. 388. *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 263. ac *Intt.* ad *Polluc. Onom.* lib. VII. cap. 16. sect. 71. p. 738.

Ibid. Ἠμπείχετο, περιεβέβλητο. Suspicor legendum esse Ἠμπέσχετο, ut glossa referenda sit ad *Aristoph. Thesmoph.* v. 171. ubi vid. *Schol.*

Col. 57. Ἦν, ἀντὶ τοῦ ἤμην. Idem legitur in *Scholiis* in *Platonem* a *Ruhnkenio* editis p. 36. ad *Platonis Sophist.* p. 159. C. ed. *Lugd.* anni 1590.

Ibid. Ἠνδρώθησαν, ἀνδράσιν ὡμίλησαν. οὕτως Δίων πολλάκις ἐχρήσατο. Vide Vol. I. Opp. fr. 92. p. 39. ed. *Reimari.*

Ibid. Ἦν δ' ἐγὼ, ἀντὶ τοῦ, ἔφην ἐγὼ κ. τ. λ. Occurrit haec formula apud *Platonem* T. II. p. 573. B. ed. *H. Stephani.* Confer quos laudat *Maittaire de dialectis l. gr.* p. 112. sequ. ed. *Sturzii.*

Ibid. Ἠνεμόεσσαν, ὑψηλήν. Sic legitur apud *Homerum Iliad.* β. v. 606. et alibi.

Ibid. Ἤνεγκα καὶ ἤνεγκον ἄμφω λέγουσιν κ. τ. λ. *Lex. MS. Sangerm.* teste *Brunckio* in *Lexico Sophocleo* s. h. v. Ἤνεγκον ἐπὶ πρώτου προσώπου. Σοφ. Τυροῖ. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις. scilicet v. 742. Confer quoque *Schol. Aristoph.* ad *Ran.* v. 1334.

Col. 58. Ἠόνησας, κατήντλησας, ἔλουσας κ. τ. λ. Scribendum est Ἠιόνησας cum Iota subscripto. Descendit enim ab ἠϊὼν, *littus*, *ripa*, unde *Photius* addit: τάχα καὶ τοὺς αἰγιαλοὺς ἠϊόνας φασὶ, παρὰ τὸ ἐπικλύζεσθαι.

Ibid. Ἤπειρον, τῷ Ἰσοκράτει (v. c. in *Evagora* c. 25. et *Orat. in Philipp.* c. 47.) σύνηθές ἐστι τὴν ὑπὸ βασιλεῖ τῶν Περσῶν γῆν οὕτω καλεῖν. Desumta haec sunt ex *Harpocratione* p. 184. Confer *Aelian. V. H.* V. cap. 3.

Ibid. Ἤπειρος, χέρσος γῆ, οἷον ἄπειρός τις οὖσα — — ὡς Εὐριπίδης· ἤπειρον εἰς ἄπειρον ἐκβάλλων πόδα. Ita et *Suidas.* In *Zonarae Lexico* col. 1001. hoc fragmentum *Euripidis* ita affertur, ut loco εἰς scriptum reperiatur ὡς, et apud *Schol. Apollon. Rhod.* IV, 71. legitur: Ἤπειρον ὡς ἄπειρον ἐκβάλλων χθόνα. Confer *Polluc. Onom.* lib. IX. sect. 27. p. 995.

Ibid. Ἠπίαλος, ὁ ῥιγοπύρετος. Est glossula *Timaei*, quam transscripsit et *Suidas. Schol. Luciani in Philopseud.* cap. 19. Vol. VII. Opp. ed. *Bip.* p. 269. ἠπίαλος, εἶδος πυρετοῦ ἢ παροξυσμοῦ. Idem ad *Dissertationem cum Hesiodo* cap. VIII. Vol. VIII. p. 153. ἠπίαλος, ῥιγοπύρετος. *Alciphr.* III. Ep. 72. Confer quoque *Etymol. M.* c. 434. l. 6. *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 264. et quos laudat Doct. *Tittmannus* ad *Zonarae Lex.* col. 1000.

Ibid. Ἠπιάλης, ἐπιάλης, ὁ πνιγαλίων ὑπό τινων. Lucem ultimis hujus articuli verbis foeneratur id quod *Etymolog. M.* l. l. tradit: σημαίνει — — καὶ δαίμονα τοῖς κοιμωμένοις ἐρχόμενον, qui Latinis *incubo* dicitur. *Phavorinus* c. 865. l. 21. Δίδυμος δὲ φησὶ, δαίμων, ὃν ἠπιάλην καὶ τίφην

καὶ εὐόπαν καλοῦσι. *Lex. MS. Bibl. Coisl.* p. 466. Ἠπιάλης, ὁ ἐπιπίπτων καὶ ἐφέρπων τοῖς κοιμωμένοις δαίμων. τὸ δὲ διὰ τοῦ ο μικροῦ ἕτερόν τι σημαίνει τὸ καλούμενον ῥιγοπύρετον.

Ibid. **Ἠπιόδωρος**, ἤπια καὶ προσηνῆ δωρουμένη, χρηστή. Eadem quoque reperiuntur in *Apollonii Sophistae Lexico Homerico*, ubi a *Villoisonio* locus *Homeri Il.* ζ. 251. laudatur.

Ibid. **Ἡ Περγαία Ἄρτεμις.** τάσσεται ἐπὶ τῶν ἀγυρτῶν καὶ πλανητῶν, παρόσον καὶ ἡ θεὸς ἐν αὐτῇ. Mutilus in fine esse videtur hic articulus, e *Suida* ita supplendus ac emendandus: παρ' ὅσον καὶ ἡ θεὸς αὕτη νομίζεται ἀγυρτεύειν ἀεὶ καὶ πλανᾶσθαι. Eadem quoque in Lexicon suum transtulit *Phavorinus* col. 865. lin. 2.

Ibid. **Ἠποθέν**, ἀμόθεν. οὕτως Ἀριστοφάνης. In apographo *Ruhnkenii* ad *Timaei Lexicon* p. 26. legitur: Ἠ πόθεν, ἀμόθεν. οὕτως Ἀριστοφάνης. ubi *Ruhnkenius* monet legendum esse: Ἀμόθεν, ποθέν, ut est in *Suida*. Verba sequentia

Ibid. **Ἦπου**, ἄρα γε, etiam in *Timaei Lexico Platonico* reperiuntur.

Ibid. **Ἤπου**, ἴσως, σχεδόν. Eadem habent quoque *Scholia ad Platonis Euthyphr.* p. 48, 9. p. 3. edit. *Ruhnkenii* et p. 38. e quo loco simul apparet, sequentem articulum cum nostro conjungendum esse.

Ibid. **Ἡράκλεια**, πολλῶν ὄντων τῶν κατὰ τὴν Ἀττικὴν Ἡρακλείων κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione* p. 184. cujus auctoritate ductus in fine hujus articuli, ubi legitur: ταῦτα γὰρ διὰ τιμῆς μάλιστα ἦγον Ἀθηναῖοι, loco ἦγον rescribendum esse judico εἶχον. Confer *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* Vol. I. p. 368, 11. et 379. pen.

Col. 59. **Ἡράκλεια λουτρά**, τὴν Ἀθηνᾶν ἐν Θερμοπύλαις κ. τ. λ. Vide *Paschal. Caryophili Diss. de thermis Herculanis* p. 29 sequ.

Ibid. **Ἥρας δεσμοὺς ὑπὸ υἱέος.** Πολιτείας β' οὕτω γραπτέον. Locum integrum apud *Platonem de republ.* II. p. 430. B. adduxit *Küsterus* ad *Suidam* s. h. v. In fine legendum est e *Suida*: Κλήμης. ἡ ἱστορία καὶ παρ' κ. τ. λ. pro eo quod impressum est: Κλήμεντος ἡ ἱστορία. καὶ παρ' κ. τ. λ.

Ibid. **Ἡραῖον τεῖχος**, χωρίον ἐστὶν ἐν Θράκῃ. ὑπὸ Σαμίων δὲ ᾠκίσθη. Longe pleniora haec reperiuntur apud *Harpocrationem* p. 184. Confer *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* Vol. I. p. 29, 22.

Ibid. **Ἠρέμα**, ἀτρέμα .... ἡσυχῇ. ἡ γὰρ ἐρημία ἡσυ ..... Glossa haec lacunosa aeque ac corrupta facillimo negotio ita restitui poterit: Ἠρέμα, ἀτρέμα (aut ἀτρέμας) καὶ ἠρεμέως καὶ ἠρεμᾷ, ἡσύχως. ἡ γὰρ ἠρεμία, ἡσυχία. Confer *Schol. Aristoph. ad Pac.* v. 82.

Ibid. **Ἠρία**, οἱ τάφοι κ. τ. λ. Teste *Harpocratione* p. 185. pertinet haec glossa ad *Lycurgi Orationem adversus Autolycum.* Confer *Polluc.* lib. III. sect. 102. et IX. 15.

Col. 60. **Ἠρήρειστο**, ἥρμοστο. Referenda est haec glossa ad *Homer. Iliad.* δ'. v. 136. καὶ διὰ θώρηκος πολυδαιδάλου ἠρήρειστο.

Ibid. **Ἠριγένειαν**, τὸν ὄρθρον. Rectius apud *Suidam* legitur: Ἠ. τὴν τὸν ὄρθρον γεννῶσαν.

Ibid. **Ἦρι**, ὄρθρου, ἕωθεν, ἢ ἔαρι. *Homer. Iliad.* ι. v. 360. *Thucyd.* IV, 117. Confer *Eustathium* p. 1146. l. 51. et *I. Toupii addenda ad Theocritum* p. 401.

Ibid. **Ἠριδανός**, ποταμὸς ἐν τῇ Ἀττικῇ κ. τ. λ. Lege *Plinium H. N.* XXXVII, 3. et *Herodotum* III, 115.

Ibid. **Ἠρικνωμένον**, ἐῤῥυτιδωμένον, παλαιόν. Iudice Doct. *Lobeckio* e *Suida* reponendum est Ἐῤῥικνωμένον. Occupavit autem jam hanc conjecturam *Tittmannus* ad *Zonarae Lex.* col. 1006. (ad quem lectores remittimus) vel potius *Küsterus* ad *Suidam*, apud quem pariter ac *Phavorinum* legitur: Ἠρικνωμένων, ἐῤῥυτιδωμένων, παλαιὸν (scribendum παλαιῶν), quod retinere mallem, modo pro Ἠρικνωμένων scribatur: Ἠῤῥικνωμένων.

Ibid. **Ἠρινοτόκου**, ἐπεὶ ἔαρος οἱ φόροι ἐφέροντο, seu ἐτελοῦντο, nempe ἀπὸ τῶν ποιμνίων, quod diserte addit *Hesychius*.

Ibid.

Ibid. Ἥρειπεν, εἰς τὴν ἔραν κατέπεσεν. Scribendum est Ἤριπεν, quod *Zonaras* quoque (col. 1007.) interpretatus est εἰς γῆν κατέπεσεν. Confer quoque *Etymol. M.* c. 372. l. 28. qui locum *Homeri Iliad.* έ. v. 58. laudavit, ubi legitur: Ἤριπε δὲ πρηνής.

Ibid. Ἡροανθία, ἑορτὴ γυναικεία, ὅτε τὸ ἔαρ ἀνθεῖ. In *Hesychio* legitur Ἡροσανθεία, et in apographo *Alberti* ad *Hesychium* pro ὅτε scribitur ὅτι. Nihil de hoc festo habet *Meursius*, notavit autem hunc locum *Castellan. de festis Graecorum* p. 160.

Ibid. Ἥρρησε, ἐφθάρη, ἦλθεν, ὅθεν καὶ τὸ εἰσήρρησεν. Quamquam eadem verba leguntur quoque apud *Zonaram* (*Lex.* c. 1006.) ac *Suidam*, tamen suspicor, ἐφθάρη ex antecedente articulo huc irrepsisse, atque in ἐσπάρη mutandum esse. Certe *Phavorinus* (e quo *Hesychius* quoque emendandus est) c. 871. l. ult. habet: Ἠροῦτο, ἠρωτηθᾶτο, ἐσπείρετο. Sed hoc aliis dijudicandum relinquo.

Ibid. Ἠρτηκροτοῦντο, συνεφώνουν, ἠρτίαζον, ἀστραγάλοις ἔπαιζον. Loco Ἠρτηκροτοῦντο reponendum esse Ἠρτικροτοῦντο, *Lobeckius* me monuit, cui quoque verba sequentia, ἠρτίαζον, ἀστραγάλοις ἔπαιζον, novam glossam constituere videntur. Confirmatur haec ejus sententia ipso apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. I. c. 1657. n. 8. — *Phavorinus* c. 290. l. 3. ἀρτικροτεῖσθαι, συμφωνεῖσθαι. ἀρτικροτοῦνθ' οἱ γάμοι, φησὶ Μένανδρος.

Ibid. Ἥρως, ἰατρὸς, οὗ μέμνηται Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ Στεφάνου. Locus reperitur Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 419. l. 22. τοῦ Ἥρωος τοῦ ἰατροῦ.

Ibid. Ἥρως ποικίλος, τοῦτο ἔλεγον ἐπὶ τῶν ἐστιγμένων. ἢ διὰ τὸ τοὺς ὄφεις ποικίλους ὄντας ἥρωας καλεῖσθαι. Distinctio hujus articuli est ita facienda: Ἥρως, ποικίλος, τοῦτο ἔλεγον ἐπὶ τῶν ἐστιγμένων, ἢ διὰ τὸ τοὺς ὄφεις, ποικίλους ὄντας, ἥρωας καλεῖσθαι. *Hesychius* habet: Ἡρῶς, ποικίλως, ἐπὶ τῶν μεμαστιγωμένων. ἢ ὄφεις.

Col. 61. Ἡρῶσσαι, αἱ ἡρωΐδες. Sic legitur apud *Apollon. Rhod.* IV, 1309 et 1358. Confer *Salmasium* in *Inscriptt. Herodis Att.* p. 125.

Ibid. Ἡρῶναι, ὁμοίως ἡρωΐδες. *Schol. Aristoph. Nub.* v. 314. ubi ἡρῶναι scribitur aeque ac apud *Suidam*, haec habet: ἀττικὴ ἡ σύνταξις τὸ ἡρῶναι. ὡς ἠΐθεοι ἤθεοι. κατὰ δὲ τὸ ἀρχαῖον καὶ σύνηθες αὐτῷ ἐνθάδε τρισυλλάβως προήνεγκε τὸ ἡρῶναι.

Ibid. Ἦσάν ποτ', ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι, παροιμία ἀπὸ χρησμοῦ, ἀπὸ τῶν προγεγονότων. Praeter ea, quae de hoc articulo a me jam monita sunt in *libello animadversionum*, notandum est, eum a *Suida* ita exhiberi: Ἦσαν. Πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. παροιμία ἀπὸ χρησμοῦ. ἐπὶ τῶν ποτὲ εὖ, εἶτα ἑτέρως γεγονότων; cujus articuli collatio cum nostro non solum interpretationem hujus proverbii adjuvare, sed etiam ad emendationem textus *Photiani* conferre aliquid poterit. Saepius autem laudatur hoc proverbium a scriptoribus Graecis, v. c. *Aristophane* (in *Pluto* v. 1003. ubi vid. Schol. et v. 1076.) *Philostrato* (de *Soph.* p. 527.) ac *Synesio* Ep. 80. Allusit quoque ad hoc proverbium *Aristophanes* in *Vespis* v. 1063 sequ. Confer *Erasmi adagia* Chil. I. Cent. IX, 49. p. 308.

Ibid. Ἦσας, χάριν ἐποίησας, ἔδοξας. Scribendum Ἥσας, χάριν ἐποίησας, ἐδόξασας. Ita *Suidas*. Eodem modo quoque emendandus est articulus proxime sequens.

Ibid. Ἤτθα, ἀντὶ τοῦ ὑπῆρχες. Vide *LXX. Intt.* Genes. XL, 13. Psalm. IX, 34. (X, 14.) et *Eurip. Alcest.* v. 294 et 639.

Ibid. Ἧσσον ἑτοίμως κατέχειν, ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὁμοίως. Loco οὐδὲ ὁμοίως legendum esse οὐδαμῶς jam monitum est a *Küstero* ad *Suidam* s. h. v. ubi eadem leguntur. *Zonaras Lex.* col. 1011. Ἧσσον, οὐδαμῶς, ubi videndus *Tittmannus*. Ipse *Photius* infra Ἧττον, οὐδαμῶς.

Ibid. Ἦσὶ δὲ, ἀντὶ τοῦ φησὶ δέ. E dialecto *Ionica* secundum *Eustathium* p. 1613. l. 28.

Ibid. Ἠσκάριζεν, ἀντὶ τοῦ ἤσπαιρεν. Num fortasse *Photius* scripserat ἤσκαιρεν loco

ἤσκαιρεν? *Hesychius* et ex eo *Phavorinus:* Ἤσκαιρεν, ἐσκίρτα.

Ibid. Ἥσμεν (repone: Ἦσμεν), ἀντὶ τοῦ ὑπήρχομεν, ἀπὸ τοῦ ἔσμεν. Confer *Maittairii libellum de dialectis l. gr.* p. 275. ed. *Sturzii.*

Ibid. Ἥστην, ἐκαθέζοντο, δυϊκῶς. Vide *Euripid. Hippolyt.* v. 387. ac *Aeliani V. H.* VI, c. 10.

Ibid. Ἡσυνθέτηκας, ἡ συνέθου καὶ ὡμολόγησας. Pertinet haec glossa ad Psalm. LXXII, 15.

Ibid. Ἠσχάτισεν, ὑστέρησεν. In *Suidae Lexico* legitur ὑστέρισεν (*postremus venit*) per ι, quod mihi praeferendum videtur.

Ibid. Ἧτ' ἂν ἔπειτ' ἄν, ἢ ταύτην ἐπὶ ταύτην ἢ ἐκείνην. Restituenda est haec misere perturbata glossa e *Suida* aliisque Paroemiographis hoc modo: Ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τὰν (aut ex correctione *Küsteri!* ἢ ἐπὶ τᾶς vel ἐπὶ τᾷ), ἢ ταύτην ἢ ἐπὶ ταύτῃ. Est enim celebratum Lacaenae cujusdam apophthegma, quae filio tradens clypeum dixerit: ἢ τὰν, ἢ ἐπὶ τᾶς, *aut hunc, aut super hunc*, significans, aut referendum clypeum, aut in eo moriendum. Confer *Küsterum* ad *Suidam* s. h. v.

Ibid. Ἠτημένην, ἀντὶ τοῦ κεχρημένην. καὶ γὰρ αἰτεῖσθαι ἔλεγον τὸ κιχρᾶσθαι. Loco κιχρᾶσθαι mihi quidem reponendum videtur κεχρῆσθαι ex *Harpocratione*, quem excerpsit *Photius*, quamquam me minime fugiunt, quae *Tittmannus* S. R. ad *Zonarae Lex.* c. 1013. observavit.

Ibid. Ἠτριαῖον ἢ ἤτριον. ἐφ' ὕψους τάττεται ἡ φωνή. *Altitudinis* notio nullo modo conciliari potest cum vocibus ἠτριαῖον et ἤτριον, earumque significationibus a Lexicographis tam veteribus quam recentioribus traditis. Sed facile impedito et corrupto Lexicographi nostri loco remedium quaeri potest e saepius invicem permutatis literis ψ et φ. Loco ὕψους enim reponendum est ὕφους. Est enim Ἤτριον, eodem *Photio* interprete, ἔνδυμα ὑμενῶδες. Teste *Zonara Lex.* c. 1012. ἤτρια sunt οἱ στήμονες, et ἄτριον, τὸ ὕφασμα. Confer praeter *Etymol. M.* c. 439. l. 38. atque *Hesychium* s. v. ἄτριον, *Valckenarium* ad *Eurip. Phoen.* v. 1727. p. m. 446 sequ. *Wesselingii Epist. ad Venemam* p. 5. ac prae caeteris Doct. *Schneiderum* in *Indice* ad *Scriptores rei rusticae* p. 368.

Ibid. Ἢ τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι. τὸ γὰρ παλαιὸν τρισὶν ἐχρῶντο κύβοις κ. τ. λ. Confer *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 245. *Erasmi Adagia* Chil. II. Cent. III, 66. p. 448. ac *Intt.* ad *Pollucis Onom.* lib. IX. cap. 7. sect. 95. Tom. II. p. 1078.

Col. 62. Ἡ Φανοῦ (lege Φάνου) θύρα. τὸν φανὸν (φάνον potius) φησὶ Δήμων κ. τ. λ.

Ibid. Ἡφαιστία, δύο πόλεις ἦσαν κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione* p. 185.

Ibid. Ἠφειδηκότες, καταπαυσάμενοι, μὴ φεισάμενοι. *Suidas*, *Cyrillus*, *Zonaras* (*Lex.* c. 1016.) et *Phavorinus* καταπαύσαντες habent. *Hesychius:* καταπτύσαντες, quod probat *Küsterus* ad *Suidam.* Ante καταπαύσαντες excidisse videtur particula μὴ, ut jam monuit *Tittmannus* ad *Zonaram* l. l. e quo simul apparet, unde venerit illud ἠφειδήκεισαν in Cod. D. *Zonaras* enim habet: Ἠφειδήκεισαν καὶ Ἠφειδηκότες κ. τ. λ.

Ibid. Ἠχθησμένην, καταβεβαρημένην. Reponendum est Ἠχθισμένην, ut praeter *Hesychium* ac *Phavorinum* habet apographum *Alberti.* Confer *Hesychium* T. I. c. 1668. n. 27.

Ibid. Ἤχλυσε, συνεσκότασε. Est glossa *Homerica*, pertinens ad *Odyss.* μ' 406. — ἤχλυσε δὲ πόντος ὑπ' αὐτῆς.

Ibid. Ἠχὼ πετραία. ἡ Αἴγινα, ἐπειδὴ πετρώδης ἐστὶ, καὶ πολλὰ ἔχει κεράμια. *Küsterus* ad *Hesychium* Tom. I. col. 1668. n. 34. adductis his verbis haec addidit: „Omnia hic clara sunt praeter vocem Ἠχὼ, quae mihi negotium facessit. Non enim video, quare Aegina dicta fuerit Ἠχώ." Aeginam vero fuisse saxosam testatur etiam *Strabo* lib. VIII. §. 16. p. 375. Vol. III. ed. *Tzschuckii* p. 245. ubi vocatur πετρώδης ἐπιπολῆς. Sed recte ibi ob-

servatum est, montes et saxa repercutere sonum.

Ibid. Ἠὼν, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Τιμοκράτους. πόλις ἐστὶ Μενδαίων ἀποικία. Scribendum est Ἠϊὼν, ut legitur apud *Demosthenem* Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 687. Confer et *Thucyd.* IV, 7. *Stephanum Byzantinum* s. h. v, et *Harpocrationem* p. 182. e quo haec desumta sunt.

Ibid. Ἠὼς, πρωΐ, ἡμέρα, ὄρθρος. ἐπὶ μὲν τῆς θεᾶς (mallem legere: τοῦ θεοῦ, ut habet *Apollonius Sophista in Lexico Homerico,* quem compilavit *Photius),* Ἠὼς δ' ἐκ λεχέων (sunt verba *Homeri Odyss.* έ. v. 1.). ἐπὶ δὲ ὅλης τῆς ἡμέρας· ἦδε μοι νῦν ἠὼς ἐνδεκάτη (*Iliad.* ά. 494.). ἐπὶ δὲ τῆς πρωΐας, ἕως ἕκτης ὥρας, ἔσσεται ἦμαρ, ἢ ἠὼς, ἢ δείλη, μέσον ἦμαρ. Scribendum est: ἔσσεται, ἢ ἠὼς, ἢ δείλη, ἢ μέσον ἦμαρ. Sunt enim verba *Homeri Iliad.* φ'. v. 111. Confer *Eustathium* p. 140, 42. et 1430, 9.

Col. 63. Θαλαμαῖαι, καταδύσεις. Θαλάμαι δὲ, τόπος ἱερὸς τῶν Διοσκούρων. Loco Θαλαμαῖαι, καταδύσεις. scribendum est: Θαλάμαι, αἱ καταδύσεις. ut legitur apud *Erotianum* p. 180. ed. *Franzii.* *Apollonius Sophista Lex. Homer.* habet: Θαλάμη, κατάδυσις, adducto exempli causa loco *Homeri Odyss.* έ. v. 432. Adde *Eurip. Phoen.* v. 938. et *Simmiam Rhodium in Ovo* v. 19. Confer *Intt. ad Hesychium* T. I. c. 1671. n. 10. ac *Eustathium* p. 906, 49. et 1541, 47.

Ibid. Θαιρούς, τοὺς στροφεῖς τῆς θύρας. Referenda fortasse est haec glossa ad locum *Homeri Iliad.* μ'. v. 459. Ῥῆξε δ' ἀπ' ἀμφοτέρους θαιρούς. Confer etiam *Hesychium*, *Suidam* s. h. v. *Zonarae Lex.* c. 1022. ac *Eustathium* p. 914, 33.

Ibid. Θαλαμηπόλος, ἡ περὶ τὸν θάλαμον ἀναστρεφομένη καὶ φυλάττουσα. Adde δούλη e *Lex. MS.* apud *Montfaucon.* in *Bibl. Coislin.* p. 234. Respexit *Photius* fortasse locum *Homeri Od.* ή. v. 8. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* s. h. v. Θαλαμηπόλος, ἡ περὶ τὸν θάλαμον πολευμένη ἤτοι ἀναστρεφομένη. Occurrit haec vox quoque apud *Rhianum Carm.* IX. Tom. I. *Anthol. Gr.* p. 232. ed. *Iacobs.* Confer *Sturzium de dialecto Alexandrina* p. 108 sequ. et quos laudat *Tittmannus* ad *Zonarae Lex.* col. 1020.

Ibid. Θαλαμίδιοι κῶπαι, αἱ ἠρέμα ἐλαύνουσαι. Eadem verba habet quoque praeter *Phavorinum* ac *Cyrilli Lex. MS. Zonaras Lex.* c. 1022. ubi videndus *Tittmannus.* Displicet tamen vox Θαλαμίδιοι Doctissimo *Schaefero,* qui in *Obss.* ad *L. Bos librum de ellipsibus l. gr.* p. 244. Θαλαμιαῖοι scribi jubet. Confer tamen *Pollue. Onom.* lib. I. cap. 9. sect. 87. p. 59. ibique Intt.

Ibid. Θαλαττοκοπεῖς, ματαιολογεῖς. Eadem ac longe plura habent praeter *Lex. MS.* in *Montfauconii Bibl. Coisl.* p. 234. *Suidas* et *Phavorinus*, e quibus discimus, pertinere hanc glossam ad *Aristophanis Equit.* v. 827. (840.) τί θαλαττοκοπεῖς καὶ πλατυγίζεις.

Ibid. Θάλασσα κοίλη, τὸ θέατρον. Quorsum hoc spectet, *Pausanias* exponit apud *Eustathium* ad *Odyss.* γ'. p. 1472. l. 5. Confer quoque *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Θάλλος. κλάδος ἐλαίας, ἢ πᾶν τὸ θάλλον. Est glossa *Timaei* in *Lexico Platonico* p. 136. ubi videndus *Ruhnkenius.* Confer quoque *Eustathium* p. 1557, 23.

Ibid. Θαμᾶ, συνεχῶς, πυκνῶς, διηνεκῶς. Scribendum Θαμά. Confer *Homer. Il.* ό. v. 470. *Aristoph. Plut.* v. 1167. *Etymol. M.* p. 442. l. 18. *Eustathium* p. 43, 33. ac *Bastium* ad *Gregor. Corinth. de dial. l. gr.* p. 467.

Ibid. Θαμάκις, πυκνῶς. Pro Θαμὰ, *Pindar. Nem.* Od. X. v. 72. aut Θαμινάκις, quod extat apud *Hippocrat.* lib. II. de *morbis mulierum* p. 666. Confer *Foesii Oecon. Hippocr.* s. v. θαμέως p. 267.

Ibid. Θαμινὰ καὶ θαμινῶς, συνεχῶς, πυκνῶς. *Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 472. Θαμινὰς καὶ θαμινῶς, συνεχεῖς καὶ πυκνῶς.

Ibid. Θανατῶν, θανάτου ἐπιθυμῶν· λέγεται δὲ καὶ ὁ ἀποκτείνων. Priorem hujus verbi significationem tradit quoque *Geor-*

gius Lecapenus in *Grammatica*, cujus excerpta dedit *Matthaei* in *Lectt. Mosquens.* Vol. I. p. 66. adducto hanc in rem loco *Synesii* T. II. p. 3. Adde *Aeschinem Dial.* III, §. 7. ubi videndus *Clericus* p. 94. ac *Fischerus Indic. Graec. Aeschin.* s. h. v.

Col. 87. **Ἶς**, δύναμις, νεῦρα. *Aristoph.* in *Pace* v. 85. ἶνας πτερύγων. Confer *Eustathium* p. 1021, 16. et *D'Arnaud animadv.* ad *Callim.* p. 82 sequ.

Ibid. **Ἰσάζει**, ἰσάη. Legendum est sine dubio ἴσα seu ἴσον ποιεῖ. *Hesychius:* Ἰσάζων, ἴσον ποιῶν.

Ibid. **Ἰταία**, ἡ μερίς. Adde ἴση. Respexit sine dubio *Callimachi H. in Iov.* v. 63. ubi vide *Ez. Spanhemii Commentarium.*

Ibid. **Ἴσα** λέγουσιν ἀντὶ τοῦ παρ' οὗ· ἔστι δὲ σχῆμα λόγου. Quid sibi h. l. velit παρ' οὗ, me non intelligere, ingenue fateor. Forte *Photio* reddenda est vox παρόμοια. Apud *Hermogenem* περὶ δειν. p. 28. ἴσα τὰ σχήματα dicuntur illae figurae orationis, quae in similitudine quadam verborum cernuntur, quales sunt ὁμοιοτέλευτον, παρήχησις etc.

Ibid. **Ἴσαι ψῆφοι**, τὸν νόμον τὸν τοῦ ἀπολύεσθαι τὸν κατηγορούμενον, ἐὰν ἴσων τύχῃ

ψήφων. Articulum τὸν ante τοῦ exulare jubeo, quemadmodum et deest in apographo *Taylori* ad *Aeschinem* Vol. III. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 643. Caeterum τὸν νόμον pro κατὰ τὸν νόμον positum esse videtur.

Ibid. Ἴσαι ψῆφοι. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione* p. 199. Locus *Aeschinis*, ab utroque laudatus, reperitur Vol. III. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 643. — In fine hujus articuli pro καὶ ἀπέθανεν ex *Aeschine* necessario reponendum est: ἢ ἀπέθανεν, quod sensus quoque postulat.

Ibid. Ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Αἰσχίνου κ. τ. λ. Hausit sua *Photius* ex *Harpocratione* l. l. Locus *Demosthenis* reperitur Vol. I. *Oratt. GG.* p. 442, 15. ed. *Reisk.*

Ibid. Ἰσαῖος, εἷς μέν ἐστι τῶν δέκα ῥητόρων κ. τ. λ. Haec quoque *Harpocrationi* p. 200. debet *Photius.*

Ibid. Ἰσακίῳ, ἀνδρείῳ. Habent quoque hanc glossam *Suidas*, *Phavorinus*, *Hesychius* (ad quem ab interpretibus laudatur *Lexicon Reg. MS.*) et *Zonaras Lex.* col. 1121. ubi *Tittmannus:* Forte aliquis ab Ἴσακος fecit Ἰσάκιος. Mihi videtur auctor hujus glossulae ἴσακος ab hebraico איש derivasse, cui notionem *roboris* ac *fortitudinis* subjectam esse satis constat.

Ibid. Ἴσαν, ἐπορεύθησαν. Pertinere mihi haec glossa videtur ad Iliad. γ'. 8. ubi legitur: Οἱ δὲ ἄρ' ἴσαν σιγῇ μένεα πνείοντες Ἀχαιοί.

Ibid. Ἴσσα. ἐπίφθεγμα ἐπὶ τῶν ἀπολαχόντων καὶ ὅλως δυσπραγούντων κ. τ. λ. *Suidas* habet: ἀπὸ τῶν ζ (in qua litera vocem ζημίαν latere arbitror) λαχόντων. Fortasse ἀπολαγχάνειν h. l. significat: *spe* τοῦ λαγχάνειν *frustrari.* Praepositio enim ἀπὸ in compositis saepe fungitur loco α privativi. Confer Cel. *Hermanni annotatt.* ad *Vigerum* de *idiotismis l. gr.* p. 810.

Ibid. Ἰσθμιάζει, καταπίνεται. ἴσθμος (scribendum ἰσθμὸς) γὰρ ὁ τράχηλος. Iudice *Schneidero* ad *Aristot. hist. anim.* T. II. p. 48. debuisset *Photius* potius dicere οἰσοφάγος loco τράχηλος. A *Nicandro* in *Alexipharm.* v. 80. et Schol. v. 505. guttur cilum transmittens ἰσθμὸς νέατος, partesque vicinae *Polluci Onom.* II. s. 98. παρίσθμια vocantur. Hinc ἴσθμια teste *Photio* sunt περιτραχήλια. Confer Odyss. σ'. 299. ubi vide *Scholia* ac *Eustathium* p. 1847, 54 sequ.

Col. 88. Ἴσκειν, λέγειν, παλαιὸν τὸ λεξίδιον. Posset fortasse haec significatio in dubium vocari, nisi aliorum Lexicographorum auctoritate satis esset munita ac comprobata. *Lycophron Cassandr.* v. 574. ἴσκων παρέξειν, *dicens praebituras*, ubi *Schol. ineditus Vitebergensis* ἴσκω per λέγω interpretatus est. *Phavorinus* col. 955. lin. 42. Ἴσκεν] ἠπίστατο· οἱ μὲν γλωσσογράφοι ἀντὶ τοῦ ἔλεγεν ἐκδέχονται: in sequentibus autem adducit locum *Homeri Odyss.* χ'. v. 31. ἴσκεν ἕκαστος ἀνήρ, additque: τουτέστιν ἔλεγεν ἢ ὑπενόει κ. τ. λ. Eodem modo *Etymolog. M.* c. 476. l. 39. Ἴσκεν] Ἴσκεν ψεύδεα πολλὰ λέγων ἐτύμοισιν ὅμοια (sunt verba *Homeri Odyss.* τ'. v. 203. ubi vid. *Schol.* ac *Eustathium* p. 1044, 23. 1861, 15. et 1917, 53.) — τινὲς βούλονται τὸ ἔλεγε σημαίνειν. Confer et *Schol. Apollon. Rhod.* I, 834. *Hesychius:* Ἴσκεν, ἔφη. In *Zonarae Lex.* col. 1128. Ἴσκω, τὸ κλέπτω: ubi Codex K. λέγω habet, superscripto κλέπτω. Sed haec sufficiant.

Ibid. Ἰσμηνίας. εἷς παρ' Ἀθηναίοις ἦν πολέμαρχος ἐπιφανής. Sunt haec desumta ex *Harpocratione.*

Ibid. Ἰσοτελεῖς, ἴσα τελοῦντες, ἴσα τοῖς ἀστοῖς, ὅ ἐστι τοῖς πολίταις, τέλη διδόντες. Eadem habet teste *Ruhnkenio* ad *Timaeum* p. 151. *Phrynichus MS.* et ex eo *Suidas.* Confer *Valckenarium* ad *Ammonium* p. 112.

Ibid. Ἰσοτελὴς καὶ Ἰσοτέλεια. πολλάκις τιμή κ. τ. λ. Descripsit *Photius* totum hunc articulum ex *Harpocratione* p. 200. e quo loco ἄφεσις αὐτῶν ἐγίνετο scribendum erit: ἄφεσις αὐτοῖς ἐγίγνετο.

Ibid. Ἰσοδαίτης, ξενικός τις δαίμων, ᾧ τὰ δημιώδη γύναια καὶ μὴ πάνυ σπουδαῖα ἐτέλει. Desumta sunt haec quoque ex *Harpocratione* l. l. *Bacchi* ἐπώνυμον esse tradit *Plutarchus de ει apud Delphos* Vol. VII. *Opp.* ed. *Reisk.* p. 528. init. Διόνυσον δὲ καὶ Ζαγρέα καὶ Νυκτέλιον καὶ Ἰσοδαίτην αὐτὸν ὀνομάζουσι. Confer quoque *Schneideri Lexicon crit. l. gr.* s. h. v.

Ibid. Ἰσοφαρίζειν, ἐξισοῦσθαι. Est glossa *Homerica.* Confer Iliad. *ι*. v. 390. et *ζ*. 101. ibique *Schol.*

Ibid. Ἴστη, ἱστάναι, προστακτικῶς. Corrige: Ἴστη, στῆσον, προστακτικῶς. Confer *Zonarae Lex.* c. 1129. ubi *Tittmannus Iliad.* φ'. v. 313. (ἵστη δὲ μέγα κῦμα, *atque erige magnam undam*) recte adduxit. Confer et *Maittaire de dialectis l. gr.* p. 83. ed. *Sturzii.*

Ibid. Ἰστίον, ἄρμενον. Scribendum est cum spiritu aspero Ἱστίον, ἄρμενον. Sic quoque in sequente articulo Ἱστιοφόρος pro impresso Ἰστιοφόρος legendum est. Confer *Philostrat. Vit. Soph.* I, c. 25. §. 5.

Ibid. Ἱστοπέδη, ξύλον ὀρθὸν ἀπὸ τῆς τρόπιδος, ᾧ προσδέδεται ὁ ἱστός. Est glossa *Apollonii Soph.* in *Lex. Homer.* pertinens ad Odyss. μ'. 51. Confer *Valckenarium* ad *Ammonium* p. 114. ac *Eustathium* p. 1710, 28.

Col. 89. Ἵστορι, μάρτυρι ἢ κριτῇ. Spectatur *Iliad.* σ'. v. 501. ubi vid. *Schol.* Confer *Hesychium*, *Zonarae Lex.* c. 1424. ubi eadem glossa reperitur, ac *Apollonii Soph. Lex. Homer.* s. h. v.

Ibid. Ἵστωρ, ὁ ἐπ' ἄκρῳ τῷ ῥυμῷ ἐμπεπηγμένος πάτταλος. Eadem leguntur in *Zonarae Lexico* c. 1123. ubi videndus *Tittmannus.*

Ibid. Ἰσχάνει, κωλύει. Est glossa *Homerica.* Confer *Iliad.* ξ'. v. 387. et ρ'. v. 747. ac *Eustathium* p. 993, 15. et 1125, 48.

Ibid. Ἴσχανδρος, τραγικὸς ὑποκριτής. Confer *Harpocrationem* p. 201. ubi eadem ac longe plura reperiuntur.

Ibid. Ἴσχε, κατέσχε. Fortasse *Photius* scripsit Ἰσχέτω, κατασχέτω, ut apud *Suidam* legitur, desumta glossa ex *Aristoph. Vesp.* v. 1251. Locum parallelum ex *Equitt.* v. 720. indicavit *Toupius.*

Ibid. Ἰσχίον, τὸ κοῖλον τοῦ γλουτοῦ, ἐν ᾧ ἡ κοτύλη στρέφεται. Idem tradit cum *Suida* et *Hesychio Zonaras Lex.* c. 1127.

Ibid. Ἰσχνὸς, σχοῖζος. ἰσχνοὶ γὰρ οἱ παλαιοί. οὕτως Ἀριστοφάνης. Pro σχοῖζος Codex D. habet σχοῖτος, aeque vitiose. Suspicor legendum esse σχοῖνος. Sed dent alii meliora.

Ibid. Ἰσχυρίσκος, ἀντὶ τοῦ ἰσχυρός. οὕτως Ἄλεξις. scilicet Προσκεδαννυμένῳ, quod diserte additur in *Lex. MS.* apud *Montfauc. Bibl. Coislin.* p. 482. Praeferenda est impressae lectio Cod. B. Ἰσχυρικὸς, quamquam eadem verba etiam in *Suida* ac *Phavorino* col. 961. l. 22. reperiuntur. Ipse *Photius* paulo ante: Ἰσχυρικοί, ἰσχυροί. Confer quoque *Fischeri animadv. ad Welleri Grammat. Gr.* P. III. p. 352.

Ibid. Ἰταβύριον, ὄρος οὕτως καλούμενον. Est glossa sacra pertinens ad Ierem. XLVI, 18. et Hos. V, 1. de qua confer *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v. ac *Ernestium* ad *glossas sacras Hesychii* p. 163.

Ibid. Ἰταμὸς, ἀναιδὴς, σκληρὸς, ὠμός κ. τ. λ. Eadem glossa reperitur quoque apud *Scholiasten Luciani* in *Asino* cap. 6. Vol. VI. *Opp.* ed. *Bip.* p. 137. *Lucianus* in *Fugitivis* c. 19. T. VIII. *Bipont.* p. 321. ἰταμόν τι καὶ παράφορον δεδορκότες. *Alciphr.* lib. III. Ep. 40. τὸ βλέμμα ἰταμός.

Col. 90. Ἴτην, ἐπορεύθησαν. Est glossa Homerica ad *Odyss.* φ'. v. 244. Confer *Eustathium* p. 782, 9.

Ibid. Ἴτης, ὁ ἰταμός. οὕτως Ἀριστοφάνης· θρασὺς, εὔγλωττος, τολμηρὸς, ἴτης. Eadem quoque habet *Eustathius* p. 1517, 8. Locus *Aristophanis* est in *Nubibus* v. 444. Suspecta mihi quoque est ultima vox ἴτης, quae fortasse in ἵστωρ mutanda est. *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 48. Ἴτης, ἵστωρ, ἐπιστήμων, ὡς ἐνταῦθα

(nempe apud *Platonem* in *Symposio* p. 328, b. ed. *Lugd.* 1590.). λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τοῦ ἰταμοῦ καὶ θρασέος.

Ibid. Ἴτηλον, τὸν οὐκ ἐξίτηλον, ἀλλ' ἀνεξάλειπτον. οὕτως Αἰσχύλος. Scilicet in fabula deperdita Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, teste *Hesychio*.

Ibid. Ἴτρια, καπυρώδη πλάσματα. Usi sunt hac voce *Aristoph. Acharn.* v. 1105. (ubi aeque ac apud *Suidam* ἰτρία scribitur) *Dionysius Hal. Ant. Rom.* lib. I. cap. 55. et *Sophocles* in *Iride* apud *Athenaeum* lib. XIV. p. 646. Confer *Eustathium* p. 1139, 8. *Pollucis Onom.* lib. VI. sect. 78. ac *Foesii Oecon. Hipp.* p. 292.

Ibid. Ἴτυξ, ὄρνεον. Nulla hujus avis mentio fit apud ullum graecum scriptorem. Non male itaque aliquis conjiceret, *Photium* Ἴϋγξ scripsisse, de qua voce vide *Verheykium* ad *Antonini Lib. Metamorph.* cap. 9. p. 49. ed. *Lips.*

Ibid. Ἴτω, ἰέτω, ἐρχέσθω. *Suidas* pro ἰέτω habet ἰέσθω, quod praeferendum videtur. Confer *Juliani Orat.* VII. p. 211. A.

Ibid. Ἴτυς, περιφέρεια ὅπλου. Confer *Polluc.* I, 10. sect. 133. ac *Eustathium* ad *Iliad.* έ. p. 456. l. 22.

Ibid. Ἰϋγγαὶ, γυναικῶν οἰμωγαὶ, ὀλοφύρσεις. Celeb. *Lobeckius* mavult legere Ἰϋγαὶ, ut ab *Hesychio* scribitur.

Ibid. Ἴϋγγες, λεπτοὶ πόροι, καὶ αἱ τέρψεις. Qua ratione ἴϋγγες dici possint λεπτοὶ πόροι, docere conatus est S. R. *Tittmannus* ad *Zonarae Lex.* c. 1133.

Ibid. Ἴϋγξ. Ἠχοῦς ἢ Πειθοῦς θυγάτηρ, Ἱερανίκης καὶ Ἀφροδίτης. Scribendum videtur ἢ ὄρνεον τῆς Ἀφροδίτης, aut ἔρως Νίκης καὶ Ἀφροδίτης.

Ibid. Ἴφυον, λάχανόν τι ἄγριον. Occurrit haec vox apud *Aristoph. Thesmophor.* v. 916. ac *Theophrast. Hist. Plant.* lib. VI. c. 7. ubi inter τὰ θερινὰ ἄνθη refertur.

Ibid. Ἰωκὰς, ὁρμὰς, διώξεις. Ἰωκὴ reperitur apud *Homer. Iliad.* έ. 740. ubi Schol. interpretatur ἡ δίωξις. Confer *Eustathium* p. 865, 30. et 579, 25.

Col. 91. Ἰῶν, βελῶν, ἢ πορευθείς. Ita editum est, sed perperam. Confusae enim sunt h. l. voces Ἰῶν, ab ἰὸν, τὸ βέλος, et Ἰὼν, quod *Apollon. Soph. Lex. Hom.* interpretatur: πορευόμενος, ἢ συντελικῶς, ἐλθών. *Suidas:* Ἰῶν, βελῶν. Ἰὼν δὲ, ὀξυτόνως, ἀντὶ τοῦ πορευθείς.

Ibid. Ἴων, τραγῳδίας ποιητὴς, Χῖος τὸ γένος. De hoc Ione Chio omnium optime exposuit *Harpocration*, e quo *Photius* sua hausit.

Ibid. Ἰωνόκυσος (Apographum *Alberti* habet Ἰωνοκυσὸς), κατεαγώς. οὕτως Κρατῖνος. Κατεαγὼς est h. l. *homo mollis atque effoeminatus*, quales erant *Iones*, teste *Hesychio*, qui habet: Ἰωνικὸν, τρυφερὸν, ἢ ἐπὶ τοῦ κατεαγότος καὶ θηλυκοῦ. ἐπὶ τούτῳ γὰρ ἐκωμῳδοῦντο οἱ Ἴωνες. Si lectio Ἰωνόκυσος sana est, conferri potest haec vox cum Κυσολάκων, quae apud *Hesychium* reperitur. Fortasse tamen legendum est Ἰωνοκνησός. *Aristoph. Eccles.* v. 913. ἤδη τε ἀπὸ Ἰωνίας τρόπον κνησιᾷς. *Schol.* ὡς μαλακῶν ἐκείνων ὄντων.

Ibid. Ἰωνία, ὁ λειμὼν τῶν ἴων. Scribendum est Ἰωνιά. Confer *Schol. Aristoph.* in *Pac.* v. 576.

Ibid. Κάβαξ, πανοῦργος. Confer *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* c. 1141.

Ibid. Καβύλη, χωρίον τῆς Θρᾴκης, ἱδρυμένον πρὸς τῷ Τάξῳ ποταμῷ κατὰ μέσον τῆς Θρᾴκης. In *Harpocratione*, ex quo haec descripta sunt, loco Τάξῳ legitur Ἀξίῳ. *Photii* lectionem autem habent *Suidas* et *Phavorinus.*

Ibid. Κάγκανον, ξηρόν. Eodem modo hanc vocem interpretatus est *Schol. ineditus Vitebergensis* ad *Lycophr. Cassandr.* v. 1430. In *Lex. MS.* apud *Montfauconium* in *Biblioth. Coislin.* p. 235. Κάγχανον cum eadem explicatione legitur: sed p. 472. Κάγκανον, ξύλον ξηρόν. Confer *Iliad.* φ'. 364. et *Odyss.* σ'. 307.

Ibid. Καγχάζει· ἀθρόως γελᾷ. Est hoc scholion *Hesychii*, qui vero Καγχλάζει, non Καγχάζει, habet. Sed ideo non est sollici-

tanda recepta lectio. Non solum enim *Suidas* idem tradit, sed etiam *Schol. Sophocl. ad Ajac.* v. 199. habet: καγχαζόντων· ἐπιγελώντων, βλασφημούντων. ac *Lex. MS.* in *Montfauc. Bibl. Coisl.* p. 235. *Phavorinus* quoque ἐπικαγχάζειν (*Lycoph. Cassandr.* v. 285.) ἀσμένως γελᾷν.

Ibid. **Καδίσκος**, ἀγγεῖόν τι, εἰς ὃ ἐψηφοφόρουν οἱ δικασταὶ, οὕτως ἐκαλεῖτο κ. τ. λ. Corrigendus est in fine hujus articuli *Photius* ex *Harpocratione*, quem compilavit, ut loco ὡδὶ reponatur ὁδί.

Ibid. **Καδμεία**, ἡ τῶν Θηβαίων ἀκρόπολις. Ex *Harpocratione* p. 203. Confer *Lex. MS.* in *Montfauc. Bibl. Coislin.* p. 235.

Ibid. **Καδμεία νίκη**, παροιμία λέγεται ἐπὶ τῶν ἐπὶ κακῷ νικώντων κ. τ. λ. Loco ἐπὶ κακῷ legere mallem κακῶς, ut legitur apud *Suidam*, et in *Macarii Hieromonachi Ecloga.* Vide *Tittmanni Praefationem ad Zonarae Lexicon* c. XLIV. *Eustathium* p. 361, 22. et 1927, 12. *Montfauconii Bibl. Coislin.* p. 235. et *Erasmi Adagia* Chil. II. Cent. VIII. 34. p. 571 sequ.

Ibid. **Καθάπτω**, καθιερώσω, συντελέσω. Cum voci καθάπτειν hae notiones subiici nequeant, necessario pro Καθάπτω legendum Καθαρῶ; συντελέσω autem sensu sacro accipiendum erit. Conjici quoque posset **Καθαγίσω**, quod vide apud *Suidam.*

Col. 92. **Καθάρσιον**, χοιρίδιον ἣν ὀπτὸν — — περιστίαρχοι δὲ, ἀπὸ τοῦ περιστειχεῖν. Scribendum est περιστιχεῖν, ut in sequente articulo recte editum est, aut περιστείχειν, ut in *Phavorino* col. 969. l. 29. et c. 1488. l. 43. legitur.

Ibid. **Καθαιρήσετε**, οὐ καθελεῖτε. Θουκυδίδης (scilicet lib. III. cap. 13.) καὶ τῶν ἄλλων οἱ πλεῖστοι. v. c. *Dionys. Halicarn.* p. 584, 19.

Ibid. **Καθεδοῦνται**, καθεσθήσονται. Num fortasse reponendum est **Κατευθοῦνται**, κατευθήσονται?

Ibid. **Καθέδρα**, ἡ ἐπίσχεσις, παρὰ Θουκυδίδῃ. Eadem habet *Suidas.* Locus *Thucydidis* reperitur lib. II. cap. 18. ubi videndus *Wassius.*

Ibid. **Καθελών**, Δημοσθένης ἀντὶ τοῦ ἀνελών κ. τ. λ. Augeri ac suppleri potest haec glossa ex iis, quae *Harpocration* partim sub hac voce, partim s. v. ὁδὸς habet. Caeterum respicitur sine dubio locus *Demosthenis* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 637, 3. ubi legitur: ἐν ὁδῷ καθελών.

Col. 93. **Κάθετος**, ὁ καθιέμενος εἰς τὸ πέλαγος ἀμνός. οὕτως Λυσίας καὶ Μελίτων. Sunt ipsissima verba *Harpocrationis.*

Ibid. **Καθήκοντα**, Δημοσθένης ἐν ιά Φιλιππικῶν φησί κ. τ. λ. In fine hujus articuli post τὰ ἥκοντα ex *Harpocratione* supplendum est ἐφ᾽ ἑαυτόν. Locus *Demosthenis* laudatus est in Vol. I. *Oratt. GG.* p. 141, 11. ed. *Reisk.*

Ibid. **Καθίζεσθε**, καταπήξετε, seu potius καταπήξατε. Eandem glossam quoque habet *Suidas*, (ubi nihil *Küsterus*) et *Zonaras Lex.* c. 1166. ubi copiose de ea exposuit Exc. *Tittmannus.*

Ibid. **Καθίκετο**, καθήψατο. Eadem habet *Suidas.* Confer *Sophocl. Oedip. Colon.* v. 829.

Ibid. **Καθικνεῖται**, ἅπτεται. Scribendum sine dubio **Καθικνεῖται**, καθάπτεται.

Ibid. **Κάθοιμον**, κάθοδον. Emendationem hujus articuli a me in *libello animadv.* c. 21. prolatam confirmat quoque *Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 472.

Ibid. **Καθόρμια**, περιθέματα. Est glossa sacra pertinens ad Hos. II, 13. Confer praeter *Intt.* ad *Hesychium* T. II. c. 106. n. 25. *Bielii Thesaur. Philol.* s. h. v.

Ibid. **Καθυφῆκεν**, ἐπιδέδωκεν, ὑποκατέβη. Loco ἐπιδέδωκεν Cod. D. habet ἐκδέδωκεν. En verae lectionis vestigium. Scribendum est ἐνέδωκεν, ut habet *Zonaras Lex.* col. 1164. ubi videndus *Tittmannus*, atque *Suidas.* In *Hesychio* reperitur ἐνδέδωκεν.

Ibid. **Καὶ ἀπόδος**, καὶ κατάστησον καὶ σπεῖρον. Verba haec nihil aliud quam exemplum saepius repetiti καὶ exhibent. Omissum est itaque initio hujus articuli **Καί.**

Alia exempla dedit *Sturzius* in *Lexico Xenophonteo* Vol. II. p. 613 sequ."

Ibid. Καιρὸς, σειρά τις ἐν ἱστῷ, δι' ἧς οἱ στήμονες διείργοντο. Apud nullum quidem Lexicographorum graecorum reperitur haec glossa, certum tamen est, vocem Καιρὸς mendosam esse, et vel Καῖρος (de qua voce bene disputavit Doct. *Schneiderus* in *Indice* in *Scriptores rei rusticae* p. 373. aeque ac in *Lexico l. Gr.* s. h. v.) vel Καίρως reponi debere. Luculenter hoc apparet ex iis, quae habet *Etymol. M.* col. 498. l. 7. ac *Eustathius* ad *Odyss.* ή. p. 1571, 56 sequ. ubi legitur: καῖρος δὲ καὶ καίρωμα, τὸ διάπλεγμα, ὃ οὐκ ἐᾷ τοὺς στήμονας συγχέεσθαι. Confer et *Hesychium* sub vocibus Καιροσσέων, Καίρωσιν et Καιροστρίδες, ubi videndi Interpretes, inprimis *Alberti*, qui Tom. II. col. 110. n. 19. attulit *Photii* glossam, quae in editione *Hermanniana* desideratur, nempe hanc: Καιροσέων, εὖ κεκερωμένων (legendum ex *Hesychio* κεκαιρωμένων). Κέρατα (scribendum Καίρωτα) γὰρ ἔτι καὶ νῦν λέγεται, τὰ διαχωρητικὰ τῶν στημόνων πλέγματα. Confer *Schol. Homer. ad Il.* θ'. 84. et *Foesii Oeconom. Hippocr.* s. h. v.

Col. 94. Καινός. Ἰσοκράτης (scil. in *Panegyr.* cap. 1.) ἀντὶ τοῦ ὃς τοῖς νεωτέροις ἁρμόττει πράγμασιν· οὕτως δὲ καὶ Ἔφορος. Scribendum ex *Harpocratione*: Καινῶς. Ἰσοκράτης. ἀντὶ τοῦ ὡς τοῖς νεωτέροις ἁρμόττειν πράγμασιν.

Ibid. Καίριον, φθοροποιὸν, θανατῶδες. Sic καιρίαν πληγὴν (quod est idem, quod ἀνταίαν πληγὴν apud *Sophocl. Antigon.* v. 1314. ubi vid. *Schol.* et *Eurip. Androm.* v. 843.) dixit *Xenarchus* apud *Athenaeum* VI. p. 225. D. Confer quoque *Herodot.* III. c. 64. *Eustathium* p. 701, 5. ac *Pollucem* IV, 189.

Ibid. Καὶ τάχα ἴμεν, καὶ ταχέως πορευόμεθα. Ita quoque *Suidas*. Sed in apographo *Ruhnkenii* legebatur: Καὶ τάχει ἴμεν κ. τ. λ. Est glossa *Timaei*, adeoque *Platonica*, qua respicitur locus in *Phaedr.* p. 342, G. Loco πορευόμεθα *Timaeus* exhibet πορευσόμεθα. *Ruhnkenio* autem scribendum videtur: Καὶ τάχα ἴωμεν, καὶ ταχέως πορευώμεθα.

Ibid. Κακὰ κακῶν. Διοκλῆς Βάκχῃ. πλύνει τε τὰ κακὰ τῶν κακῶν ὑμᾶς. Loco Βάκχῃ scribendum esse Βάκχαις, recte monuit *Toupius Emendatt. in Suidam* P. III. p. 101. ed. *Lond.* qui omnino huc conferendus est. Formula κακὰ κακῶς occurrit apud *Aristophanem* in *Equitt.* v. 189. ubi vid. Schol.

Ibid. Κάκη, κακία. οὕτως Πλάτων. Confer notata infra ad Κάκη, δειλία καὶ κακία. ac *Bisetum* ad *Aristoph. Aves* v. 790.

Ibid. Κακὴ μὲν ὄψις. κόμμα, παροιμία. κακὴ μὲν ὄψις, ἐν δὲ δείλαιαι φρένες. Μένανδρος Σικυωνίῳ. Notatis a me ad hunc locum in *libello animadversionum* col. 20. haecce addenda sunt: Caeterum pro κακὴ ὄψις *Clericus* ad *Menandrum* p. 164. legere mavult: καλὴ ὄψις, quippe quae melius opponatur δειλαίαις φρεσὶ, quam κακὴ ὄψις. Κακὸς enim non *minacem* graece sonat, sed *malum*, mali autem sunt saepissime timidi. Confer *Th. Gatakeri Miscell. Posthuma* cap. XII.

Ibid. Κάκη, δειλία καὶ κακία κ. τ. λ. Copiose de hac posteriore notione exposuit *Ruhnkenius* ad *Timaeum* p. 152. Confer etiam *Eurip. Medeam* v. 1051. quem laudavit *Hesychius* s. v. κάκη.

Ibid. Κάκκη, ἡ δειλία, παρὰ τὸ ἀποπατεῖν. τὸν γὰρ ἀπόπατον κάκκην καλοῦσιν. In *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 112. n. 21. Κάκη legitur. (Confer *Eustathium* ad *Iliad.* ν'. p. 950, 53. et *Schol. Aeschyl. in Sept. c. Theb.* v. 198.) sed κάκκη veram lectionem esse clare docent sequentia. *Schol. Aristoph.* ad *Pac.* v. 162. κάκκης] κακίας. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι τὴν ἀκαθαρσίαν κάκκην ἔλεγον, καὶ μάλιστα τὸ δύσοσμον ἀποπάτημα.

Ibid. Κάκη, βαρέως, ἡ κακία. ἐν Νόμοις Πλάτων. Scilicet lib. XII. p. 944. C.

Col. 95. Κακοδαίμων, ὁ θεῷ ἐπαχθής, καὶ ὁ τὴν ψυχὴν ἔχων ἐμπαθῆ. Loco ἐπαχθὴς scribendum esse ἀπεχθὴς, jam observatum

est a me in *libello animadversionum*. Confer *Piersoni Verisimil.* lib. I. c. 5. p. 68.

Ibid. **Κακοεπία**, βλασφημία. Scribendum: **Κακοέπεια**, ut legitur apud *Suidam* et *Zonaram Lex.* c. 1151. ubi eadem glossa reperitur.

Ibid. **Κακοπαθεῖν**, στραγεύεσθαι. Reponendum est: στραγγεύεσθαι.

Ibid. **Κακοῤῥαφίαι**, κακοσυνθέσεις. Ex *Scholiasta Homeri* ad *Iliad.* ό. v. 16. ubi tamen pro κακοσυνθέσεις legitur κακοσυνθεσίαι, quae vox etiam apud *Hesychium* exstat, ac *Eustathium* p. 1443, 13.

Ibid. **Κακοττείαν**, κακοφημίαν, βλασφημίαν. Vocem **Κακοττείαν** ignorant Lexica ad unum omnia. Illustranda autem est ex *Homeri Il.* ά. 105. ubi legitur: Κάλχαντα πρώτιστα κάκ' ὀσσόμενος προσέειπε, ac Ill. *Heynius* docte de hac voce disputavit. Confer etiam *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 380. ac *Hesychium* s. v. κακοσσόμενος. Similis est vox Κακοῤῥόθησις, a κακοῤῥοθεῖν, h. e. *Hesychio* teste, κακολογεῖν, λοιδορεῖν, ὑβρίζειν. Confer *Schol. Aristoph. ad Thesmophor.* v. 903. et *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 115. n. 1.

Ibid. **Κακοτεχνιῶν**, δίκης ὄνομα, ἣν οἱ ἑλόντες τινὰ ψευδομαρτυρίων κατὰ τοῦ παρασχομένου ἐδίδοσαν. Sunt haec desumta ex *Harpocratione*, e quo etiam descripta sunt *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta (ad *Platon. Legg.* ί, p. 684, 9.) p. 241. Adde *Pollucis Onom.* lib. VIII. sect. 37.

Ibid. **Κακῶς εἰδότες**, ἀντὶ τοῦ ἀγνοοῦντες. Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ εἰρήνης p. 165. C. Leguntur haec quoque apud *Harpocrationem*. Sic etiam utuntur eadem dictione alii multi, v. c. *Plato Euthyphr.* p. 49. A. *Xenoph. Cyrop.* l. II. c. 3. §. 5. et *Theoph. Simoc. Histor.* IV, 13. Confer quoque *Corayum* ad *Isocratem* T. II. p. 76. et in indice s. h. v.

Ibid. **Κακώσεως**, δίκης ὄνομα ἔστιν ταῖς τε ἐπικλήροις — — οὕτω Δημοσθένης (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 732, 20. et Vol. II. p. 1332, 13.) καὶ Λυσίας (ibid. Vol. V. p. 510, 7.) καὶ Ὑπερίδης.

Ibid. **Καλὰ δὴ παταγεῖς**, ἀντὶ τοῦ λέγεις. De hac glossa, quae etiam in *Suida* ac *Hesychio* reperitur, lectu digna habent *Interpretes* ad *Hesychium* T. II. c. 117. n. 5. Ante λέγεις supplenda est vox καλὰ ex *Hesychio*. Conjici quoque posset, legendum esse: **Καλαδεῖς**, παταγεῖς, ἀντὶ τοῦ κακὰ seu πολλὰ λέγεις. Sed satis certum est, in *Photio* pariter ac reliquis Lexicographis a me laudatis reponendum esse: Καλὰ δὴ πάντα ἄγεις, ἀντὶ τοῦ καλὰ seu καλῶς λέγεις. Reperiuntur enim verba haec in *Platonis Euthydemo* cap. 52. pro quibus in *Sympos.* p. 204. E. legitur καλῶς γὰρ λέγεις. *Schol.* Καλὰ δὴ πάντ' ἄγεις, ἀντὶ τοῦ ἀγγέλλεις, ἐπὶ τῶν αἴσια ἀπαγγελλόντων. Πολλάκις δὲ λέγεται κατ' εἰρωνείαν. Ἀριστοφάνης Γεωργοῖς καὶ Πλάτων Εὐθυδήμῳ.

Ibid. **Κάλλαια**, τὰ τῶν ἀλεκτρυόνων γένεια. Vide *Aristotel. Hist. anim.* l. IX. cap. 49. *Schol. Aristoph. Equit.* 495. *Suidam* ac *Hesychium* ibique notata.

Ibid. **Καλλαβίδες**, τὸ διαβαίνειν ἀσχημόνως, καὶ διέλκειν τὰ ἰσχία ταῖς χερσίν. In *Hesychii Lexico* cum simplici λ Καλαβὶς legitur. Interpretatio h. l. addita pertinet ad vocem Καλαβίζειν vel Καλαβοῦσθαι. Confer praeter *Intt.* ad *Hesych.* T. II. c. 116. n. 19. *Heringae Observatt.* p. 224.

Ibid. **Καλαμίνθα**, ὕλη ὁμοία ἡδυόσμῳ. Non dubito reponendum esse: ὕλημα ὅμοιον ἡδυόσμῳ. Est enim, teste *Phavorino*, Καλαμίνθη, δυσώδης βοτάνη, καὶ ὄφεις ἐλαύνει καιομένη. *Hesychius:* Καλαμίνθη, πόα, ὁμοία ἡδυόσμῳ. *Suidas:* Καλαμίνθη, εἶδος βοτάνης, ἥτις καὶ ὄφις (legendum ὄφεις) ἐλαύνει καιομένη. Confer quoque *Eustathium* p. 1524, 12.

Ibid. **Καλάσιρις**, χιτὼν πλατύς. δῆμος πολεμικός. οὕτως Αἰγύπτιοι. Observatis a me ad h. l. in *libello animadversionum* col. 21. adde *Schol.* ad *Aristoph. Aves* v. 1295. ὁ δὲ καλάσιρις, χιτὼν πλατύσημος. Φησὶ δὲ Κηφισόδημος, ὅτι Αἰγυπτίων ἡ λέξις.

Ibid. **Καλαύρωψ**, βουκολικὴ δίκη. Confer notata a me ad hunc articulum in *libello*

animadversionum c. 21. quibus nunc addi velim, *Lobeckium* meum conjicere pro δίκη legendum esse δίκελλα. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* ad *Iliad.* ψ. v. 845. Καλαύροπα, ξύλον, ὅπερ οἱ βουκόλοι ἔχουσιν. *Schol. Luciani* in *Dial. Deorum* XX, 5. Vol. II. *Opp.* ed. *Bip.* p. 61. Καλάβροψ ἐστὶ ποιμενικὴ ῥάβδος, μικρὸν ἑκατέρωθεν ὑπόσκαμβος, ἣν ἀφιᾶσιν ἐπὶ τὰ τῆς ἀγέλης ἀποσκιρτῶντα, ubi videndus *Hemsterhusius*, qui etiam ibidem p. 307. de voce καλαύρωψ exposuit. Confer quoque *Eustathium* p. 501, 21. et 1332, 45. De diversa καλαύροψ et καλάβροψ scriptura confer *Lennep.* ad *Coluth.* p. 71. et *Brunckium* ad *Apollon. Rhod.* IV, 947.

Ibid. **Καλαύρεια**, νῆσος πλησίον Τροιζῆνος. ἐκαλεῖτο δὲ πρότερον Εἰρήνη. Descripta sunt haec ex *Harpocratione* p. 206. Ab *Eustathio* p. 287, 28. scribitur Καλαυρία. Confer etiam *Stephan. Byz. de urbibus* p. 437.

Col. 96. **Καλήβορον**, ἀπεσκολυμένον. Medelam huic glossae admodum corruptae afferat *Hesychius*, apud quem legitur: **Κάληβος**, ἀπεσκολυμμένος τὸ αἰδοῖον, ubi videndus *Alberti*.

Ibid. **Καλλιέρημα**, θυσία εὐπρόσδεκτος. *Schol. Gregor. Nazianz. Stelit.* II. p. 78. κάλλιερεῖν γοῦν ἔλεγον, ἡνίκα τῶν ἱερείων καλῶν καὶ αἰσίων ἐτύγχανον. *Glossar. Herodot.* p. 176. καλλιερεῖσθαι, ἐπὶ τοῦ θύειν ἔντομα λέγεται. *Herodot.* VII, 134 et 167. Confer *Eustathium* p. 250, 4. et 788, 46.

Ibid. **Καλλικύριοι**, οἱ ἀντὶ τῶν γεωμόρων ἐν Συρακούσαις γενόμενοι πολλοί τινες τὸ πλῆθος κ. τ. λ. Hausta haec sunt e *Suidae* Lexico, e quo in fine hujus articuli Εἵλωσι, h. e. *Helotibus*, rescribendum est loco εἴλωσι. Eodem mendo quoque laborat editio *Photii* infra sub voce Κιλλικύριοι. Caeterum disputatur quoque de eo, an Καλλικύριοι aut Κιλλικύριοι (quod infra apud *Photium* reperitur) scribendum sit, de quo vide *Interpretes* ad *Hesychium* T. II. c. 260. n. 12. De Syracusanorum Γαμόροις seu Γεωμόροις vide *Valesium* ad *Diodor. Sic.* T. II. p. 549.

Ibid. **Καλλιρόην**, κρήνην. Ita quoque *Hesychius*. Sed mutila est in fine haec glossa, ita e *Suida* supplenda: τὴν ἐν Ἀθήναις, ἥτις πρότερον Ἐννεάκρουνος ἐκαλεῖτο. Scribendum etiam est: **Καλλιῤῥόην**. Confer *Fischerum* in *Indice graecit. Aeschineae* s. h. v. et quos ibi laudat. Eodem modo et in proxime sequente articulo

Ibid. **Καλλίροον**, καλῶς ῥέοντα, **Καλλίῤῥοον** loco impressi Καλλίροον reponendum erit. *Zonaras Lex.* col. 1150. Καλλιῤῥόη, πηγὴ καλῶς ῥέουσα.

Ibid. **Καλλιώνυμος**, τὸ θαλάσσιον αἰδοῖον. Ut sensus commodus ac verus existat, distinguendum est ita: τὸ θαλάσσιον (scil. ζῶον), αἰδοῖον. Recte enim *Hesychius* monet: Καλλιώνυμος, εἶδος ἰχθύος· (vide *Xenocratem* de *alimentis piscium* c. 9. et *Franzii Glossarium Xenocrateum* s. v. οὐρανοσκόπος) μεταφέροντες δέ τινες τὴν λέξιν, καὶ ἐπὶ τοῦ αἰδοίου ἔτασσον ἀνδρός τε καὶ γυναικός. ubi vide Interpretes. Confer quoque *Foesii Oeconom. Hippocr.* p. 302.

Ibid. **Καλλύνειν**, κοσμεῖν. Sic legitur apud *Lycophron.* in *Cassandr.* v. 336. ubi *Scholiastes ineditus Vitebergensis* eadem voce interpretatus est.

Col. 97. **Καλύμματα**, ἅ τινες φατνώματα. οὕτως Ἀριστοφάνης. Observatio haec a nullo Lexicographorum graecorum prolata est. De voce φατνώματα confer *Schweighaeuserus* ad *Athenaeum* lib. V. c. 43. p. 208. Vol. III. p. 169 sequ. Mihi in mentem venit, annon loco **Καλύμματα** reponendum sit **Καταλύματα**. Confer *Horrei Miscellan. Crit.* lib. II. c. 3. p. 258.

Ibid. **Κάλυξ**, ἄνθος ῥόδου μεμυκός. h. e. μήπω ἀνοιγὲν, ut interpretatus est *Zonaras* c. 1150. (ubi videndus *Tittmannus*) aut τὸ μὴ ἐκπετασθὲν, interprete *Hesychio*.

Ibid. **Καλχαίνει**, ἐκ βάθους ταράσσεται. Pro Καλχαίνει legendum videtur **Καλχαίνεται**, quod scriptum est pro Καχλαίνεται, quod vide apud *Hesychium*, apud quem

pro

pro βάθους legitur βυθοῦ. Confer *Intt.* ad *Hesychium* T. II. c. 129. n. 14. — Καλχαίνειν pro ἐπιθυμεῖν, ut interpretatus est *Scholiastes ineditus Vitebergensis*, reperitur apud *Lycophron.* in *Cassandra* v. 1457.

Ibid. Καλῶς, τιθέασι κατὰ τὸν ἐπιδέξιον διωτῶν καλῶς ταύτῃ μετὰ παιγνίας ἐπὶ τοῦ ἀνανεύειν τιθέασι. καὶ ὅτε καλούμενοι ἐπὶ δεῖπνον ἀρνοῖντο. De industria totum hunc articulum, prouti editus est ab *Hermanno*, transscripsi, ut, eum turpissime contaminatum esse, quilibet videre possit. Nec sensum ejus percepisse ipsum *Hermannum*, Virum doctissimum et sagacissimum, e nota subjecta colligi posse videtur, ubi scripsit: „*Duae videntur glossae esse, quarum secundae initium:* καλῶς, τοῦτο μετὰ παιγνιᾶς." Mihi de hoc loco ita videtur. Voluit auctor hujus glossae, quisquis sit, duas easque singulares adverbii καλῶς significationes notare, atque hic primum locum aliquem e scriptore incerto adduxit, e quo appareret, καλῶς notare interdum: *loco in opportuno*, cujus notionis exemplum aliud est apud *Thucydidem* I. cap. 36. καλῶς παράπλου κεῖται, pro quo cap. 44. in fine dicitur: ἐν παράπλῳ κεῖται. Sed exemplum ab ipso hanc in rem exhibitum, uti nunc legitur, omni sensu caret. Reponendum sine dubio: τιθέασι κατὰ τὸν (mallem τὸ) ἐπιδέξιον διωτῶν καλῶς. Jam alteram profert significationem notatam quoque a *Suida* (e *Scholiasta Aristophanis*), qui habet: Καλῶς, τοῦτο ἐπὶ παραιτήσει καὶ ἀρνήσει χρῶνται; in qua significatione latino *benigne* respondet. Confer *Casauboni Lectiones Theocriteas* c. 16. Huc pertinent verba sequentia apud *Photium* ita efferenda: Ταυτὸ μετὰ παιγνίας ἐπὶ τοῦ ἀνανεύειν (vel potius inverso ordine: ἐπὶ τοῦ ἀνανεύειν μετὰ παιγνίας) τιθέασι. καὶ (h. e. *verbi causa*) ὅταν (ita enim legendum est loco ὅτε) καλούμενοι ἐπὶ δεῖπνον ἀρνοῖντο.

Ibid. Κάναστρον τ . . . . Litera τ sine dubio initialis fuit vocis τρίβλιον seu τρυβλίον, qua ab *Hesychio* (addente quoque, ὄστρακον, κανοῦν) explicatur. Confer *Eustathium* p. 1402, 29.

Ibid. Κανδύτανες, ἱματιοφορίδες. οἱ δὲ, εἶδος ἰχθύος. ἔστι δὲ ὅτε τὸ αἰδοῖον. Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. v. Κανδυτάναι Tom. II. c. 135. n. 14. ac *Pollucis Onom.* lib. VII. sect. 79. p. 744.

Ibid. Κανηφόροι. Φιλόχορος φησὶν κ. τ. λ. Desumta haec sunt ex *Harpocratione*, cujus auctoritate quoque confirmatur emendatio a me in *libello animadversionum* ad h. l. proposita. Αἴρειν κανᾶ in sacrificiis dixit *Aristophanes in Avibus*, cujus locum adduxit *Harpocration* in voce χερνίβων.

Col. 98. Κανθήλιος, βραδὺς νοῆσαι, ἢ ἀφυής. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Vesp.* v. 170. et *Schweighaeuserum* ad *Polybium* Tom. V. p. 35.

Ibid. Κάνθων, ὄνος. Eodem modo interpretatus est hanc vocem *Scholiastes ineditus Vitebergensis* ad *Lycophronis Cassandram* v. 877.

Ibid. Κάναβις, φυτὸν λίνῳ παραπλήσιον κ. τ. λ. *Lex. MS. Sangerm.* Κάνναβις. Σοφ. Θαμύρᾳ. Ἡρόδοτος δ'.

Ibid. Κάνιτρον, λυχνίσκιον, κανίσκιον. Pro Κάνιτρον aut Κανήτιον aut Κάνιστρον reponendum esse judicavit *Hemsterhusius* ad *Pollucis Onomast.* p. 1262. n. 62. Sed equidem, *Hesychii* maxime auctoritate ductus, nihil mutandum esse arbitror. Suspecta potius mihi est interpretatio λυχνίσκιον, quam etiam *Hesychius* non agnoscit. Fortasse *Photius* scripsit λυγιστικὸν, quod *Glossae Vett.* per *viminale* interpretantur.

Ibid. Καντήρια, καταβατήρια. Utraque vox, dummodo sana, Lexicis addenda esset. Si conjecturae locus esset, legerem κάνδαλοι, quod *Hesychius* per βάθρα interpretatus est. [Leg. Κατιτήρια, κ. Vid. Pierson. ad Moer. p. 222. sq. SCHAEFER.]

Ibid. Καπνίας, οἶνος κεκαπνισμένος. Scribendum: Καπνίας οἶνος, κεκαπνισμένος. Vide *Plinium H. N.* XIV, 3. sect. 4. n. 7. ubi monuit *Harduinus*, non a fumo, quo vinum suffitum fuerit, sed a colore quodam

quasi fumi, nomen sortitam videri *capniam vitem*. Adde *Athenaeum* I. cap. 57. et *Schol. Aristoph. ad Vesp.* v. 151.

Ibid. Καπνίας, Ἐκφαντίδης, διὰ τὸ μηδὲν λαμπρὸν γράφειν. Fuit hic Ecphantides poeta scenicus, cujus drama Σάτυροι commemoratur ab *Athenaeo* III, 96. C. ubi vide Intt. de quo bene exposuit *Küsterus* ad *Suidam* T. II. p. 241. Confer etiam *Intt.* ad *Hesychium* T. II. c. 141. n. 5.

Ibid. Κάπνοι, ἄλφιτα, οὕτως Φερεκράτης. Sine dubio legendum est Κάπανοι, quam vocem ipse *Photius* in antecedentibus per ἀλφίτων εἶδος interpretatus fuerat.

Ibid. Κάραντες, καταφέρεις. Loco Κάραντες ex *Hesychio* reponendum est Κατάντης, quam conjecturam me *Lobeckio* meo debere, ingenue fateor. Quae emendatio si admittatur, etiam καταφερὴς scribatur, necesse est.

Ibid. Καρβαντίνη, ἀγροικικὸν ὑπόδημα. *Schol. Luciani* ad *Philopseud.* cap. XIII. Vol. VII. *Opp.* ed. *Bip.* p. 262. Καρπαντῖναι τὰ τραχέα καὶ ποιμενικὰ ὑποδήματα, ἃ καὶ ἀρβύλας φασίν. Sed majorem fidem merentur reliqui Lexicographi graeci, qui habent Καρβατίνη. *Hesychius*: Καρβατίνη, μονόπελμον καὶ εὐτελὲς ὑπόδημα ἀγροικικόν. ubi videndi Interpretes. *Pollux* VII. cap. 88. Καρβατίνη, ἀγροίκων ὑπόδημα, κληθὲν ὑπὸ Καρῶν. Confer *Suidam*, qui laudat locum *Xenoph. Anab.* IV, 5, 11. ac *Vossium* ad *Catullum* p. 327.

Col. 99. Καρδαμάλη, μάζα ἐκ καρδάμου μεμαγμένη, βρῶμα γινόμενον Περσικόν· οἱ δὲ παρδαμαλη λέγουσιν. Ab *Eustathio* p. 1414, 31. perperam scribitur καρδαμύλη. Confer praeter *Intt.* ad *Hesychium* T. II. c. 147. n. 6. *Schweighaeuserum* ad *Athenaeum* lib. III. c. 82. Vol. II. p. 302.

Ibid. Καρδιουλκεία, τὰς καρδίας ἕλκειν τῶν θυμάτων. Scribendum est Καρδιουλκία.

Ibid. Καρδιώττειν, τὴν καρδίαν ἀλγεῖν —— ὅπερ βουλιμιᾶν λέγει Ξενοφῶν. Scilicet in *Anab. Cyri* IV, 5, 6 et 7. Confer Doct. *Sturzii Lexicon Xenoph.* Vol. I. p. 557.

Ibid. Καρδοπεῖον, καρδόπου πῶμα, ᾧ καὶ παυσικάπῃ χρῶνται. Verba καρδόπου πῶμα habet etiam *Hesychius*, ubi nihil adnotatum est ab interpretibus. Sed plane non video, quomodo καρδοπεῖον, καρδόπου πῶμα significare possit. Num fortasse loco πῶμα ex *Phavorino* col. 990. lin. 16. reponendum est στόμα? — Verbis sequentibus: ᾧ καὶ παυσικάπῃ χρῶνται lux affunditur a *Polluce*, qui lib. X. *Onom.* c. 25. sect. 112. p. 1291. diserte scribit: καὶ παυσικάπη, ἣν καὶ καρδοπεῖον ὠνόμαζον: unde non dubito in *Photio* rescribere: ὃ καὶ παυσικάπην ὠνόμαζον, aut simile quid. [Ego vero nihil mutem. Vid. Xenoph. Anab. IV, 2, 28. et Strabo T. II. p. 361. Addito καθάπερ Phurnutus p. 195. med. Gal. SCHAEFER.]

Ibid. Καρδοπείων, τὴν μητέρα, μύθου ἀρχή. Hic Oedipo opus est: ita sunt omnia obscura ac impedita, et vere aenigmatica. Sed desperandum non est de restituenda hujus loci misere corrupti vera lectione. Evolvas modo *Aristoph. Vesp.* v. 1217. ubi leguntur verba haec:

— — ὡς ὁ Καρδοπίων τὴν μητέρα (scil. κατακαίει).
Μὴ μοιγε μύθους. — —

quae sunt ipsissima a *Photio* allata, sed misere depravata, ac ab antecedente articulo male separata.

Ibid. Κάρδοπος, ἡ μάκτρα τοῦ ἀλεύρου. Idem habent *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* edita p. 12. Est autem, ut bene monuit *Wyttenbachius* ad *Platonis Phaedonem* p. 262. κάρδοπος vox *Aristophanis* dicterio notata et ad ridiculum traducta. Vide *Nubb.* v. 669—679. 1250 — 1253. *Ran.* 1190.

Ibid. Καρηβαρῶν, τὴν κεφαλὴν βαρούμενος ἀπὸ μέθης οἴνου. Lege: ἀπὸ μέθης ἢ οἴνου, aut: ἀπὸ μέθης ἐξ οἴνου. Confer *Hesychium* Tom. II. p. 149. et Apocal. XVII, 2.

Ibid. Καρηβοᾶν, ὑπὸ ἤχων τὴν κεφαλὴν ἰλιγγιᾶν, ὑπὸ βοῆς ἐσκοτῶσθαι. Ferri quidem quodammodo potest illud ἐσκοτῶσθαι, mallem tamen legere πεπληρῶσθαι. *Phavorinus* col. 990. lin. 38. ex *Aelio Dionysio* affert: ὅτι καρηβοᾶν, τὸ ἰλιγγιᾶν, καὶ

πεπληρῶσθαι τὴν κεφαλὴν ὑπὸ κραυγῶν. Infra col. 100. *Photius* habet: Καρηβοᾶν, ὑπὸ βοῆς κεκαρῶσθαι.

Ibid. **Κάρηνα**, ἀκρόπολις. Legendum ἀκροπόλεις, seu ἄκρα πόλεων. *Etymol. M.* col. 491. lin. 16. κάρηνα, ἄκρα, πόλεις, ἐξοχάς, ubi *Sylburgius*: „Convenientius ἄκρα πόλεων, seu conjuncte ἀκροπόλεις." *Phavorinus*: Κάρηνα πόλεων παρ' Ὁμήρῳ (scilicet *Iliad.* β'. 117. ὃς δὴ πολλάων πολίων κατέλυσε κάρηνα, ubi *Schol.* Κάρηνα, ἀκροπόλεις, ἐξ οὗ τὰ βασίλεια. Ad hunc locum respexit *Photius* pariter ac *Suidas*.). ἴσως αἱ κεφαλαὶ αὐτῶν, ἤγουν οἱ βασιλεῖς. Confer *Eustathium* p. 189, 9. 18.

Ibid. **Καρκῖνος**, πυράγρα. Scribendum Καρκίνος πυραγρέτης (q. d. *cancer ignita tenens*), πυράγρα. *Cyrillus Lex. MS*, teste *Bielio* in *Thesauro Philologico* s. h. v. Καρκίνος, τὸ τῶν χαλκέων ὄργανον, ὅπερ Ὅμηρος (scilicet Iliad. σ'. v. 477. ubi vid. Schol.) πυράγραν καλεῖ. Vide quoque *Eustathium* p. 1154, 28. et 1475, 5.

Ibid. **Καρκῖνος** (Scribe: **Καρκίνος**). Λυσίας ἐλυμαίνοντο γάρ μοῦ τὸν καρκῖνον (Lege: καρκίνον) εἰσφοιτῶσαι φησὶν αἱ κύνες κ. τ. λ. Desumta sunt haecce ex *Harpocratione*, quem compilavit quoque *Suidas*. Confer *Pollucis Onom*. VII. 22. qui testatur, Pherecratem calceos καρκίνους vocasse.

Col. 100. **Καρπαία**, εἶδος ὀρχήσεως. οὕτως Ξενοφῶν ἐν τῇ Ἀναβάσει (scil. lib. VI. cap. 1. §. 4.). λέγει δὲ καὶ εἶδος ταύτης. Ad intellegendum hunc articulum faciunt glossae *Hesychianae* sequentes: Κάρπεα, ὄρχησις Μακεδονική. it. Καπρία· εἶδος ὀρχήσεως ἐνόπλου. Confer *Athenaeum* I. c. 28. p. 15. f. et *Sturzii Lexicon Xenophonteum* Vol. II. p. 657.

Ibid. **Καρποῦ δίκη**. Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους ἐπιτροπῆς κ. τ. λ. *Harpocrationem* transscripsit *Photius*. Eadem quoque habet *Suidas*, in quo hic articulus cum proxime antecedente conjunctus reperitur. Adde *Pollucis Onom*. VI, 153. et VIII, 31.

Ibid. **Καρπάτινοι**, κορτίναι. Scribendum Καρπασινοὶ, ut *Suidas* ac ex eo *Phavorinus* habent. De glossa ipsa bene exposuit *Küsterus* ad *Suidam*.

Ibid. **Καρύανδα**, πόλις Καρίας. Ex *Harpocratione*. Confer *Stephani Byzant. Onomast.* p. 453.

Ibid. **Καρυάτεια**, ἑορτὴ Ἀρτέμιδος. τὰς δὲ Καρύας Ἀρκάδων οὔσας ἀπετέμνοντο Λακεδαιμόνιοι. Legendum est Καρυατία. Confer *Hesychium* s. h. v. ibique Intt. ac Intt. ad *Lucianum* de *Saltat*. cap. 10. Tom. V. *Opp.* ed. *Bip.* p. 447 sequ.

Ibid. **Καρύκη**, ἔδεσμα ἐκ πολλῶν συγκείμενον. *Schol. Luciani in Timone* c. 54. Vol. I. *Opp. ed. Bipont.* p. 123. βρῶμα Λύδιον ἐξ αἵματος. *Athenaeus Deipnos.* lib. XII. cap. 12. p. 516. C. Πρῶτοι δὲ Λυδοὶ καὶ τὴν καρύκην ἐξεῦρον. Confer *Reinesium* ad *Petron. Satyr.* cap. 64. p. 420. ed. *Burm.* Alibi, ut apud *Athenaeum* lib. IV. p. 173. d. ac *Hesychium* (ubi videndi Interpretes), geminata κ καρύκκη scribitur.

Ibid. **Καρφαλέον**, ξηρὸν (Est glossa Homerica, pertinens ad *Iliad.* ν'. 409.) καὶ καρχάλεον, κατάξηρον. Spectavit fortasse *Photius Iliad.* φ'. v. 541. ubi videndus *Ernesti*, et inprimis *Heyne*. Confer *Eustathium* p. 1250, 58.

Col. 101. **Καρχαρόδους**, τραχεῖς ὀδόντας ἔχων. Καρχαρόδους etiam est vox *Homerica*. Confer Iliad. ν'. 198. et κ'. 360. ubi vid. *Schol.* et *Zonarae Lex.* c. 1144 et 1148.

Ibid. **Κασθανέα**, πόλις ἐν Μακεδονίᾳ, ἐκ τῶν περιπεφυκότων δένδρων, ἢ ἀπὸ τῆς νύμφης. In apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 159. n. 12. legitur Κασταναία, ut quoque in *Etymologico M.* exhibetur. Confer etiam *Hesychium* s. v. Καστάνα. *Zonaras Lex.* col. 1157. Καστανία habet, pro quo Κασταναίαν dixit *Lycophron* v. 907. ubi vid. *Schol.* et *Stephanus Byzantinus* p. 458. ex quibus testimoniis luculenter apparet, *Photii* lectionem falsam esse.

Ibid. **Κασαύριον**, οἴκημα, ἐφ' οὗ αἱ πόρναι. Usus est hac voce *Aristoph. Equit.* v. 1282.

ubi vid. Schol. quem etiam *Suidas* laudavit s. v. Κασσαυρίοις. Poeticam hanc vocem esse judicavit quoque *Pollux Onom.* lib. VI. sect. 188. p. 673. Κάσσα est *meretrix*, πόρνη, ut interpretatus est *Scholiastes ineditus Vitebergensis* ad *Lycophron. Cassandr.* v. 131. quae ab eodem v. 1385. κασωρὶς dicitur. Apud eundem v. 772. occurrit κασωρεύειν pro *scortari*.

Ibid. Κάσις (ὁ) ἀδελφός. Legitur haec vox hoc sensu apud *Euripidem* (ad quem etiam ab *Hesychio* refertur) in *Hecuba* v. 428. et in *Medea* 167 et 1334. ac apud *Lycophron.* in *Cassandra* v. 19 et 467. Ἡ κάσις, *soror*, reperitur apud eundem v. 399.

Ibid. Κάσιν, τὴν πρώτην τῶν σταχύων ἔκφυσιν, ἣ καὶ ἀμφίκαυσις ἐλέγετο. Utrumque vocabulum Κάσιν et ἀμφίκαυσις corruptum, totaque glossa inepto loco posita est. Loco Κάσιν scribendum est Καῦστιν, et pro ἀμφίκαυσις *Photio* reddenda est vox ἀμφίκαυστις. Emendatio est certissima. Auctor est *Hesychius:* Καῦστις, ἡ ἔκφυσις τῶν σταχύων, πυροὶ ἁδρυνόμενοι καὶ χόρτος. τὸ δὲ αὐτὸ καὶ Ἀμφίκαυστις.

Ibid. Καταβολή, περιοδικὴ λῆψις πυρετοῦ. Ex *Timaeo* glossam hanc in Lexica sua derivarunt *Photius* et *Suidas*. Confer quoque *Valckenarii animadversiones* ad *Ammonium* lib. II. cap. 8. p. 115.

Ibid. Καταβολή, Δημοσθένης Φιλιππικῷ κ. τ. λ. Hausit sua *Photius* ex *Harpocratione*. Locus *Demosthenis* reperitur Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 118, 20. Loco προϊέναι rectius fortasse legetur περιϊέναι. Confer *Schweighaeuseri Emendatt.* in *Suidam* p. 60. Caeterum copiose de hac voce expositum legitur in *Scholiis* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collectis p. 137. Scribitur et κατηβολή apud *Platonem* in *Hippia minore* p. 233. E. ed. *Lugd.*

Ibid. Καταβραβευέτω, καταλογιζέσθω, κατακρινέτω, καταγωνιζέσθω. Loco καταλογιζέσθω, quod etiam *Suidas* habet, scribendum est παραλογιζέσθω, ut recte legitur in *Zonarae Lex* c. 1175. Caeterum tota glossa pertinet ad *Coloss.* II, 18.

Ibid. Καταβραβευέτω, καταλογιζέσθω, κατακριμέτω (forte legendum κατακρινέσθω, *damnetur*) κ. τ. λ. *Suidas* habet Καταβραβευέσθω.

Ibid. Καταγιγαρτῆσαι, συνουσιάσαι. Scribendum necessario est Καταγιγαρτίσαι. Referenda enim est haec glossa ad *Aristoph. Acharn.* v. 275. ubi eadem voce interpretatus est Scholiastes et addit: γίγαρτον γὰρ τὸ αἰδοῖον.

Ibid. Καταγλωττίσματα, περίεργα φιλήματα. Scilicet ὅταν ἐν καιρῷ τῆς συνουσίας ὁ ἀνὴρ τὴν γλῶτταν αὐτοῦ τῷ τῆς γυναικὸς ἐμβάλλῃ στόματι, ut explicatur a *Phavorino*, vel potius *Scholiasta Aristophanis* ad *Nubes* v. 52. quem compilavit *Phavorinus*. Confer etiam *Synesium* in *Dion.* p. 53. *Aristoph. Thesmoph.* v. 138. et *Schol.* ad locum, *Pollucis Onom.* II, 109. ac *Eustathium* p. 96, 16.

Ibid. Καταγλωττίζειν, τὸ βλασφημεῖν, ὡς ἐν Ἀχαρνεῦσι· Ψευδῆ κατεγλώττιζέ μου. Locus reperitur in *Acharn.* v. 379. Eodem modo ἐπιγλωττήσομαι usurpatur apud *Aristoph. Lysistr.* v. 37.

Ibid. Κάταγμα, κατάσπασμα, ἢ μήρυμα. Scribendum est ἐρίου κατάσπασμα, ut habet apographum *Ruhnkenii* ad *Timaei Lexicon Platon.* p. 153. e quo haec glossa est descripta. Caeterum, ut idem recte observavit, fluxit haec glossa ex *Platonis Politic.* p. 180. E. *Pollux Onom.* lib. VII. s. 29. κάταγμα, τὸ δὲ αὐτὸ καὶ μήρυμα. Adde *Sophocl. Trachin.* v. 695. et loca quae laudavit *Pierson* ad *Moerid.* p. 215.

Ibid. Καταδεδέσθαι, ἀντὶ τοῦ πεφαρμακεῦσθαι κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione* p. 208. apud quem in fine hujus articuli loco Πυθαίου legitur Πυθέου, ut jam in *Indice Scriptorum* s. v. *Dinarchus* recte emendatum est.

Col. 102. Κατὰ δήμους δικασταί. οὗτοι πρότερον μὲν ἦσαν κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*.

Ibid. Καταδικασάμενος, ἀντὶ τοῦ νικήσας κ. τ. λ. Haec quoque sunt ex *Harpocratione* desumta, quemadmodum et ea, quae sta-

tim in sequentibus s. v. κατάγειν τὰ πλοῖα reperiuntur, ac ad locum *Demosthenis* in *Philipp.* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 63, 19. pertinent.

Ibid. Καταδεύεται, καταβυθίζεται, κρύπτεται. Scribendum Καταδύεται, et κατακρύπτεται. *Suidas* enim habet: Καταδὺς, κατακρυβεὶς, κατακαλυφθείς. Confer etiam *Hesychium* s. v. Καταδύεται et Καταδύντος. Ipse *Photius* in sequentibus: Καταδύνοντα, κρύπτοντα.

Ibid. Καταθεῷτο, βλέποιτο. Scribendum Καταθέοιτο, ut legitur in *Hesychio*, *Phavorino* ac *Cyrilli Lex. MS.*

Ibid. Καταθύμιον, κατὰ ψυχὴν, εὐάρεστον. *Homer. Iliad.* κ'. 383. μηδέ τί τοι θάνατος καταθύμιος ἔστω.

Ibid. Καταθῶμαι, ἀπερείσομαι, καταπαίσωμαι. Pro καταπαίσωμαι Cod. D. καταπαύσωμαι habet, quod praeferendum esse judico, nisi quis ex *Hesychio* legere malit: ἀναπαύσομαι.

Ibid. Καταιγίσας, κατασχίσας. οἱ γὰρ ἀνατιθέντες τι (seu potius τὰ ἱμάτια, ut habet *Hesychius*) τοῖς θεοῖς κατασχίζουσιν, ἵνα μή τις ἄρῃ. Confer *Intt.* ad *Hesychium* T. II. c. 168. n. 21. et *Küsterum* ad *Suidam* s. v. καταιγίσας et ἀγρεῖφνα.

Ibid. Καταίροντες, καταπλέοντες. *Schol. Luciani in judicio vocalium* cap. 2. Vol. I. *Opp.* ed. *Bip.* p. 61. καταίροντος, καταπλέοντος, κατερχομένου. Confer *Schweighaeuseri Lexicon Polybianum* s. h. v.

Ibid. Κατὰ αἶσαν, κατὰ τρόπον, κατὰ τὸ προσῆκον. Num loco κατὰ τρόπον reponendum est κατὰ τὸ πρέπον? Confer *Homer. Il.* γ'. 59. et ρ'. 716.

Ibid. Καταῖτυξ, εἶδος περικεφαλαίας μὴ ἐχούσης λόφον. κατωφερής. Scribendum est: μὴ ἐχούσης λόφον κατωφερῆ. In *Etymol. M.* c. 494. l. 29. legitur κατωφεροῦς; in *Suida* περιφωνῇ reperitur. Sumta est haec glossa ex *Homer. Iliad.* κ'. 258. ubi vid. *Schol.*

Ibid. Καταιωνῶσι, βρέχουσιν, ἀντλοῦσιν, ἀλείφουσιν. Reponendum est e *Suida* Καταιονοῦσι. Apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 169, 4. Καταιονῶσι habet. *Hesychius:* Καταιονεῖ, καταντλεῖ. ubi vid. Intt. Confer *Eustathium* ad *Odyss.* δ'. p. 148, 12.

Col. 103. Κατακεχρεῖσθαι, τὸ λιπαρῶς ἀλη λεῖφθαι. Scribendum est aut Καταχαχρύσθαι (a κατακαχρύω), quod *Hesychius* per κατακεχύσθαι interpretatus est; aut Κατακεχρῆσθαι, quod *Suida* teste est: παραλόγως καὶ ἀφειδῶς ἀπολαύειν. Certe *Phavorinus* habet: Κατακεχρημένη, κατακεχυμένη. [In Photio lege Κατακεχρῖσθαι, et redde hunc infinitivum Artemidoro IV. c. 41. e Cod. B. SCHAEFER.]

Ibid. Κατακορὴς, ξυνουσία ἐπιπλεονάζουσα. Scribendum necessario est ξυνουσίᾳ, ut recte legitur in *Phavorino*. *Suida* enim teste pertinet haec glossa ad *Procopii Histor. Arcan.* cap. 1. p. 3. ubi Antonina κατακορὴς τῷ πάθει dicitur; et conferenda sunt sequentia. Eodem mendo quoque laborat *Suidas*, ubi nunc legitur: Κατακορὴς συνουσία. ἐπιπλεονάζουσα.

Ibid. Κατακορμῆσαι, κατακόψαι ξύλον. *Eustathius* ad *Iliad.* ψ'. p. 1291, 52. Κατακορμίσαι habet; *Hesychius* autem Κατακορμάσαι. Utraque lectio *Photianae* praeferenda est.

Ibid. Κατακριδεῦσαι, καταλαλήσει, καταναστήσει. λάλοι γὰρ αἱ ἀκρίδες. Reponendum sine dubio est Κατακριδεύσει, ut habet *Hesychius*, aut καταλαλῆσαι, καταναστῆσαι scribendum erit, ut legitur in apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 172. n. 16. Caeterum manca est haec glossa, atque ex *Hesychio* ita supplenda: λάλοι γὰρ αἱ ἀκρίδες εἰσὶν, καὶ ἀναστήματα γῆς καὶ λόφοι εἰσίν, ut ita utriusque interpretationis ratio reddatur.

Ibid. Καταλελάβηκεν, τὸ κατείληφεν. Ἡρόδοτος. scilicet III, 42. p. 113. l. 27. In *Lexico MS. Bibl. Coislin.* (quod laudat *Bastius* ad *Gregor. Corinth. de dial.* p. 433.) perperam legitur: Καταλελάβηκεν. Ἡρόδοτος α. Adde *Diogenem Laertium* I, 122. Confer infra s. v. λελάβηκεν, ibique notata.

Col. 104. **Καταμεμυγμένα**, τὰ τὰς ἀμυχὰς ἔχοντα. Scribendum sine dubio est **Καταμεμυχμένα.**

Ibid. **Καταμηλῶν** (ita enim scribendum est loco impressi Καταμηλων). μηλῶσαι καλοῦσιν οἱ ἰατροὶ τὸ μήλην καθεῖναί που κ. τ. λ. Proposita est haec glossa ex *Aristoph. Equit.* v. 1147. *Pollux Onom.* lib. VII. sect. 169. Καταμηλοῦν, τὸ τῷ κινήθρῳ καταδύειν. ubi videndi Intt.

Ibid. **Καταντικρὺ**, κατ' εὐθύ. τῇ τὰ οἰκεῖα συναγούσῃ ἀποτυπώματα. Perperam haec glossa avulsa est a praecedente: Καταντικρὺ, κατεναντίον, cujus exemplum exhibet, desumtum illud e *Platonis Theaet.* I, 194. B. (ed. H. *Stephani* 1578.) ubi leguntur haec verba: καταντικρὺ μὲν καὶ κατὰ τὸ εὐθὺ τὰ οἰκεῖα συνάγουσα ἀποτυπώματα καὶ τυποῦσα, ἀληθής· εἰς πλάγια δὲ καὶ σκόλια ψευδής.

Col. 105. **Καταπέλτης**, εἶδος κολαστηρίου. Vide *Pollucis Onom.* I, 139. et *Polyb.* I, 53. V, 88.

Ibid. **Καταπινεὸς**, τὸ ἐπιορκῆσαι. Referenda sine dubio est haec glossa, quae me diu torsit, ad jusjurandum Socraticum, cujus mentionem facit *Suidas* s. v. χῆνα, et ipse *Photius* s. v. Ῥαδαμάνθυος ὅρκος, ubi vide a me notata. Non dubito itaque, loco Καταπινεὸς (quam vocem Graecia ignorat) legendum esse **Κατὰ χηνὸς** aut **Κατὰ κυνὸς** aut **Κατὰ κριοῦ** aut aliud quid hujusmodi, ita ut omissa sit vox ὀμνύειν.

Ibid. **Καταπεπλησμένον**, κατάπλεων. In hoc articulo glossa mendo laborat. Scribendum enim est **Καταπεπλησμένων.**

Ibid. **Κατὰ πόδα**, παρ' αὐτὰ, κατὰ τάξιν. Eadem habent *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta, ut adeo non dubitem referre hanc glossam ad *Platonis Sophist.* p. 159. E. ed. *Lugd.* anni 1590.

Ibid. **Καταπροίξεται**, καταφρονήσει, καταπροδώσει, οἷον προῖκα ἐκφύγοι. Malim legere: **Καταπροίξει.** Confer *Aristoph. Nub.* v. 1241 sequ. Habet tamen recepta lectio quoque, quo se defendat ac tueatur. Confer *Suidam* s. h. v. et *Etymol. M.* s. v. προΐκτης p. 689. init.

Col. 106. **Κατασκελετούμενα**, λελεπτυσμένα, ἐξησθενηκότα. Confer *Schwebel.* ad *Onosandri Strateg.* cap. I. p. 12 sequ.

Ibid. **Κατασκεδάζειν**, ἔθος ἦν Θράκιον —— οὕτως Ξενοφῶν ἐν τῷ ζ τῆς τοῦ Κύρου ἀναβάσεως (lib. VII, 3, 16.). μέμνηται τούτου καὶ ὁ μέγας Πλάτων ἐν τοῖς Νόμοις (lib. I. T. II. p. 637. E. ed. Steph.). Καὶ ὁ μὲν Ξενοφῶν (nempe loco supra laudato, ubi conferendus est *Sturzius* in *Lexico Xenophonteo* Vol. IV. p. 119. ac *Toupius* ad *Suidam* T. I. p. 319. edit. *Londin.*)· ἀναστὰς ὡς εὐθὺς συνέπιεν καὶ συγκατεσκεδάσατο αὐτοῦ τὸ κέρας. Ante αὐτοῦ τὸ κέρας omissa est praepositio μετὰ, quae legitur apud *Athenaeum Deipnos.* lib. IV. c. 35. hoc sensu: *simulque cum eo reliquum poculi in terram profudit.*

Ibid. **Κατασπέρχων**, σπουδάζων. Referendum hoc fortasse ad *Aristoph. Acharn.* v. 1187.

Ibid. **Κατάστασις**, ἔοικεν ἡ κατάστασις —— οὕτω Λυσίας. Verba ejus, quae ab *Harpocratione* p. 208. (e quo haec omnia desumta sunt) adducuntur, leguntur Vol. V. *Orait. GG.* ed. *Reisk.* p. 574. — Verba ἀπεδίδοτο δὲ τὸ ἀργύριον κ. τ. λ. non sunt verba *Eupolidis*, sed *Platonis* in *Syrphace*, ut ex eodem *Harpocratione* discimus. Caeterum in apographo *Alberti* (Confer Ej. *Miscell. Critt.* in *Suidam* p. 279.) post Εὔπολις additum legebatur ἐν Φίλοις, (nota fabula ex *Polluce*, *Harpocratione*, aliisque); sed in editione *Photii* ab *Hermanno* curata nihil de hac re reperitur.

Ibid. **Κατὰ στόμα**, κατὰ τὴν ἀρχὴν, μεταφορικῶς. Respicitur ad *Iliad.* ό. 389. ubi legitur: κατὰ στόμα εἱμένα χαλκῷ, ac *Scholiastes* habet: κατὰ στόμα, νῦν, κατὰ τὴν ἀρχὴν, μεταφορικῶς.

Col. 107. **Κατὰ σχολὴν**, πράως καὶ λάθρα. οὕτως Ἀριστοφάνης. nempe *Eccles.* v. 48. κἀμοὶ δοκεῖ κατὰ σχολὴν παρὰ τἀνδρὸς ἐξελθεῖν μόνῃ. Erravit enim *Küsterus*,

qui in notis ad *Suidam* s. h. v. senarium hunc apud *Aristoph. Thesmophor.* v. 725. legi contendit.

Ibid. **Κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν ἔοικε.** νόμος περὶ ὠνίων κεῖται, ὅς κελεύει ἀψευδεῖν ἐν τῇ ἀγορᾷ. Ex *Harpocratione* p. 209. quem male descripsit *Photius*, verba haec sunt ita distinguenda et legenda: **Κατὰ τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν.** Ἔοικεν ὁ νόμος περὶ ὠνίων κεῖσθαι, κ. τ. λ. Confer etiam *Küsterum* ad *Suidam* s. h. v.

Ibid. **Κατατομή.** Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Δημοσθένους κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*, ex quo etiam sequentem articulum **Κατάπληξ** descripsit *Photius*.

Ibid. **Καταῦσαι**, καταντλῆσαι. *Hesychius* et ex eo *Phavorinus:* Καταῦσαι, καταυλῆσαι, καταδῦσαι, ubi videndi *Interpretes.*

Ibid. **Καταφάσκει**, προλέγει, ἐπινεύει. Mallem loco προλέγει reponere προςλέγει. Ipse *Photius* in antecedentibus habet: Κατάφασις, πρόςρησις διὰ συγκαταθέσεως. Certe προλέγει locum habere non potest in hac orationis serie.

Ibid. **Κατάφωρος**, φανερός. Vide *Onosandri Strateg.* cap. 39. p. 115. ed. *Schwebelii*, κατάφωρον γενέσθαι, πρινὴ τοὺς προδότας ἑτοίμους εἶναι.

Col. 108. **Καταχειροτονίας.** ἔθος ἦν Ἀθήνησιν κ. τ. λ. Confer *Harpocrationem* p. 209. e quo haec desumta sunt.

Ibid. **Καταχήνη**, κατάγελως. (Scribendum καταγέλως). † **Καταχήνη**, καταχάσμησις. Conjungendae sunt hae glossae, omisso altero Καταχήνη, quod nec agnoscit apographum *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. ubi videndi Interpretes. *Pollux Onom.* lib. II. sect. 97. ἐκ τούτου καὶ ὁ κατάγελως παρὰ τοῖς Κωμικοῖς, καταχήνη εἴρηται. ubi vide *Interpretes.* Confer *Schol. Aristoph. Eccles.* v. 627. et *Vesp.* v. 573 sequ.

Ibid. **Καταχύσματα**, τῶν νεωνήτων οἱ δεσπόται τραγήματα κατέχεον κ. τ. λ. Descripsit *Photius Harpocrationem* p. 210. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Plutum* v. 768.

Ibid. **Καταψευδομαρτυρησάμενος**, ἀντὶ τοῦ παρασχὼν τοὺς τὰ ψευδῆ μαρτυρήσαντας. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ στεφάνου. Ex *Harpocratione.* Confer *Reiskii Indicem Graecit. Demosthenicae* p. 455.

Col. 109. **Κατεγλώττιζεν**, κατεφλυάρει, κατηγόρει, ἐλοιδόρει. Confer *Aristoph. Thesmoph.* v. 138. ac supra ad vocem Καταγλωττίζειν a me notata.

Ibid. **Κατεδάρθη**, κατεκοιμήθη. Lege Κατέδαρθεν. Sic *Scholia* in *Platonem* ed. *Ruhnkenii* p. 6.

Ibid. **Κατεντεύκτην**, κατεντυγχάνουσαν· καὶ κατεντευκτῆς, κατήγορος. Scribendum **Κατεντευκτὴν**, κατεντυγχάνοντα, uti et legitur in *Hesychio. Lexicon Cyrilli MS. Brem.* Κατεντευκτῆς, κατεντυγχάνων, κατήγορος. Confer LXX Iob. VII, 19.

Ibid. **Κατεργάσασθαι**, ἀντὶ τοῦ καταπονῆσαι. Θουκυδίδης. Eadem quoque *Suidas* habet. Uterque spectavit sine dubio locum lib. IV. cap. 85. Male itaque *Küsterus* ad *Suidam* s. h. v. pro καταπονῆσαι legendum conjecit ταπεινῶσαι, uti *Scholiasta Thucydidis* vocem hanc duobus in locis interpretatus est.

Ibid. **Κατέρικτα**, τὰ ἐρεικόμενα ὄσπρια καὶ σχιζόμενα. Sic etiam *Hesychius.* Melius tamen legitur: **Κατέρεικτα.** Confer tamen *Polluc.* I, 247. VI, 61. ibique Intt.

Col. 110. **Κατευμεγεθεῖν**, καταδυναστεύειν. Confer *Cyrillum contra Iulianum* p. 4. et 197.

Col. 111. **Κατηβολή**, περιοδικὴ νόσος. Confer supra s. v. Καταβολή. *Galenus* in *Explanat. vocum Hippocrat.* p. m. 496. Κατηβολίσι (legendum Κατηβολῆσι), περιοδικαῖς ἀρχαῖς παροξυσμῶν. Confer etiam *Intt.* ad *Hesychium* T. II. c. 200. n. 19. ac *Polluc. Onom.* lib. I. cap. 1. sect. 16. p. 12.

Ibid. **Κατήδεσαν**, κατήσχυναν. Ita typothetae incuria aut ignorantia excusum est pro Κατῄδεσαν, κατήσχυναν. Simili errore infra Κατῆρεν pro Κατῆρεν legitur.

Ibid. **Κατήρεφον**, κατεστεγασμένον. ἢ κατώτερον ἐστεγασμένον. Scribendum Κατηρεφὲς ex *Hesychio.* Ita quoque legitur apud

Didymum ad *Homerum Odyss.* ί. v. 183. pro Κατεσκευασμένον, quod male mutat *Rhoer. Fer. Daventr.* lib. I. cap. 12. p. 169. in ἐσκιασμένον.

Ibid. Κατῆρεν, κατέπλευσεν. A *Timaeo* (ubi videndus *Ruhnkenius* p. 152.) hanc glossam mutuati sunt *Photius* ac *Suidas*.

Ibid. ΚατηΦόνες, στυγνοὶ ἢ ἀναίσχυντοι. Ita quoque *Suidas*. In utroque vitiose editum est ἀναίσχυντοι. Quid enim moerori et tristitiae est cum impudentia commune? *Zonaras Lex.* col. 1148. ΚατηΦὴς, ὁ ὑπὸ τῆς αἰσχύνης κάτω νεύων τοὺς ὀφθαλμοὺς, ἤγουν ὁ αἰσχυνόμενος. Ergo contrarium τοῦ ἀναίσχυντοι ponendum erat, nempe καταίσχυντοι, ex *Hesychio*, qui addit: κατηφείας ἄξια πράττοντες. Confer *Homer. Iliad.* ώ. 253. et *Eustath.* ad *Iliad.* ρ΄. p. 1131. v. 2.

Ibid. Κατιαλίζειν, καταδύνειν. Haec quid sibi velint, non liquet. Pro Κατιαλίζειν Cod. D. lectionem aeque vitiosam Κατιαλίξειν habet. Num fortasse legendum est Κατιλλίζειν, aut Κατιλύειν? *Hesychius:* Κατιλύσαντες, περικρύψαντες.

Ibid. Κατόπιν, μετὰ ταῦτα. E *Timaeo* hanc glossulam habent *Photius* et *Suidas*.

Col. 112. ΚατορΦναίαν, κατὰ τὴν σκοτεινήν. Scribendum divisim Κατ᾽ ὀρφναίαν. Vox enim ΚατορΦναῖος apud Graecos non reperitur, quamquam voce ΚατορΦνάω secundum *Hesychium* utuntur. *Phavorinus:* ΚατορΦνᾶται, σκοτεινὸν ποιεῖ.

Ibid. Κατουλάδα. ΣοΦοκλῆς Ναυπλίῳ — — ἑάλειν γὰρ τὸ συστρέφειν. Ὅμηρος. Observatis a me in *libello animadversionum* ad verba: ἑάλειν γὰρ τὸ συστρέφειν. Ὅμηρος. ex *Apollonii Sophistae Lexico Homerico* addenda est glossa haec: Εἶλει, συνήλαυνεν. ad *Homer. Odyss.* μ΄. 209. ex quo apparet, apud *Photium* pro ἑάλειν ex apographo *Brunckii* reponendum esse εἴλλειν. Confer quoque *Eustathium* p. 684. l. 22. p. 966. l. 53. et *Etymolog. M.* p. 298. lin. 4. Respicere tamen quoque potuit *Photius* locum *Homeri Iliad.* ύ. 168. ubi legitur: ἑάλη χανὼν, ubi videndus *Heynius*.

Ibid. Καττύεσθαι. Ὑπερείδης, τὸ ὑποδεδεῦσθαι. ἀπὸ τῶν καττυμάτων. Loco ὑποδεδεῦσθαι Cod. D. ὑποδεύεσθαι habet, quae scriptura, quamquam falsa, facile tamen nos ad veram lectionem, quae est ὑποδεῖσθαι, ducere potest. Quid sint Καττύματα, docuit *Suidas* s. v. Κάττυμα. De voce Καττύειν disputavit *Ez. Spanhemius* ad *Aristoph. Plut.* v. 663.

Ibid. Καττύει, συῤῥάπτει, καττύει. Fortasse legendum est συῤῥάπτει καττύματα. Alias conjecturas de hac glossa protuli in *libello animadversionum* suo loco. Confer *Intt.* ad *Alciphron.* lib. III. Ep. 58. Tom. II. *Opp.* ed. *Wagneri* p. 177 et 179.

Ibid. Κατωκάρα, κάτω τὴν κεφαλὴν ἔχοντα. Occurrit haec vox apud *Aristoph.* in *Pac.* v. 153. ubi *Schol.* κατωφερῶς. ὅτι τὸ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς πεσεῖν κατωκάρα λέγεται ἀττικῶς, ὑφ᾽ ἕν.

Ibid. Κατῳκοδόμησεν. Ἰσαῖος. ἀντὶ τοῦ κατέκλεισεν εἰς οἴκημα, καὶ ἀπέκτεινεν. Desumta sunt haec ex *Harpocratione*. Confer Observationes *Reiskii* ad *Isaeum* Vol. VII. *Oratt. GG.* p. 225.

Ibid. Κατωμαδὸν, κατὰ τῶν ὤμων. Pertinet sine dubio haec glossa ad *Homeri Iliad.* ό. v. 352. id quod ex *Zonarae Lex.* c. 1180. apparet, ubi legitur: Κατωμαδόν. κατὰ τοὺς ὤμους τῶν ἵππων. Κατωμαδὸν ἤλασεν ἵππους. Adde *Iliad.* ψ΄. 300. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* Κατωμαδὸν, κατὰ τῶν ὤμων. Confer etiam *Hesychium* s. h. v. *Eustathium* p. 1653, 9. 12. atque *Suidam*, qui locum ex *Iosepho* adduxit.

Ibid. Καθωραΐζεται, σεμνύνεται. Non posset hujus glossae lectio in dubium vocari, nisi inepto loco posita esset. Ordo literarum autem lectionem Καθωραΐζεται nullo modo admittit. Scribendum est Κατωραΐζεται, ut habet praeter *Hesychium* (ubi videndi Interpretes) apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 209. n. 5.

Ibid. Κατωρχήσαντο, κατεχάρησαν, ἔπαιξαν. Ita etiam *Suidas*. Sed *Lex. Reg. MS.* quod laudat *Alberti* ad *Hesychium* T. II, p. 209.

p. 209. n. 9. et *Zonaras Lex.* col. 1175. habent ἐνέπαιξαν, quod praeferendum mihi videtur. Pertinet enim haec glossa, ut jam *Heinsius* et alii monuerunt, ad Zachar. XII, 10. ubi vide Interpretes.

Ibid. Καυλὸς, τὸ ἄκρον τοῦ δόρατος. Idem legitur in *Apollonii Sophistae Lexico Homerico*, unde apparet, esse glossam Homericam spectantem Iliad. ν'. 162. π'. 115. ρ'. 607. Vide *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. et *Eustathium* ad *Iliad.* ν'. 608. p. 926, 11. et 1049, 13.

Ibid. Καυνάκας, ἔνδυμα ποιόν. Scribendum est Καυνάκης. Confer *Suidam* s. h. v. *Pollucis Onom.* VI. sect. 11. et X. sect. 123. et quos laudat *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 211. n. 1.

Ibid. Καυσία, εἶδος πίλου βαρβαρικοῦ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς, ὡς τιάρα. Non assentior iis, qui statuunt, pro βαρβαρικοῦ legendum esse Μακεδονικοῦ, ducti maxime auctoritate *Pollucis* X. 162. *Eustathii* ad *Hom. Il.* β'. p. 255, 1. et ad *Odyss.* α'. p. 1399, 3. Satis enim constat, Macedones a reliquis Graecis barbaros vocatos esse. Caeterum confer *Valckenarium* ad *Theocrit. Adoniaz.* p. 345. *Sturzium de dialecto Macedonica et Alexandrina* p. 41. ac *Iacobsium* in *anim.* ad *Antholog. gr.* Vol. II. P. I. p. 293 sequ.

Ibid. Καυστὸν, καρπωτὸν (mallem κάρπωμα), ὃ ἐναγίζεται τοῖς τετελευτηκόσιν. Loco Καυστὸν mihi scribendum videtur Καυτόν. *Hesychius* certe habet: Καυτὸν, θυσία τις οὕτως καλουμένη, καὶ ἐσχάρα, καὶ ἑστία, ἔνθα καίουσιν. In Glossis *Isidori: Cautos, sacerdos.*

Ibid. Καχλάζει, ταράττεται, (Vide *Etymol. M.* c. 494, 10. *Theocrit.* VI, 12. et *Apollon. Rhod.* II, 570.) φλεγμαίνει, βράττει. Pro βράττει in margine Cod. B. et in *Zonarae Lex.* c. 1176. βράζει legitur: ubi *Tittmanno* posterior interpretatio referenda videtur ad fragmentum *Aquilae* καγχλάζει Iob. XLI, 23. ubi *Alexandrini* ἀναζεῖ habent. Confer *Hesychium* v. καχλάζει.

Col. 113. Καχυπότοπος, καχύποπτος, τοπάσαι γὰρ τὸ ὑπονοῆσαι. Vox Καχυπότοπος occurrit apud *Platonem* in *Phaedro* §. 38. alterum autem καχύποπτος est in *Platone de rep.* III. p. 409. C. *Aristotele Rhet.* II, 13. et *Polluce* II, 57. Verbo καχυποτοπεῖσθαι usus est *Aristophanes Ran.* v. 985. ubi Schol. interpretatus est κακὰ ὑπονοεῖν.

Ibid. Κάψα, κίστη, ἡ θήκη. Scribendum: ἢ θήκη. Confer *Salmasium* ad *Trebell. Pollionis Gallien.* p. 237.

Ibid. Κέβρινα, πόλις Τρωάδος, Κυμαίων ἄποικος. In *Harpocratione*, ex quo haec desumta sunt, legitur Κέβρηνα, et recte. Κεβρὴν enim est oppidum haud procul *Ilio*. Confer *Stephan. Byzant. de urbibus* p. 464. et Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 671, 9. Ibidem etiam pro ἄποικος reperitur ἀποικία.

Ibid. Κεδνὸς, συνετὸς, σώφρων, ἢ φρόνιμος. *Homer. Odyss.* λ'. 335. Confer *Eustathium* p. 775, 31. et 1421, 22.

Ibid. Κεγχρεών, Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Πανταίνετον γραφῇ (lege παραγραφῇ, ut jam observatum est in *Indice auctorum a Photio laudatorum* p. 494.) κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.* Locus *Demosthenis* laudatus reperitur Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 974, 16.

Ibid. Κέδρον, οὐδετέρως λέγουσι τὸ θυμίαμα. *Hesychius:* Κέδρον, Ἀττικοὶ, οὐδετέρως, δάνειον. *Etymolog. M.* ac *Thom. M.* Κέδρον δὲ οὐδετέρως ὁ καρπός. In hac tanta autem diversitate Lexicographorum veterum, qui de voce Κέδρον exposuerunt, tamen mihi non sollicitanda videtur lectio, quae in textu *Photii* reperitur. *Hesychius:* Κέδριον (alias κεδρέλαιον), εὐῶδες. Confer *Theophr. Hist. Plant.* III, 12. et *Dioscorid.* I, 105.

Ibid. Κεδρίδες, κέδρου καρπός. λέγονται δὲ καὶ ἀρκευθίδες. *Apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 215. n. 10. exhibet Κεδρίτες, et ἀρχευθίδες, pro quo *Alberti* reponere mavult ἀρχωνίδες. Confer *Hesychium* s. v. ἀρχωνίδας.

Ibid. Κείρει, ἐσθίει, κατεσθίει. Est sine dubio glossa *Homerica*, ut colligere licet

ex *Phavorino*, qui col. 1025. lin. 56. haecce habet: Κείρει λήϊον παρ' Ὁμήρῳ ἐν τῷ λ' τῆς Ἰλιάδος (v. 559.) ἀντὶ τοῦ εἰς κόρον ἐσθίει: ubi *Schol.* κάπτει τοῖς ὀδοῦσιν, ἐσθίει, μεταφορικῶς. Confer quoque *Hesychium* s. v. Ἔκειρον. Idem *Phavorinus*: Κείρειν, συνήθης λέξις τῷ ποιητῇ, ὅπερ σημαίνει, τὸ εἰς κόρον δαπανᾷν. et: Κείρσε, παρ' Ὁμήρῳ, τὸν κόρον ποιεῖν. Vide *Eustathium* p. 862, 52. et 1471, 1.

Ibid. Κειριάδαι, δῆμος Ἱπποθωοντίδος φυλῆς. Ex *Harpocratione*. Confer *Stephanum Byz.* p. 465.

Ibid. Κειρύλοι, οἱ ἄρσενες τῶν ἀλκυόνων, οἵτινες γηράσαντες ὑπὸ τῶν θηλειῶν βαστάζονται. Traditur haec narratio ab *Antigono Caryst.* in ἱστοριῶν παραδόξων συναγωγῇ cap. 27. ed. *Beckmanni*, ubi videndi Interpretes. Confer quoque *Comment. Beckii* ad *Aristoph. Aves* v. 302. Vol. III. p. 413.

Ibid. Κεκαρυκευμένα, συγκεκρυμμένα. Confer *Athenaei Deipnos.* lib. IV. c. 74. ibique Interpretes.

Ibid. Κεκασμένον, κεκοσμημένον. Est glossa *Homerica*, spectans *Odyss.* δ'. 725. et 815. Confer *Eustathium* p. 741, 27. Reperitur tamen haec vox cum eadem interpretatione apud *Aristophanem Equitt.* v. 692.

Ibid. Κεκαυτηριασμένος (adde: τὴν συνείδησιν. Referenda enim est haec glossa ad 1 Timoth. IV, 2.) μὴ ἔχων ὑγιῆ τὴν συνείδησιν.

Ibid. Κεκλασμένους, ἰσχύοντας. Nullo modo locum habere potest ἰσχύοντας: immo legendum est μὴ ἰσχύοντας.

Ibid. Κεκμηκώς, κάμνων. *Oppian.* l. V. *Halieut.* v. 549. *Schol.* ἀδυνατήσας. *Gloss. Gr. Rutgersii*: κακοπαθήσας.

Col. 114. Κεκραιπαληκώς, εὐφραμμένος. Legendum est ηὐφραμμένος, ut habet *Suidas*, aut εὐφρανθεὶς, aut εὐφραινόμενος. Sed prior emendatio praeferenda videtur.

Ibid. Κεκριγότα, τρίζοντα. Confer *Suidam* s. v. Κεκριγότες, *Schol. Aristophanis ad Aves* v. 1520. ac *Eustathium* p. 1350, 13.

Ibid. Κεκροπίς, μία τῶν ἐν Ἀθήνησι δέκα φυλῶν. Ex *Harpocratione*. Confer *Steph. Byzant.* de *urbibus* p. 465.

Ibid. Κεκρύφαλον, κεκρύφαντον, σαβακάθιον, σουδάριον. Loco κεκρύφαντον in *Suida* legitur κεκρύφατον. Fortasse *Photius* scripsit κεκρύφαλος, ut indicaret, utrumque apud Graecos reperiri. Doct. *Tittmannus* enim ad *Zonarae Lex.* c. 1191. recte monuit, κεκρύφαλον non inter neutra ponendum esse, id quod etiam praeter exempla a *Suida* adducta locus *Alciphron.* I. Ep. VI. (qui κεκρυφάλους Μιλησίους commemorat, ubi videndus *Berglerus* et *Wagnerus* Tom. I. p. 41 sequ.) clare docet. Vide *Schol. Aristoph.* ad *Thesmoph.* v. 145. *Foesii Oeconom. Hippocr.* p. 332. *Intt.* ad *Hesychium* Tom. II. p. 221. ac *Eustathium* p. 976, 42. et 1280, 59.

Ibid. Κεκυπτάκασιν, ἀσχολοῦνται. In *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 222. n. 17. perperam exhibetur Κεκυπτάχασιν pro Κεκυπτάκασιν, quod sine dubio ex emendatione edidit *Hermannus*.

Ibid. Κεκωδωνισμένος, ἐξητασμένος — — Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ (scil. v. 486. ubi vid. Schol.), ὡς αἰσχρὸν ἀκωδώνιστον ἐᾶν. Eadem quoque habet *Zonaras Lex.* c. 1194.

Ibid. Κελαδεινή, κυνηγός, θόρυβον κατὰ τὰς ἄγρας ποιοῦσα. Est epitheton Dianae, ut diserte monuit *Apollonius Soph.* in *Lex. Hom.* s. h. v. Confer Iliad. υ'. v. 70. ac *Eustathium* p. 774, 18. et 1063, 52.

Ibid. Κελέοντες, κυρίως μὲν κελέοντες καλοῦνται οἱ ἰνόποδες κ. τ. λ. Emendationem hujus articuli a me in *libello animadversionum* propositam confirmat auctoritas *Harpocrationis*, e quo tota haec glossa est descripta, et ubi diserte ἱστόποδες pro ἰνόποδες legitur. Confer quoque *Eustathium* p. 884, 15 sequ. ac *Pollucis Onom.* VII, 36. et X, 125.

Ibid. Κελεός, οὗ αἱ θυγατέρες ἐδέξαντο τὴν Δήμητρα ἐν Ἐλευσῖνι. Confer *Pausaniam* in *Atticis* c. 39. et *Homeri H. in Cererem* v. 105.

Ibid. Κελαρίζειν, μετὰ ἤχους ῥεῖν. Scribendum est Κελαρύζειν. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* Κελαρύζει, ἰδίωμα ψόφου. *Homer. Il.* Φ'. 261. τὸ δέ τ' ὦκα κατειβόμενον κελαρύζει Χώρῳ ἐνὶ προαλεῖ. Confer *Eustathium* p. 885, 61. *Suidam*, *Hesychium* ac *Toupium* ad *Suidam* T. I. p. 335. Depravata lectio Κελαρίζω reperitur quoque apud *Oppian. Cyneg.* II, 145. ac *Zonaram* I. p. 811. Confer *Beckii Comment.* in *Aristoph.* Vol. III. p. 172.

Ibid. Κελένδρεινα, κιχήσιππον, ἀπὸ τοῦ κελέοντος καὶ τῆς δρυὸς, ὡς μακρὰν καὶ δασύ. In *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 223. n. 17. exstat: Κελενδρύσια, sed rescribendum est Κελένδρυνον, ut apud *Hesychium* recte legitur et addita *Etymologia* docet. Compositum enim est ἀπὸ τοῦ κελέοντος, καὶ τῆς δρυός.

Ibid. Κέλεφθος, ὁδὸς, ἀπὸ τοῦ κέλλειν κ. τ. λ. Scribendum necessario est Κέλευθος, quae vox non semper *terrestrem viam* notat, sed etiam τὴν διὰ θαλάσσης ὁδὸν, teste *Zonara* c. 1188. ac *Eustathio* pag. 108, 17.

Col. 115. Κεμὰς, ἔλαφος, ὁ κοιμώμενος ἐν σπηλαίῳ, κοιμάς τις ὤν. Inter ἅπαξ λεγόμενα apud *Homerum* refertur ab *Apollonio Soph.* in *Lexico Homerico* s. h. v. Verba ejus sunt: Κεμὰς, τῶν ἅπαξ εἰρημένων. οἱ μὲν, ἐλάφου γένος· οἱ δὲ, δορκάδος. ubi *Villoisonius* laudat *Iliad.* κ'. 361. Confer *Eustathium* p. 711, 37. et 811, 57 sequ. ac *Schneideri Lexicon criticum gr. l.* s. h. v. — Post κοιμάς τις ὢν in *Zonarae Lex.* col. 1188. additur: ἢ νεογενὴς, ubi vide quos laudavit *Tittmannus*. Caeterum suspicor, vocem Κεμὰς falsa pronunciationi ortum suum debere, atque olim Κοιμὰς scriptam fuisse.

Ibid. Κένανδρον, κενὸν ἄνδρα. Celeb. *Schaeferus* in *animadversionibus* ad *Gregor. Corinth. de dialectis* p. 413. legendum conjicit κενὸν ἀνδρός. Obstare tamen huic conjecturae videtur auctoritas *Suidae* T. II. p. 295. scribentis: Κένανδρος, κενὸς ἀνήρ.

Ibid. Κενέβρεια, ἐν οἷς τὰ νεκριμαῖα καὶ τοὺς ἀπέργους ὄνους κατακόπτουσι, καὶ τὰ θνησιμαῖα. Vox haec, teste *Erotiano* p. m. 204. est apud *Aristophanem* in fragmento, et in *Avibus* v. 538. (ubi vid. *Schol.*) obvia, quae duplicem significationem habet. Partim enim notat *carnes morticinas ac e cadavere excisas*, (*Aelian. Hist. anim.* VI, 2. *Pollux* VI, 55.) quam notionem tradunt *Hesychius*, *Suidas*, *Pollux* (lib. VI. sect. 55.), *Erotianus* et *Moschopulus*, quos laudavit *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. partim vero significat *forum, ubi talia venduntur*, ut praeter *Photium Erotianus* testis est ac *Moeris* p. 352. Sine dubio pro diversitate harum notionum ipsa vox olim Κενέβρια et Κενεβρεία scripta est. Confer notata ad *Erotianum* l. l. ed. *Franzii* ac *Foesii Oeconom. Hippocr.* p. 332.

Ibid. Κενεὸν, μάταιον. Teste *Suida* vox haec poetica est, quod tamen ex subjectis exemplis certe non apparet.

Ibid. Κενεὼν, ὁ περὶ τὸν λαγόνα τόπος. *Erotianus* in *exposit. vocum Hippocratic.* Κενεὼν, τὸ ἀπὸ τῶν πλευρῶν μέρος ἕως τῶν λαγόνων. ubi vide Intt. Confer *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 333.

Ibid. Κενοφωνίας, ματαιοφωνίας, ἀσεβείας, αἱρετικάς. Ita quoque *Suidas*. Est glossa sacra spectans ad 1 Timoth. VI, 20. coll. II, 16. Confer *Ernestii Glossas sacras Hesychii* s. h. v. Pro ἀσεβείας reponere mallem ἀσεβεῖς.

Ibid. Κένταυρον, τὸ μόριον, ἢ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. οὕτω Θεόπομπος. Idem tradit *Eustathius* ad *Iliad.* Φ'. p. 1910. l. 10.

Ibid. Κεντριάδαι, πατριὰ κηρύκων. Huic glossae lucem quodammodo affundunt ea, quae *Hesychius* s. h. v. habet, ubi videndi Interpretes, quamquam eam ex parte obscuram esse ingenue fatendum erit. Pro πατριὰ fortasse scribendum est φρατρία.

Ibid. Κεντρότυπος, (Scribendum Κεντροτύπος) μοχθηρός. Occurrit haec vox apud *Schol. Aristoph.* ad *Nubes* v. 449. ubi explicatur: ὁ κεκεντρωμένος καὶ φρικτός.

Ibid. Κέοιτο, ὑπάρχοιτο. Vide *Herodotum* I, 67. p. 17. l. 7. ac *Maittaire de dialectis l. gr.* p. 154.

Ibid. **Κεπφωθεὶς** (pro κεφωθεὶς e Dialecto Dorica. Prov. VII. 22.) ἐπαρθεὶς, (*Bochartus* in *Hieroz.* P. II. lib. II. cap. 18. p. 265. legendum censet ἐπαχθεὶς propterea, quod apud *Hesychium* dici asseritur de *illis*, *qui bruti ad instar stulte ducuntur*: sed ἐπαρθεὶς cum κεπφωθεὶς bene conciliari potest.) ἐρεθισθεὶς, ὀξέως ἐλαυνόμενος. Confer praeter *Biblii Thesaurum Philolog.* s. h. v. *Pricaeum* ad *Apuleji Metamorph.* II. p. 76. et inprimis *Clericum* ad *Clement. Constitutt. Apostol.* lib. I. c. 7. p. 209. T. I. *Patrum Apostolicorum.*

Ibid. **Κεραμεικαὶ**, (supple πληγαὶ) πλατεῖαι πληγαί. τοὺς γὰρ ῥαθύμως τρέχοντας τύπτουσι. Supple ex *Hesychio* (qui locum nostrum mirifice illustrat, et ubi videndi Interpretes) et *Schol. Aristoph.* ad *Ranas* v. 1128. πλατείαις χερσί. Alias enim sensus imperfectus esset.

Col. 116. **Κεραΐζει**, πορθεῖ, ἀναιρεῖ, διαρπάζει. Vide *Homer. Iliad.* β'. 861.

Ibid. **Κεραμικός.** δύο ἦσαν κεραμικοὶ κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*. Confer *Timaei Lex. Platon.* p. 155.

Ibid. **Κερασβόλα**, τὰ σκληρὰ καὶ ἐν τοῖς πυροῖς κ. τ. λ. Conferenda hic sunt ea, quae *Timaeus* in *Lexico Platonico* p. 155. s. h. v. (ubi etiam legi meretur *Ruhnkenius*), *Eustathius* ad *Odyss.* ψ'. v. 167. p. 1943, 3. *Erasmus* in *Adagiis* Chil. IV. Cent. III. n. 91. p. 908. et *Scholia* ad *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 233 sequ. habent.

Ibid. **Κέραυνος**, ἱμάτιον ποιόν. Scribendum est Κεραύνιος ex *Hesychio.* Sine dubio a splendore ita dicta est vestis, aut a colore candido. Commode enim mihi succurrit locus Luc. XXIV, 4. ἐν ἐσθήσεσιν ἀστραπτούσαις, ubi in uno codice λευκαῖς legitur e glossemate. Confer etiam *Schol. Eurip.* ad *Phoeniss.* v. 111.

Col. 117. **Κερβέριοι**, οἱ παρ' Ὁμήρῳ Κιμμέριοι κ. τ. λ. Confer *Schol. Homeri* ad *Odyss.* λ'. 14. *Eustathium* p. 1671. init. et *Schol. Aristoph.* in *Ran.* v. 189.

Ibid. **Κερδαλέος**, ποικίλος, πανοῦργος, κερδαλῇ γὰρ ἡ ἀλώπηξ. Pro κερδαλῇ aut legendum est e *Phavorino* (col. 1040. l. 21. Κερδάλη, ἀλώπηξ) κερδάλη, aut e *Suida* κερδαλέη, aut e Cod. D. *Suida* et *Etymol. M.* c. 505. l. 34. κερδώ: sed magis placet lectio κερδάλη. Confer *Eustathium* p. 1557, 8.

Ibid. **Κερδαλεόφρων**, δολιόφρων, σκόλια βουλευόμενος. Est sine dubio glossa *Homerica* spectans Iliad. α'. 149. ubi vid. *Eustathius* p. 69, 27. et 481, 3. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 349. ed. *Tollii.*

Ibid. **Κερκίδας**, εἰς ἣν τῶν τὰ Μακεδονικὰ φρονούντων. Sunt haec desumta ex *Harpocratione.* Locus *Demosthenis* ab *Harpocratione* laudatus exstat Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 324, 9.

Ibid. **Κέρκουρος.** εἶδος πλοίου οὕτω καλοῦσιν. Confer *Harpocrationem* p. 212. qui laudat *Dinarchum* in *oratione Tyrrhenica. Gloss. Herodot.* p. 176. Κέρκουρος, νεὼς εἶδος. Vide *Herodot.* VII, 97.

Ibid. **Κέρκωπες**, ἐξαπατητῆρες. ἱστοροῦνται καὶ ψεῦσται οἱ Κέρκωπες κ. τ. λ. Leguntur haec quoque in *Harpocratione*, e quo sua hausit *Photius*, modo quod in *Harpocratione* Πιθηκούσσας et Κάνδουλον legatur pro Πιθηκούσας et Ἄνδουλος apud *Photium*. Confer quoque *Meursium* in *Ceramico* p. 63. ac *Eustathium* p. 1864, 52.

Ibid. **Κερουτιᾷν**, γαυριᾷν. Confer praeter *Hesychium Schol. Aristoph.* ad *Equit.* v. 1341.

Col. 118. **Κεροβάτας**, ὁ Πὰν, ὅτι κέρατα ἔχει. ἢ κερατίνας βάσεις. Dubio caret, scribendum esse βάσεις, et Κεροβάτης, nisi forte statuere malimus, Κεροβάτας e Dorico scriptore desumtum esse. Confer *Suidam* et *Hesychium* s. h. v. ac *Aristophanis Ranas* v. 231. ibique *Intt.*

Ibid. **Κερουτασμὸς**, ἀπὸ τοῦ κόρου λέγουσιν. Fortasse legendum est Κερουτιασμὸς a κερουτιᾷν (h. e. interprete *Photio* γαυριᾷν, unde κερουτίαι *Hesychio* γαυρίαι, metaphora

desumta ἀπὸ τῶν ὑψαυχενούντων ταύρων), quamquam utrumque vocabulum in Lexicis frustra quaeritur. Sed sive hanc sive illam scripturam admittamus, tamen addita etymologia locum habere nullo modo potest. Quamquam enim verum est, κόρον interdum superbiae ac insolentiae matrem esse, tamen a κόρος voces κερουτασμὸς aut κερουτιασμὸς derivari non possunt. Igitur vel una literula mutata loco Κόρου repone κέρου. Κέρος autem id quod κέρας esse, ut apparet e voce Κεροβάτας, de qua statim ad proxime antecedentem articulum expositum est, ita clare docet auctor *Etymol. M.* c. 276. l. 29. ubi legitur: ἐγὼ δὲ νομίζω μᾶλλον παρὰ τὸ κέρας, ὃ δὴ καὶ κέρος.

Ibid. Κερσοβλέπτης. παῖς μὲν ἦν Κότυος κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*.

Ibid. Κερτόμιος, ἐρεθιστικός. Est glossa *Homerica*. Confer *Iliad.* δ'. v. 6. ε'. v. 419. *Eustathium* p. 1960, 35. et *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 393.

Ibid. Κέρχανα, τὰ ἐντάφια. Toto coelo differt haec interpretatio ab ea, quam *Hesychius* suppeditat. Κέρχανα ἢ κεχάρνεα, ὀστέα καὶ ῥίζαι ὀδόντων. *Hesychius* quidem Κερδάλια interpretatus est per ἐπιτάφια, ἐντάφια, sed partim series literarum h. l. non permittit, ut loco Κέρχανα reponatur Κερδάλια, partim autem, an vox Κερδάλια apud *Hesychium* sana sit, dubitari potest. Certe *Pergerus* Κερσάλια, *Is. Vossius* autem Κερκάδια pro ea legendum esse conjecerunt. *Lobeckius* meus mavult pro Κέρχανα reponere Κτέρεα, quod *Hesychius* per τὰ ἐντάφια interpretatus est, ubi videndus *Alberti*. Confer quoque *Lennepii Etymol. l. gr.* T. I. p. 454. Sed nec huic conjecturae literarum ordo favet. Hinc plane non video, quomodo haec differentia tolli possit, adeoque omnem rem aliorum judicio submittere malo.

Ibid. Κέρχνει, τραχύνει. Ita edidit *Hermannus* hanc glossam, sed sine dubio ex ingenio emendatam. In *apographo* enim *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 237. n. 7. exhibetur Κερχύνει, τραχύνει. In *Hesychio* legitur Κερχνεῖ, quod etiam *Phavorino* placuit. Κέρχνει autem habet *Hippocrates* apud *Foesium* in *Oeconomia Hipp.* s. h. v. p. 334 sequ.

Ibid. Κερχνῆϊς (scribendum esset Κερχνηΐς) ὄρνεον. Nempe nocturna avis, quae nomen habet a sono vocis, quia κερχνεῖν significat *stridere*. Commemoratur ab *Aristophane* in *Avib.* v. 307. ubi Rav. lib. κέρχνης habet, quod *Invernizius* in textum recepit. *Brunckius* autem κέρχνῃ, non ex ingenio, ut Invernizius putabat, sed ex *Schol. Aristoph.* l. l. κερχνὶς δὲ οὔ, ἀλλὰ κερχνή.

Ibid. Κεστὸς, ὁ διακεκεντημένος καὶ διαπεποικιλμένος (mallem περιπεποικιλμένος) ἱμάς. οἷον ἔνδυμα Ἀφροδίτης κ. τ. λ. Priora verba hujus articuli habet etiam *Apollonius Sophista Lex. Hom.* p. 394. ubi *Villoisonius* Iliad. ξ'. 214. laudat. Verba autem καταχρηστικῶς δὲ καὶ πάντα τὰ τῶν γυναικῶν φαντασιώδη ἐνδύματα leguntur apud *Zonaram* (*Lex.* col. 1184.) et *Suidam*, ubi *Küsterus* recte monuit, φαντασιώδη ἐνδύματα esse *vestimenta splendida*. Confer *Lexicon meum N. T.* s. v. φαντασία. Nec negligenda sunt ad h. l. ea, quae leguntur apud *Eustathium* p. 1178, 1.

Ibid. Κεστρεῖς, νήστεις ἐκάλουν κεχηνότας καὶ πεινῶντας κ. τ. λ. Prava vocum distinctione sensus hujus loci admodum impeditus redditus est. Scribendum enim est: Κεστρεῖς νήστεις, ἐκάλουν κεχηνότας καὶ πεινῶντας. Est enim παροιμία similis ei, quae mox affertur: Κεστρεὺς νηστεύεις, ac reperitur quoque apud *Eustathium* p. 1178, 1. Confer *Erasmi adagia* Chil. I. Cent. III, 23. p. 106. ac *Pollucis Onom.* lib. VI. sect. 50. τῶν δὲ κεστρέων τοὺς νήστεις ἐπῄνουν. Post μετενήνεκται δὲ ἀπὸ τοῦ ἰχθύος omissa est vox κεστρέως, quam habet apographum *Küsteri* ad *Suidam* s. v. Κέστρος. Locus *Aristotelis* de *animalibus*, qui in fine hujus articuli laudatur, reperitur lib. VIII. c. 2. Caeterum e *Photio* supplendus est *Suidas*.

Ibid. Κεσκότην, πόλις ἐν Κιλικίᾳ, καὶ παρ' αὐτὴν ποταμὸς Ἄνους ὄνομα, δι' ὅπερ (legendum διόπερ) οἱ κωμικοὶ παίζοντες τοὺς νοῦν οὐκ ἔχοντας Κέσκον φασὶν οὐκ ἔχειν. Recte quidem *Hermannus* in nota subjecta pro Κεσκότην πόλις e *Suida* aliisque reponendum esse monuit Κέσκος, ἣν πόλις κ. τ. λ. Sed male in textu Ἄνους impressum est pro Νοῦς, quae vox *Photio* reddenda est ex Cod. B. et *Plinii* H. N. XXXI. c. 2. Confer etiam *Hesychium* s. v. Κέσκος ibique Interpretes. Quod si tamen aliquis lectionem Ἄνους, quam etiam *Suidas* habet, tueri mallet, tunc necessario οὐκ ante ἔχειν delendum erit. [Conf. quae notavi ad Gregor. Cor. p. 413. SCHAEFER.]

Col. 119. Κεύθειν, κρύπτειν. *Gloss. Gr. Rutgersii:* κευθομένην, κρυπτομένην. Vide *Oppian. Halieut.* V, 211. Interdum κεύθειν etiam passive adhibetur, v. c. apud *Sophocl. Oed. Tyr.* v. 977. θανὼν κεύθει κάτω τῆς γῆς. ubi *Scholiasta:* Κεύθει, ἀντὶ τοῦ κεύθεται, κρύπτεται, καὶ ἐν Ἀντιγόνῃ· Μητρὸς δ' ἐν ᾅδου καὶ πατρὸς κεκευθότοιν. Confer *Valckenarium* ad *Herodot.* III. c. 119.

Ibid. Κευθμώνων, κρυπτῶν τόπων ἐνδοτάτων. Distinguendum est: κρυπτῶν τόπων, ἐνδοτάτων. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 394. Κευθμῶνες, αἱ καταδύσεις, παρὰ τὸ κεύθειν, ὅ ἐστι κρύπτειν. ὅτ' ἂν οὖν λέγει· (scilicet *Homerus* Iliad. ν'. 28.) Πάντοθεν ἐκ κευθμῶν, — κατὰ συγκοπὴν ἀπὸ τῶν κευθμώνων λέγει. Confer etiam *Hesychium* et *Suidam* s. h. v. ac *Eustathium* p. 1282, 13. Saepius voce Κευθμὼν usus quoque est *Euripides*, v. c. in *Hecuba* v. 1. et *Helena* v. 24.

Ibid. Κεφάλαιον, παραλαμβάνεται — — οὕτως Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος (Vol. III. *Oratt. GG.* p. 497.) καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον. Ibid. Vol. II. p. 815, 6. et 834, 5.

Ibid. Κεχαρισμένε, πεφιλημένη. Reponendum est e Codice D. Κεχαρισμένη, aut, quod mallem, e *Suida* scribendum est πεφιλημένε.

Ibid. Κεχήνη, κεχηνὼς ἦμην· ὡς τὸ ᾔδη ἀήδειν. Loco Κεχήνη scribendum est Κεχήνη. Vide *Aristoph. Acharn.* v. 10.

Ibid. Κηδήσαντες, φροντίσαντες, λυπήσαντες. *Phavorinus* col. 1046. v. 23. Κηδήσοντες, λυπήσοντες, κεῖται παρ' Ὁμήρῳ. scilicet *Iliad.* ω. 240. Confer quoque *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 395. s. v. Κήδετο.

Ibid. Κῆδος, ἡ συναλλαγὴ τοῦ γάμου (Idem habet *Zonaras Lex.* col. 1205. ubi *Tittmannus* laudat *Thucyd.* II, 29. et *Polluc. Onom.* III, 30.) καὶ τοῦ πένθους. Mallem ex *Hesychio* reponere: καὶ τὸ πένθος. Confer *Eustathium* p. 856, 3. et 1925, 59.

Ibid. Κηδωνίδης, οὗτος τεθρυλλημένος ἦν ἐπὶ παιδεραστίᾳ ἀνυπερβλήτῳ. Ex *Harpocratione*, qui tradit, commemorari eum ab *Aeschine Orat.* in *Timarchum*.

Ibid. Κήθια, ὀξύβαφα, οἷς κυβεύουσιν. Eadem vox, pariter ac κηθίδια, inter κυβευτοῦ σκεύη refertur a *Polluce Onom.* lib. X. sect. 150. p. 1334. Apud *Hesychium* scribitur Κήθεια, ubi videndi Interpretes. Sed apud *Athenaeum* lib. XI. p. 477. ac *Alciphron.* lib. I. Ep. 39. (ubi videndi Intt. Tom. I. p. 249 et 257.) Κήτιον.

Ibid. Κηκίς. ἔστι μὲν καὶ καρπός τις περιφερής, ἔστι δὲ καὶ βάμμα τι καὶ στύμμα. ἢ καὶ ὀπὸς δρυὸς, ἐπιτήδειος εἰς βαφήν. Desumta sunt haec ex *Harpocratione*, ubi pro ὀπὸς δρυὸς legitur καρπὸς δρυὸς, sed lectio ὀπὸς, quippe difficilior, mihi praeferenda videtur. Occurrit haec vox apud *Demosthenem* Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 816, 20. et 827, 3. aliosque scriptores, quos laudat *Schneiderus Lexico critico gr. l.* s. h. v. Confer quoque *Eustathium* p. 680, 25. et 965, 64. ac *Salmasii Exercitatt. Plin.* p. 194.

Col. 120. Κημὸς, πλέγμα κωνοειδὲς, δι' οὗ καθιᾶσιν οἱ δικασταὶ τὴν ψῆφον εἰς τὸν κάδον. Idem quoque habet *Suidas.* Sed *Phavorinus* col. 1408. lin. 10. s. v. Κημὸς tradit: καὶ ἦν παρόμοιος χώνῃ, ὡς καὶ Σοφοκλῆς ἐν Ἰνάχῳ. Est autem χώνη, pro

pro et χῶνος dicitur, *vas argillaceum, in quo metalla infunduntur et liquefiunt, infundibulum, gula*, ut vel in Lexicis vulgaribus traditur. Jure igitur quaeritur, annon loco κωνοειδὲς hoc loco legendum sit χωνοειδές? Ipse tamen *Photius* in sequentibus voce κωνοειδὲς usus est. Confer quoque *Pollucis Onom.* VIII, 16. 17. et 123. ac *D'Orville Vannum Criticam* p. 259.

Ibid. Κῆπος, πόλις κατὰ Βόσπορον οὕτως καλουμένη. Meminit hujus urbis teste *Harpocratione* (e quo sua hausit *Photius*) *Aeschines* in *Orat. c. Ctesiphontem* Vol. III. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 562. e quo loco luculenter apparet, apud utrumque Κῆποι rescribendum esse in numero multitudinis. Confer etiam *Wesselingium* ad *Diodorum Sic.* XX, 24.

Ibid. Κῆπος, κουρά τις, ἐπὶ καλλωπισμῷ διαβαλλομένη. Confer *Suidam* s. h. v. *Pollucis Onom.* II, 29. et IX, 13. *Eustathium* p. 1292, 62. ac *Hesychium* ibique *Intt.* Vox διαβαλλομένη, quam in hac orationis serie interpretari non valeo, salvo sensu abesse potest. [Vertas *male audiens, turpis*. V. Brunck. ad Aristophan. Acharn. v. 849. Schaefer.]

Ibid. Κήπου ῥεῦμα, τὸ ὕδωρ τοῦ κηπουροῦ εἰς ἄρδευσιν πεποιημένον. Si lectio τοῦ κηπουροῦ sana est, supplenda erit praepositio ἀπὸ, quae crebro ante casum secundum subaudienda relinquitur. Forte autem τοῦ κήπου legendum est.

Ibid. Κὴρ, ψυχὴ, θανατηφόρος μοῖρα. καὶ Κῆρες, θανατηφόροι μοῖραι. Non accurate haec tradidisse *Photium*, testis est *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 397. ubi haecce praecipiuntur: Κῆρ, εἰ μὲν περισπασμένως, ἡ ψυχὴ (Iliad. ά. 44.), κέαρ, κῆρ. Εἰ δὲ ὀξυτόνως καὶ θηλυκῶς, ἡ θανατηφόρος Μοῖρα. Iliad. ά. 228. Idem tradit quoque *Zonaras Lexic.* c. 1206. *Eustathius* p. 611, 8. et *Etymolog. M.* c. 511, 11.

Ibid. Κήρυκες, γένος ἐν Ἀθήναις, ὠνομασμένον ἀπὸ Κήρυκος τοῦ Ἑρμοῦ. Ex *Harpocratione*, qui laudat *Isocratis Panegyr.* cap. 42. ubi Εὐμολπίδαι δὲ καὶ Κήρυκες commemorantur. Confer quoque *Schol. Homeri Il.* ά. v. 334.

Ibid. Κηρῖναι, μάστιγες γίνονταί τινες οὕτως, ὡς οἱ κηρίωνες, εἰ μὴ ἄρα αἱ διπλαῖ ἢ διπυξιναί. Offendit jam *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 250. n. 11. vocabulum διπυξιναὶ, quod in fine hujus articuli reperitur. Videtur legendum δίπτυχαι.

Ibid. Κηριώβυσαι, αἱ ὑποβαλλόμεναι κηρίον ἐπετίθεσαν τοῖς παιδίοις, ἵνα μὴ βοᾷ. Dubio caret, loco Κηριώβυσαι (pro quo *apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 250. n. 15. Κηρίῳ βύσαι exhibet) ex *Hesychio* ac *Phavorino* rescribendum esse: Κηρίῳ βήσασαι. Vox autem ἐπετίθεσαν aut prorsus delenda est, aut legendum erit: αἱ ὑποβαλλόμεναι· κηρίον γὰρ ἐπετίθεσαν τοῖς παιδίοις, ἵνα μὴ βοῶσι, ut statuatur, in loco cujusdam scriptoris, cujus opera fortasse aetatem nostram non tulerunt, κηρίῳ βησάσας metaphorice dictas esse τὰς ὑποβαλλομένας, h. e. *falsum pro vero, spurium pro genuino venditantes*.

Ibid. Κήτειον, λάχανον ἀνθερίκῳ ὅμοιον. Descriptio ejus exstat apud *Phavorinum* col. 1050. l. 48. Vox ipsa addenda est *Lexicis*.

Ibid. Κηττὸς, δῆμος Λεοντίδος φυλῆς. Eadem quoque *Harpocration* habet.

Ibid. Κηφισόδωρος, ἄλλος μὲν, ὃς κεκωμῴδηται ὡς ὀνώδης· ἕτερος δὲ, ὁ ὕπαρχος κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione*, ubi loco ὕπαρχος legitur ἵππαρχος, quam lectionem ex *Pausania* in *Arcad.* lib. VIII. c. 9. fin. defendit *Küsterus* ad *Suidam*, qui etiam ὕπαρχος habet.

Col. 121. Κηφισόδοτος, οὗτος Ἀλωπεκόννησον πολιορκῶν κ. τ. λ. In hoc articulo quoque emendandus est ex *Harpocratione* (cui sua debet) *Photius*, ut nempe pro ἀπαίτησε reponatur ἀπέτισε, quam emendationem jam in Cod. B. notatam esse observavit *Hermannus* in nota subjecta.

Ibid. Κηφὴν, ἀργὸς, ἀπρόκοπος, μετέωρος. Loco ἀπρόκοπος reponendum est ἄπρακτος. *Suidas:* Κηφὴν, ἡ ἀγρία μέλισσα, ἀργὸς, ἄπρακτος, μετέωρος. *Hesychius:* Κηφῆνας, τοὺς ἄῤῥενας τῶν μελισσῶν, ἀπράκτους.

Ibid. Κηφῆνες κονθούρασι, τοῖς καθεζομένοις καὶ φυλάττουσι τὴν τῶν μελισσῶν ἔξοδον κ. τ. λ. Ex *Timaeo* hanc glossam in Lexica sua derivarunt *Suidas* (s. v. Κηφὴν) pariter ac *Photius*, e quo apparet, scribendum in *Photio* esse Κηφήνεσσι κοθούροισι ex *Hesiodi* Ἔργ. v. 300. ad quem haec glossa referenda est.

Ibid. Κηφισιεὺς, δῆμος τῆς Ἐρεχθηΐδος. Ex *Harpocratione*.

Ibid. Κίαλον, χρῶμα ὑπόφαιον. In hoc articulo *Photius* ex se ipso emendandus est. Scribendum scilicet est Κίλλον. Infra enim c. 123. habet: Κίλλον, χρῶμα παρὰ τὸ φαιόν. *Hesychius:* Κίλλον, εἶδος τριχώματος φαιοῦ, seu ex emendatione certissima *Alberti*, εἶδός τι χρώματος φαιοῦ. Confer etiam *Eustathium* ad *Iliad.* π'. p. 1057, 56. et *Polluc.* VII, 56.

Ibid. Κιβάδες, ἡμέραι. Haec quid velint, prorsus me latere, ingenue fateor. Fortasse legendum est Κυνάδες ἡμέραι, *dies caniculares.* (Confer *Plutarchum* de *Iside* et *Osiride* T. VII. *Opp.* ed. *Reisk.* p. 496, 6.) aut Κύριαι ἡμέραι, de qua formula exposuit *Foesius* in *Oeconomia Hippocratis* p. 366.

Ibid. Κιβδῶνες, οἱ μετάλειοι. Legendum est vel Κιβδωλοὶ ex *Pollucis Onom.* VII, 99. (τὴν δὲ σκωρίαν καὶ κίβδηλον ἐκάλεσαν, ἀφ' ἧς καὶ οἱ μεταλλεῖς κιβδωλοὶ) vel, quod propter literarum ordinem mallem, Κιβδηλιῶντες, quos *Hesychius* interpretatus est ὠχροὺς, ὑπὸ τῆς κιβδήλεως ἐνοχλουμένους. Pro μετάλειοι apographum *Hudsoni* ad *Moerid.* p. 239. exhibebat μετάλλειοι, sed μεταλλεῖς legendum esse dubio caret.

Ibid. Κίβδηλον, οὕτως ἐκάλουν τὸ νόθον καὶ ἀδόκιμον νόμισμα καὶ παρακοπέν. Νόμων ιά· ὁ μὲν δοῦλος φερέσθω τὸ κιβδηλευθέν. Ita legitur etiam hodie apud *Platonem* p. 677. sed *Suidas* et Cod. D, habent φορείσθω.

Ibid. Κιγκλὶς, ὁ τοῦ δικαστηρίου κάγκελλος, ἤτοι τοῦ ἱεροῦ οἴκου. Idem quoque legitur, teste *Bielio*, in *Lexico Cyrilli MS. Bremensi*, et apud *Suidam*. Desumta sunt haec ex *Schol. Aristoph.* ad *Equit.* v. 638. Adde *Aristoph. Vesp.* v. 124 et 772. *Phavorinus* col. 1052. lin. 27. Κιγκλὶς, ἡ θύρα τοῦ δικαστηρίου, ἣν καὶ τὴν καγκελωτὴν καλοῦσιν. εὕρηται παρ' Ἀριστοφάνει. Nempe *Equit.* v. 638. ubi vid. *Schol.* Adde *Pollucis Onom.* lib. VIII. sect. 17. p. 860. *Ex. Spanhemium* ad *Iuliani Caesares* p. 433. et *Interpretes* ad *Scriptores Historiae Augustae* Tom. II. p. 800. edit. *Belgic.* Apud *Hesychium* vitiose scribitur Κιχλίς.

Ibid. Κιγκλίδες, αἱ τῶν δικαστηρίων θύραι. Ex *Harpocratione*, qui laudat *Demosthenem* (Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 776, 17. et 778, 11.) et *Aristophanem* in *Daetalensibus.*

Ibid. Κίγκλος, ὄρνεον, τὴν ὀσφῦν πολλὰ κινοῦν κ. τ. λ. Confer *Aelian. hist. anim.* XII, 9.

Col. 122. Κιγκιόπραγοι, ἀντὶ τοῦ δασεῖς. Vitium hic sine dubio latet in voce Κιγκιόπραγοι, sed quid ejus loco reponendum sit, admodum dubium est. Mihi aliquando in mentem venit, annon haec glossa sit ita emendanda: Κριόπρωκτοι, ἀντὶ τοῦ δασύπρωκτοι. Vox δασύπρωκτοι reperitur quidem apud *Hesychium* s. v. σακκινόσυκοι, sed emendatio ipsa nimium ab impressa lectione recedit. Certe suspicabar, obscoeni aliquid in hac voce latere. Nunc autem, saepius re cogitata, mihi admodum probabile videtur legendum esse: Κιλίκιοι τράγοι, ἀντὶ τοῦ δασεῖς. *Etymolog. M.* c. 513, 41. Κιλίκιοι τράγοι λέγονται οἱ δασεῖς. τοιοῦτοι γὰρ ἐν Κιλικίᾳ γίνονται τράγοι. ὅθεν καὶ τὰ ἐκ τριχῶν συντιθέμενα κιλίκια λέγονται. *Festus: Hircipili, densorum* (male legunt *duorum*) *pilorum homines.*

Ibid. Κιγχάνειν, τὸ ἐπεξιέναι. οὕτως Σόλων. Lectio impressa Κιγχάνειν est aeque vitiosa ac lectio Καγχάνειν, quam Cod. D. exhibet. Scribendum potius est Κιχάνειν, de qua voce conferendi Lexicographi.

Ibid.

Ibid. Κιδαφίων, πανοῦργος, δόλιος. κιδαφὴ γὰρ ἡ ἀλώπηξ. οἱ δὲ ἀπὸ τῶν κιῶ. *Apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. p. 255. n. 5. habet: ἀπὸ τῶν κιῶν: quod etiam legitur apud ipsum *Hesychium* sub hac voce, qui sub voce Κιδαφεύειν habet: πανουργεῖν, κιδάφη γὰρ, ἀλώπηξ. ἢ ἐσθίειν· ἀπὸ τῶν κιῶν, seu, ut apud *Phavorinum* legitur, ἢ ἐσθίειν ἀπὸ τῶν κιῶν. Haec quid sibi velint, docet idem *Phavorinus* col. 1052. l. 47. Κιδαφίων, πανούργων. Κιδάφην γὰρ τὴν ἀλώπεκα λέγουσιν. ἔνιοι δὲ παρὰ τοὺς κίας φασὶ πεποιῆσθαι τὴν λέξιν, καὶ δηλοῦν τὸν διαβιβρώσκοντα. Est enim Κὶς, *curculio, vermis, qui in frumento ac ligno nasci solet, eaque rodit.* Caeterum vel verbo monendum erit loco, πανοῦργος, δόλιος scribendum esse πανούργων, δολίων, nisi quis pro Κιδαφίων reponere malit Κιδάφιος aut Κίδαφος.

Ibid. Κιδνᾶται, σκορπίζεται. Reponendum est Κίδναται. Est enim glossa *Homerica* pertinens ad *Iliad.* ψ'. v. 227. ὅν τε μετὰ κροκόπεπλος ὑπεὶρ ἅλα κίδναται ἠώς. Confer quoque θ'. v. 1.

Ibid. Κιθαιρὼν, ὄρος ἐν Βοιωτίᾳ κ. τ. λ. Memoratur a *Xenophonte Hist. Gr.* V, 4. §. 47, 55 et 59. et VI, 4, 5. ac *Luciano* in *Dialog. Deorum* XXVII, 2. ubi videndi *Intt.* Tom. II. ed. *Bipont.* p. 534 sequ.

Ibid. Κίκκαβος, ὀνοματοπεποίηταί τι νομισμάτιον ἐν ᾅδου. Quia sequitur apud *Photium*: Κίκκαβος, ὀβολοῦ ὄνομα, explicari haec glossa posset de *obolo*, ex opinione veterum Charonti pro naulo dari solito a defunctis, qui transvehantur, teste *Luciano* de *luctu* Vol. VII. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 210. Sed idem ibidem bene monuit, non exploratum esse, quodnam numi genus lege apud inferos receptum sit, valeatne apud illos Atticus an Macedonicus aut Aegineticus obolus. Quae cum ita sint, et cum, an hic obolus certum nomen habuerit, probari nequeat, mallem loco ἐν ᾅδου legere ἐν Ἀττικῇ. Ita enim scripsit *Phavorinus* col. 1053. lin. 48. Κικκαβᾶν, τὰς γλαῦκας — — ἔστι δὲ ἱερὰ τῆς Ἀθηνᾶς. διὸ καὶ εἶδος αὐτῆς πολὺ ἐν τῇ Ἀττικῇ. καὶ εἰς τιμὴν τῆς θεοῦ ἐν τοῖς νομίσμασιν ἐγχαράττουσιν γλαῦκας. Confer *Interpretes* ad *Pollucis Onom.* lib. IX. sect. 83. p. 1062.

Ibid. Κικκαβίζειν, τὴν τῶν γυναικῶν φωνὴν οὕτως καλεῖ Ἀριστοφάνης. Loco Κικκαβίζειν rectius ex mea sententia scribitur Κικκαβάζειν, a Κικκαβαῦ, quae est secundum *Scholiasten Aristophanis* vox noctuarum clamantium. *Eustathius* ad *Iliad.* β'. p. 229, 29. τὸ κικκαβάζειν, ὅθεν παρὰ τῷ κωμικῷ ἐπίρρημα τὸ κικκαβαῦ. Caeterum talis locus in *Aristophanis* σωζομένοις non reperitur, exstat autem alius in *Lysistrata* v. 761 sequ. ἐγὼ δ' ὑπὸ τῶν γλαυκῶν γε τάλαιν' ἀπόλλυμαι ταῖς ἀγρυπνίαις κακκαβιζουσῶν ἀεὶ, ubi loco κακκαβιζουσῶν necessario legendum est κικκαβαζουσῶν, aut, ut *Schneidero* in Lexico gr. s. h. v. placuit, κικκαβιζουσῶν.

Ibid. Κιλίκων, ἐπώνυμον Ἀχαιοῦ τοῦ Μέροπος — — ὃς τὴν πατρίδα προὔδωκεν (scribendum προδέδωκεν, ut habet *Suidas*, aut προέδωκεν, ut in *Hesychio* legitur) τοῖς Πριηνεῦσι καὶ τὸν βασιλέα στρατηγῶν (sensus requirit, ut scribatur: καὶ τῷ βασιλέως στρατηγῷ, vel, ut habet *Hesychius*: τοῖς βασιλέως στρατηγοῖς. Ita *Küsterus* ad *Suidam.*) — — Φερεκράτης· ἀεί ποθ' ἡμῖν ἐκκιλίζουσ' (*Suidas* rectius habet ἐγκιλίζουσ') οἱ θεοί. Caeterum, qui a *Photio* vocatur Κιλίκων, apud *Hesychium* scribitur Κιλλικῶν, at ab *Eustathio* ad *Homer.* κ'. sub finem p. 1669, 59. ὁ Καλλικῶν et *Aristophane* in *Pace* v. 362. Κιλλικῶν dicitur, de qua diversitate videndi *Intt.* ad *Hesychium*.

Ibid. Κιλίκιος ὄλεθρος. Lacuna in codice, quam observat Cod. B. facillime ex iis expleri potest, quae in *Suida* et *Hesychio* s. h. v. leguntur. Confer praeter glossam sequentem *Erasmi adagia* Chil. III. Cent. II. n. 25. p. 667.

Ibid. Κιλικισμὸν Θεόπομπος ὁ ἱστορικὸς τὸν ἐκ παρανομίας φόνον λέγει. Cilices enim,

qui latrocinia exercebant, propter crudelitatem infames erant, teste *Zenobio* ac *Eustathio* p. 741, 21.

Ibid. Κιλλυκύριοι, ἐν Συρακούσαις τινὲς ἐκλήθησαν κ. τ. λ. Vide supra a me notata ad Καλλυκύριοι.

Col. 123. Κιλικιαίνω, ἀντὶ τοῦ ὀλέθρῳ, καὶ κιλικιστοὺς, τοὺς ἔκ τινος παρανομίας φόνους. Observatis a me ad hunc articulum in *libello animadversionum* addendum est, loco κιλικιστοὺς scribendum esse κιλικισμούς. Confer ipsum *Photium* supra s. v. Κιλικισμὸν, ibique a me notata.

Ibid. Κίλλον, χρῶμα παρὰ τὸ φαιόν. Confer observata supra a me ad vocem Κίαλον, et *Eustathium* ad Il. π'. p. 1057, 56.

Ibid. Κίμβικα, σφηκία ἢ μελισσία, ἢ μικρολογία, ἢ διαστροφή. Eadem quoque in *Suida* leguntur. Judice *Tib. Hemsterhusio* ad *Aristoph. Plut.* v. 590. p. 191. haec mire corrupta et ab imperito homine interpolata sunt, ac, ut formam ornatiorem accipiant, ita constituenda: Κιμβεία vel Κιμβικεία, σκιφία, ἢ μικρολογία, ἢ διαστροφή. Κιμβεία scripseris an Κιμβικεία, nihil admodum refert. Illud a κίμβος, κιμβεύειν, hoc a κίμβιξ, κίμβικος descendit. In *Aristotele* quidem περὶ ἀρ. καὶ κακ. p. 226. (ubi legitur: ἀνελευθερίας δὲ ἔστιν εἴδη τρία· αἰσχροκερδία, φειδωλία, κιμβεία) quam bis editiones κιμβείαν ostentant, *Stobaeus* invenit κιμβικίαν p. 134. — Unde vero σφηκία praecesserint, et male sedulae manus adsumentum ἢ μελίσσια, non erit operosum expedire, dummodo supponas, σκιφία primum abiisse in σκήφια, deinde literis, ut labes labem trahit, perversis, in σφηκία. Confer quoque *Hesychium* s. v. Κίμβια ibique Intt.

Ibid. Κίμβικας καὶ Κικκάβους, τοὺς αἰσχρούς. Αἰσχροὺς mihi h. l. positum esse videtur pro αἰσχροκερδεῖς. Est enim Κίμβιξ (*Eustathius* p. 1818. l. 10. κύμβιξ scribit. In *Pollucis Onom.* lib. III. sect. 115. κίμβηξ legitur.) teste *Zonara* c. 1210. *Phavorino* et *Cyrillo* ὁ φιλοχρήματος. Vide *Schol. Aristoph. Pac.* v. 696. et *Plut.* 590. ac *Intt.* ad *Alciphr.* III. Ep. 65. Tom. II. p. 200. ed. *Wagneri*.

Ibid. Κιναβευμάτων, πονηρευμάτων. *Hesychius:* Κιναβεύματα, πανουργεύματα, ubi Interpretes malunt Κιναδεύματα, a κίναδος, *vulpes*. Utramque vocem ego quoque *Photio* redderem, si modo admitteret literarum ordo. *Suidas* habet Κινναβευμάτων cum duplici ν, partim suo ordine, partim s. v. Ἀπ' ἀκροφυσίων, ubi κινναβεύματα explicat per καινῶς πεπλασμένα, a κιννάβῳ, h. e. archetypo s. exemplari, quod statuarii et pictores in fingendo et pingendo imitandum sibi proponunt.

Ibid. Κιναβρεύεσθαι, τὸ σκευωρεῖσθαι. Ex iis, quae ipse *Photius* aliique Lexicographi veteres de variis vocis Κινάβρα notionibus disputarunt, luculenter apparet, interpretationem additam, τὸ σκευωρεῖσθαι, (quod h. l. nihil aliud quam *insidiari, astute agere*, notare potest. Vide *Reiskii Indic. Graec. Demosthen.* s. h. v.) convenire ei hac tantum ratione, si statuatur, metaphoram desumtam esse a vulpibus, urina et excrementis suis aliis animalibus insidiantibus ac nocentibus. Sic v. c. *Aelianus* in *Historia animalium* VI, 64. narrat, vulpem erinaceum conglobatum, urina in os ejus immissa, suffocare. Alia similia quoque tradunt scriptores historiae naturalis recentiores. *Photius* autem etiam in proxime antecedente articulo habet: Κίναβρα — — οἱ δὲ τὰ ἀποκαθάρματα. οἱ δὲ τὴν τῆς ἀλώπεκος σόβην. Nihilominus tamen mallem Κιναδεύεσθαι legere, quod etiam admittit literarum ordo.

Ibid. Κίναδος, θηρίον τι. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος (Confer Vol. I. *Oratt. GG.* p. 281, 22. et 307, 23.). ἰδίως δὲ Σικελιώτας φασὶν τὴν ἀλώπεκα κινάδιον καλεῖν. Priora hujus articuli verba desumta sunt ex *Harpocratione*. Confer etiam *Schol. Aristoph. Nub.* v. 447. ac quos laudat *Wagnerus* ad *Alciphr.* I. Ep. 28. Tom. II. p. 93 sequ. — Caeterum in fine hujus

articuli pro κινάδιον legendum esse κίναδον, patet e *Schol. Sophocl.* ad *Ajac. Flagell.* v. 104. *Schol. Theocrit. Idyll.* V, 25. (e quo haec verba desumta sunt) nec non *Etymolog. M.* s. h. v. pag. 514. l. 12.

Ibid. Κίναιδος, ἀσελγής, μαλακός. *Scholia in Platonem a Ruhnkenio* collecta p. 121. Κιναίδων, ἀσελγῶν, μαλακῶν. καὶ Κίναιδα, ἡ πόρνη καὶ ἡ ἀσχημοσύνη, ἀπὸ τοῦ ὀρνέου τοῦ ἴϋγγος, ὃ καὶ κιναίδιόν καλεῖται.

Ibid. Κιναθισμόν. οἱ μὲν τὴν κίνησιν ἀποδιδόασιν, οἱ δὲ τὸν θησαυρισμὸν κίναθον καλοῦσιν. Loco κίναθον in fine hujus articuli reponendum est κιναθισμόν. Κιναθίζειν enim, teste *Hesychio*, est ἀποθησαυρίζειν κατὰ μικρὸν συλλέγοντα.

Ibid. Κιβάζειν, στραγεύεσθαι. Legendum esse arbitror Κιμβάζειν, στρατεύεσθαι. *Hesychius* enim habet: Κίμβαζε, στράτευε. Κίμβαξ γὰρ ἡ ἀσπίς. Idem: Κιμβάζεται, στρατεύεται. Cel. *Lobeckius* legere mavult: Κιμβάζειν, στραγγεύεσθαι, sed praefero στρατεύεσθαι ob loca *Hesychii* a me allata. Vocum στραγγεύεσθαι et στρατεύεσθαι in vett. Codd. MSS. confusarum exempla collegit *Trillerus* in *Obss. Critt.* p. 483.

Ibid. Κίνδαξ, κίνδυνος. et:

Κίνδας, εὐκίνητος.

Ex *Hesychio* rescribendum est: Κίνδαξ, εὐκίνητος, et Κίνδακας, εὐκινήτους, ut lectio Κίνδας e compendio scribendi sit orta. Quomodo enim Κίνδαξ significare possit κίνδυνον, plane non video, nec exemplum exstat in ulla aliqua dialecto graeca, ξ in σ mutatum esse.

Ibid. Κίνδαψος (pro Σκίνδαψος) ὄργανον ποιόν. Scilicet κιθαριστήριον, teste *Hesychio*. *Etymolog. M.* col. 514. lin. 34. Κίνδαψος, εἶδος ὀργάνου.

Ibid. Κίνδυνον ἀναῤῥίψαι, λέγουσι μεταφέροντες ἀπὸ τῶν κύβων. Eadem quoque leguntur in *Suida*.

Ibid. Κινδυνεύει, ἐγγίζει. Est glossa *Timaei*, quae apud *Suidam* quoque reperitur. Confer *Ruhnkenium* p. 159.

Ibid. Κινησίας, ὄνομα κύριον, κ. τ. λ. Confer *Harpocrationem*, e quo haec desumta sunt, qui monuit, *Lysiam* contra eum duas scripsisse orationes, et *Strattidem* Comicum fabulam in eundem composuisse. Confer *Perizonium* ad *Aelian.* X, 6. ac *Athenaei Deipnos.* lib. XII. cap. 76. toto.

Ibid. Κινύρα, ὄργανον μουσικὸν, ἡ κιθάρα. In *Zonarae Lexico* col. 1211. scribitur Κιννύρα, ubi videndus *Tittmannus*. Caeterum post κιθάρα excidisse videtur vox οἰκτρὰ supplenda ex *Hesychio*. Confer etiam articulum proxime sequentem.

Ibid. Κινυρὴ, (*Suidas* κινυρὰ habet, sed impressam lectionem tuetur locus *Homeri* infra laudatus.) οἰκτρὰ, θρηνητικά (lege θρηνητική.). Est glossa *Homerica* pertinens ad *Iliad.* ρ΄. v. 5. (ubi vide Schol.) quam etiam habet *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 400. Confer *Eustathium* p. 827, 33. et 1091, 61.

Ibid. Κίξας, τοὺς ἐν ὁδῷ λῃστάς. Recte *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 265. n. 9. monuit, loco Κίξας apud *Photium* reponendum esse Κιξάλλας, ut respexerit ad locum *Democriti* in *Poesi Philos.* pag. 171. (edit. *H. Stephani*) Κιξάλλην καὶ λῃστὴν πάντα κτείνων τις ἀθῷος ἂν εἴη. *Hesychius*: Κιξάλαι, κλέπται. et: Κιξάλης, φὼρ, κλέπτης. ubi vid. Intt.

Ibid. Κίος, νῆσος μὲν μία τῶν Κυκλάδων κ. τ. λ. Apud *Harpocrationem* s. v. Κεῖοι p. 211. e quo haec desumta sunt, insula haec Κέως scribitur.

Col. 124. Κίρκον, ἱέρακα (*Homer. Odyss.* ό. v. 525. Vide *Eustathium* p. 1126, 45. et 1262, 57.) ἢ οὐρὰν (Pertinet haec interpretatio ad vocem Κέρκον) ἢ κωπηλάτην. Sic etiam *Hesychius* et *Suidas*. Adde *Aeschyl. Prometh.* v. 856. ac *Pollucis Onom.* VII. sect. 157.

Ibid. Κιῤῥὸν, πυῤῥὸν, ἢ αἷμα τὸ ἀπὸ ζῶντος. Confer *Lex. Graec. MS.* apud *Montfauconium* in *Bibl. Coislin.* p. 236. et *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. II. c. 7. p. 109.

Ibid. Κιῤῥαῖον πεδίον. Κίῤῥα πόλις ἐστὶν ἀπέχουσα κ. τ. λ. Totus hic articulus

desumtus est ex *Harpocratione*. Vide *Eustathium* p. 273, 21 sequ. Meminit hujus loci *Aeschines* Vol. III. *Oratt. GG.* p. 498. ac 516.

Ibid. Κισσύβιον, ἐκ κισσίνου ξύλου ποτήριον κυρίως. Eandem glossam quoque habet *Apollonius Soph.* in *Lex. Homer.* p. 400. Confer *Homer. Odyss.* ι. v. 346. *Theocrit. Idyll.* I, 27. ac *Zonarae Lex.* c. 1214. ubi videndus *Tittmannus*. Caeterum pro Κισσύβιον (quod etiam *Pollux Onom.* VI, 97. agnoscit) rectius scribitur Κισσίβιον, ut est apud *Hesychium*, ubi videndi Interpretes, ac ad *Athenaei Deipnos.* Lib. XI. c. 53.

Ibid. Κισθήνη, ὄρος τῆς Θράκης. Confer *Harpocrationem*, e quo haec desumta sunt, qui praeter *Cratinum* etiam *Isocratem* in *Panegyrico* laudat.

Ibid. Κίστη καὶ κοίτης, ἀγγεῖον, ἐν ᾧ τὰ βρώματα κεῖται, ἢ ἱμάτιά τινα, ἤγουν κιβώτια. Loco κοίτης vel e *Suida* κίστις, vel κοίτη, vel, quod mallem, κοιτὶς reponendum est. De ἀγγείῳ, ἐν ᾧ βρώματα κεῖται, vocem hanc interpretatus quoque est *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 399. adducto hanc in rem loco *Homer. Od.* ζ. 76. ubi videndus *Eustathius* p. 1552, 19. In fine hujus articuli pro ἤγουν κιβώτια reponendum est ἤγουν κιβώτιον.

Ibid. Κιστοφόρος. ἔοικεν δὲ τὰς κίστας ἱερὰς εἶναι Διονύσου καὶ ταῖν θεαῖν. Duplici eoque gravissimo vitio laborat haec glossa. Quis enim unquam audivit, cistas aut capsas sacras esse Baccho Deabusque? Meo periculo scribendum est: Κισσοφόρος. ἔοικεν δὲ τὰς κίσσας ἱερὰς εἶναι Διονύσου καὶ ταῖν θεαῖν. Sunt enim haec verba desumta ex *Harpocratione*, cui etiam sequentem articulum debet *Photius*. Confer tamen, quae *Küsterus* ad *Suidam* et *Interpretes* ad *Harpocrationem* ad defendendam lectionem receptam protulerunt, ac *Alex. Xaver. Panelium*, qui de Κιστοφόροις separatim scripsit Lugd. 1734. 4.

Ibid. Κιττοφόρος, ἔνιοι δὲ μετὰ τοῦ σ γράφουσι. *Harpocration*, e quo haec desumta sunt, habet: μετὰ δύο σσ γράφουσιν. Vox Κιττοφόρος exstat apud *Libanium* Vol. I. p. 108.

Ibid. Κίων, ἡ ἐν τῷ στόματι σταφυλή. Confer praeter *Erotianum* s. h. v. p. m. 500. *Hesychium* s. h. v. et v. σταφυλή, ubi videndi Intt. ac *Pollucem Onom.* lib. II. sect. 99. *Photius* infra col. 395. Σταφυλὴν, τὸν ἐν τῷ στόματι κίονα. οὕτως Νικοφῶν. unde h. l. fortasse reponendum erit: Κίων ὁ ἐν τῷ στόματι, σταφυλή. Copiose de hac voce exposuit *Foesius* in *Oecon. Hippocr.* s. h. v. p. 339.

Ibid. Κλᾶν ἄμπελον, τὸ τέμνειν. Confer *Interpretes* ad *Hesychium* s. h. v. ac *Küsterum* ad *Suidam* s. v. Κλαστάσεις.

Ibid. Κλαγγή, ποιά τις φωνὴ ὀρνέου. Nempe γεράνων, ut apparet ex *Homer. Iliad.* γ'. v. 3. ac *Polluce Onom.* V. sect. 89. Confer *Etymol. M.* col. 516, 19. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 339 sequ.

Ibid. Κλαρῶται, μέτοικοι κ. τ. λ. Eadem quoque apud *Suidam* leguntur. De *Clarotis*, apud Cretenses, servis bello captis, confer praeter *Athenaeum Deipn.* VI, 263. e. f. *Eustathium* ad *Homerum* p. 295. 1024 et 1090. ac *Pollucem* lib. III. sect. 83.

Ibid. Κλαστάσαι, κλάσαι, προϊέναι, ἢ παρατηρεῖν. Verba προϊέναι ἢ παρατηρεῖν prorsus aliena sunt ab hoc articulo, ut adeo sine dubio caput novae glossae exciderit.

Ibid. Κλαυμυρίζεται, καὶ κλαυμυρισθῆναι λέγουσιν, οὐ κλαίει καὶ κλαύσει. Confer notata a me infra ad vocem κραυμυρίζεται.

Col. 125. Κλεπία, κλοπή. Pro Κλεπία Codex D. habet Κλεπιά. Sed nec haec nec illa vox in ullo scriptore graeco reperitur. Non dubito itaque reponere Κλοπεία aut Κλοπία.

Ibid. Κλεπτὸς, φώριον. Cod. B. φώρειον. Scribendum est Κλέπος ex *Hesychio*, ubi videndi Intt. Confer etiam *Polluc.* VIII, 34. et *Schol. Aeschyli* ad *Prometh. Vinct.* v. 400.

Ibid. Κλεψούμενος, λέγουσι τὸ ὑφαιρησόμενος. Scribere mallem: Κλεψούμενον λέγουσι τὸ ὑφαιρησόμενον.

Ibid. Κλεψύδρα, κρήνη ἐν ἀκροπόλει οὕτως καλεῖται. Desumta haec sunt ex *Schol. Aristoph.* ad *Aves* p. 616. ut me docuit *Küsterus* ad *Suidam*.

Ibid. Κληδὼν, Φήμη, μαντεία. Immo scribendum est Κλῃδὼν cum ι subscripto. Vide *Eustathium* p. 1384, 50. et 1497, 46. et *Wesseling.* ad *Herodot.* IX, 101. *Schol. Lycophronis ad Cassandram* v. 821. Κληδόνα per Φήμην, *Scholiastes* autem *ineditus Vitebergensis* per μαντικὴν πρόῤῥησιν interpretatus est.

Ibid. Κληροῦχοι ἐκαλοῦντο, οὓς Ἀθηναῖοι ἔπεμπον ἐπὶ τὰς πόλεις κ. τ. λ. Desumta haec sunt ex *Harpocratione*. Locus *Isocratis* in sequentibus laudatus reperitur in *Panegyrico* cap. 31. locus autem *Demosthenis* ibidem adductus exstat Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 182. — In fine hujus articuli, ubi legitur: πῶς γάρ; οὐ γὰρ οἷόν τε κ. τ. λ. ex *Harpocratione* reponendum est: πῶς γὰρ οἷόν τε κ. τ. λ. nam verba οὐ γὰρ (quamquam quoque reperiuntur in *Schol.* ad *Demosthenem* e *Cod. Bavar.* Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 51.) merum glossema sapiunt.

Ibid. Κλητεῦσαι, κοινῶς μὲν τὸ κλητῆρα δίκης γενέσθαι κ. τ. λ. Verba haec in fine mutila, sed e sequente articulo facile partim explenda, partim restituenda, sunt ex *Harpocratione* desumta.

Col. 126. Κλητῆρες καὶ κλητεύειν. καὶ κλητῆρες οἱ ἄνδρες κ. τ. λ. In *Harpocratione*, cui sua debet *Photius*, loco προκαλοῦνται et προκλήσεως reperitur προσκαλοῦνται et προσκλήσεως, quae lectio mihi praeferenda videtur. Certe ipse *Photius* paulo post habet: Κλητῆρες, οἱ μαρτυροῦντες ταῖς προσκαλουμένοις δίκην τινά κ. τ. λ. Confer quoque *Schol. Aristoph. ad Vesp.* v. 189. et *Salmas. ad Ius Attic.* p. 858.

Ibid. Κλητῆρες, οἱ μαρτυροῦντες ταῖς (scribendum τοῖς) προσκαλουμένοις δίκην τινά. οὗτοι δὲ ἦσαν δύο. Idem fere tradit *Timaeus* in *Lex. Platon.* p. 159. Κλητῆρες, οἱ εἰς μαρτυρίαν κλητοί. Sed secundum *Lexicon Rhetor.* MS. quod *Ruhnkenius* ad h. l. laudat, κλητῆρες erant οἱ εἰς δίκην καλοῦντες: κλητεύοντες autem μαρτυροῦντες τοῖς καλοῦσιν αὐτοὺς εἰς δίκας, quod etiam convenit iis, quae in antecedentibus *Photius* s. v. Κλητῆρες ex *Harpocratione* proposuerat. Non dubito itaque in utroque pro Κλητῆρες, quod ex antecedentibus male huc translatum videtur, reponere Κλητεύοντες, inprimis cum praecedat: Κλητεύεις, μαρτυρεῖς.

Ibid. Κλιμακίζειν, σκελίζειν καὶ διαστρέφειν κ. τ. λ. Σκελίζειν h. l. est *varicare*; (ut in *Glossar. Philoxen.* explicatur) h. e. *pedes diducere* seu *distorquere*, quo sensu legitur apud *Quintil.* lib. II. c. 3. *Pollux Onom.* lib. III. sect. 155. p. 350. καὶ πλαγιάζειν δὲ καὶ κλιμακίζειν παλαισμάτων ὀνόματα, ubi videndus *Iungermannus*.

Ibid. Κλιμακίζειν, μέμνηται Δείναρχος ἐν τῇ ὑπὲρ Αἰσχίνου εἰσηγορίᾳ λέγων κ. τ. λ. *Suidas* habet ἰσηγορίᾳ. *Küsterus Valesium* et *Meursium* secutus corrigit συνηγορίᾳ.

Ibid. Κλιμάζει. Δείναρχος, ὅταν οὖν κλιμάζῃ καὶ παραγάγῃ τοὺς νόμους, ἀντὶ τοῦ παρακλίνει καὶ τρέπει κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione*, quem etiam *Suidas* compilavit. In fine hujus articuli loco ἀντὶ τοῦ θλίβει καὶ βιάζεται *Harpocration* habet: ἵν' ᾖ οἷον θλίβῃ καὶ βιάζηται. E praecedente articulo autem apparet, loco Κλιμάζει scribendum esse Κλιμακίζει.

Col. 127. Κλινοπέτη (Scribendum Κλινοπετῆ) τὸν κλινήρη λέγουσιν.

Ibid. Κλίσις, ἡ πρόσκλισις, παραγγελία εἰς κρίσιν. οὕτως Δημοσθένης. Nemo potest inficias ire, legendum esse h. l. Κλῆσις et πρόσκλησις, ut legitur apud *Harpocrationem*, ex quo haec verba sunt desumta. Confer Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 640, 25.

Ibid. Κλῖτος, μέρος. scilicet πλάγιον, quod diserte *Suidas* addit. Confer *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* col. 1220.

Ibid. Κλόνος, θόρυβος, τάραχος, ἢ στροφός. Per τὴν ταραχὴν interpretatus quoque est hanc vocem *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 404. (*Iliad.* ἑ. 167. etc.) et *Zonaras Lex.* col. 1217. Loco στροφός scribere mallem στροφεὺς, quae vocabula saepius invicem permutata reperiuntur.

Ibid. Κλυδώνιον, κῦμα, καὶ Κλύδωνα ἄμφω. Θουκυδίδης β'. (scil. cap. 84.) καὶ τὰς κώπας ἀδύνατοι ὄντες ἐν κλύδωνι (in *Thucydide* l. l. editum est κλυδωνίῳ. Vide Intt. ac *Indicem graecitatis* ed. *Bipont.* s. h. v.) ἀναφέρειν.

Ibid. Κλυτὸς, δόξα. Lege ἔνδοξος loco δόξα. *Etymol. M.* c. 520. lin. 53. Παρὰ τὸ κλύω τὸ δοξάζω γίνεται κλυτὸς ὁ ἔνδοξος. Fortasse autem olim etiam substantivum κλύος pro κλέος in usu fuit, quod si reponeretur loco Κλυτὸς, lectio δόξα non sollicitanda esset.

Ibid. Κλώζειν, ἐκβάλλειν τῇ γλώσσῃ ἠχοῦντα. Voce ἠχοῦντα sensus admodum incommodus exoritur, omnia autem bene se habent, si, quod volo, pro ἠχοῦντα legatur ἦχόν τινα. *Etymol. M.* c. 521. l. 49. κλώζειν, ὅ ἐστι τὸ διὰ τῶν στομάτων ποιὸν ἦχον ἀποτελεῖν. Potest tamen hic locus etiam alia ratione emendari, nempe ita, ut duo constituantur articuli: Κλώζειν, ἐκβάλλειν. † Κλώζοντα, τῇ γλώσσῃ ἠχοῦντα, h. e. συρίττοντα. Erat enim κλώζειν verbum proprium de *spectatoribus*, *qui histriones explodebant ac sibilis excipiebant:* quod etiam ἐκβάλλειν dicebatur. *Pollux* lib. IV. sect. 122. ἐποίουν δὲ τοῦτο, ὁπότε τινὰ ἐκβάλοιεν. ἀφ' οὗ καὶ τὸ κλώζειν καὶ συρίττειν. Κλώζειν et συρίττειν junguntur etiam apud *Synesium* de *Provid.* I. p. 106. Confer *Aelian. V. H.* XIII. c. 17. Quaenam autem harum emendationum praeferenda sit, aliis dijudicandum relinquo.

Ibid. Κλώιος, ὁ δεσμός. Inepto loco posita mihi aliquando videbatur haec glossa atque scribendum esse Κλοιὸς, quod *Phavorinus* interpretatur per δεσμὸν, τὸν περιτιθέμενον τῷ τραχήλῳ τῶν κυνῶν. Nunc sententia mutata scribendum esse arbitror Κλωιὸς vel Κλῳὸς, quod est attice positum pro κλοιός. Confer *Aristoph. Vesp.* v. 892. et *Eurip. Cycl.* v. 234. De variis notionibus vocis Κλοιὸς vide *Hieronymi de Bosch Obss. in Anthol. gr.* p. 274 sequ.

Ibid. Κλωπᾶσθαι, ἐπιθυμεῖν, καὶ τὸ λάθρα. Cauda sua truncata est haec glossa ita restituenda: καὶ τὸ λάθρα καὶ ἀψοφητὶ ἰέναι καὶ πράσσειν, quod ab *Hesychio* additur. Ex eodem in sequente articulo

Ibid. Κλωπωμένη, ἐφιεμένη, ἐπιθυμοῦσα, ante ἐφιεμένη inserenda sunt verba λάθρα καὶ ἀψόφως, quae etiam *Phavorinus* habet.

Ibid. Κλωστῆρα, ἐκκεκλωσμένον. Lege τὰ κεκλωσμένον, scilicet ῥάμμα. Confer *Hesychium* ibique Interpretes ac *Gesneri* et *Schneideri Indic.* ad *Scriptores rei rusticae* s. v. *tela jugalis* p. 360 sequ.

Ibid. Κλὼψ, κλέπτης. Eadem quoque habet *Scholiastes ineditus Vitebergensis* ad *Lycophronis Cassandr.* v. 658 et 1303.

Ibid. Κνάφος, ὄργανόν τι ἐν κύκλῳ κέντρα ἔχον κ. τ. λ. Recepit hanc glossam *Photius* in Lexicon suum e *Timaei Lexico Platonico* p. 160. ubi *Ruhnkenius* recte monuit, pertinere eam ad *Herodot.* I, 92. τὸν ἄνθρωπον τὸν ἀντιπρήσσοντα ἐπὶ κνάφου ἕλκων διέφθειρε. Confer etiam *Intt.* ad *Hesychium* s. v. ἐπὶ κνάφου ἕλκων.

Col. 128. Κνεφαῖος, σκοτεινός. Pertinet haec glossa ad *Aristoph. Ran.* v. 1391. ubi nunc quidem κνεφαίως reperitur, sed *Scholiastes* κνεφαῖος legisse videtur. Confer et *Lycophr. Cassandr.* v. 1433. De voce Κνέφας, quae infra occurrit, ejusque etymologia videndus *Photius* in *Bibliotheca* p. 1582.

Ibid. Κνήμια, τὰ ἐν τοῖς θρόνοις καὶ τροχοῖς διερείσματα κ. τ. λ. Scribendum est Κνημίαι aut Κνῆμαι. Utrumque legitur apud *Hesychium* ac *Pollucem Onom.* I. sect. 144. et X, 157.

Ibid. Κνίζων, λυπῶν ἢ τέμνων. Legi hic merentur, quae habent *Intt.* ad *Hesychium* s.

h. v. et *Tittmannus* ad *Zonarae Lex.* c. 1225. — Interpretatio λυπῶν ad Κνύζων pertinere videtur. Certe *Scholiastes ineditus Vitebergensis* ad *Lycophronis Cassandram* v. 608. κνυζέομαι per λυποῦμαι, ἐπιθυμῶ interpretatus est. Confer et *Photium* infra s. v. Κνυζώμενον.

Ibid. Κνησείοντα, ἐπιθυμητικῶς ἔχοντα τοῦ κνᾶσθαι. Fortasse hic articulus emendandus est e *Scholiis* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collectis p. 121. ubi legitur: Κνησιῶντα, ἐπιθυμητικῶς ἔχοντα τοῦ κνᾶσθαι, ὅ ἐστι κνήθεσθαι. Confer *Platonis Gorgiam* §. 108. p. 300. E. ed. *Lugd.* et *Aristoph. Eccles.* v. 913.

Ibid. Κνηστὰ, λάχανα σύγκοπτα. Legendum est Κνιστὰ, ut habet *Cod. D. Hesychius:* Κνιστὰ, λάχανα συγκεκομμένα. Idem tradit *Pollux* VI, 62.

Ibid. Κνοῦς, τῷ πρὸς τῷ ἄκρῳ ἄξονι τοῦ τροχοῦ. Mero typothetae errore τῷ ante πρὸς editum est pro τὸ, quod etiam habet apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 287. not. 14.

Ibid. Κνυζώμενον, στένοντα, μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν σκυλάκων. Significari hac voce latratum canum acutum et vehementiorem, multis docuit Cel. *Sturzius* Prol. I. de *vocibus animalium* p. 12.

Ibid. Κνώδων, ἡ ἀκμὴ τοῦ ξίφους. Adhibetur quoque de ipso *ensi* seu *securi* apud *Lycophron. Cassandr.* v. 466. (*Schol.* σπάθη) v. 1109. (*Schol. inedit.* πέλεκυς) et 1434. ubi Schol. ξίφος. Confer quoque *Pollucis Onom.* V, 22. et VII, 57.

Col. 129. Κοῖλα, τὰ ὑποκάτω τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ οἷον ἐπὶ τοῦ προσώπου μῆλα. Confer ea, quae infra c. 136. ad hanc vocem a me notata sunt.

Ibid. Κοινὰ τὰ φίλων. Τιμαῖος φησὶν ἐν τῷ θ' κ. τ. λ. In *Suida* legitur Κοινὰ τὰ τῶν φίλων. Utroque enim modo hoc adagium a veteribus profertur. Vide *Eurip. Orest.* v. 733. *Phoen.* 250. *Libanium* Ep. 330. p. 160. atque alios, quos laudat *Erasmus* in *Adagiis* statim ab initio.

Ibid. Κοινὸν γραμματεῖον καὶ ληξιαρχικόν κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione*, e quo in fine hujus articuli pro ἐγγραφόμενοι rectius legitur εἰσαγόμενοι.

Ibid. Κόθουρον, κηφῆνα. εἴρηται δὲ, ὅτι κεύθει τὴν οὐρὰν, ἢ ὅτι ἄκεντρος. Conjunctim edendum erat Κόθουρον κηφῆνα. Κόθουρος enim est notissimum epitheton fuci apud *Hesiodum Oper.* v. 302. ubi legitur: Κηφήνεσσι κοθούροις ἴκελος ὁρμὴν, ad quem locum fortasse referenda est haec glossa, quam ex parte quoque habet *Zonaras Lex.* col. 1227. et *Etymol. M.* c. 524. l. 41. A *Suida* κούθουρος quoque scribitur, unde lectio κοίθουρον, quam habet h. l. Codex B. sine dubio ortum suum traxit.

Ibid. Κοινωνικόν. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συμμοριῶν (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 182, 16.) κ. τ. λ. Transcripsit *Photius Harpocrationem* p. 218. e quo pro τοὺς ἀνέμητον οὐσίαν νέμοντας ἀδελφοὺς reponendum est: τοὺς ἀνέμητον οὐσίαν ἔχοντας ἀδελφοὺς, ipso sensu hoc postulante. Ibidem ex eodem pro τριηράρχην scribendum necessario est τριηραρχεῖν.

Ibid. Κοιτὸς, κοίμημα. Lectio Κοιτὸς errori typographico debetur. Scribendum est Κοῖτος.

Ibid. Κόγχη, χήμη. σπανίως λέγεται χήμη. Confer *Gesneri* ac *Schneideri Indic.* in *Scriptores rei rusticae* p. 148.

Ibid. Κοάλεμος, ἠλίθιος, ἄφρων. Confer *Ruhnkenium* ad *Timaeum* p. 160 sequ. ac *Toupium Emendatt. in Suidam*, *Hesychium* etc. Tom. IV. p. 330. ed. *Lond.*

Ibid. Κόβαλος. ἡ προσποίητος καὶ σὺν ἀπάτῃ παιδιὰ κοβαλεία ἐκαλεῖτο, καὶ κόβαλος, ὁ ταύτῃ χρώμενος. Ex *Harpocratione*. Bene de hac voce exposuit post *Reimarum* ad *Dion. Cass. Histor. Rom.* Vol. I. p. 698. *Schneiderus* in *Lexico critico gr.* l. s. h. v.

Col. 130. Κοβαλεία. οὕτως ἐλέγετο ἡ προσποίητος μετὰ ἀπάτης κ. τ. λ. Haec quoque ex *Harpocratione* desumta sunt.

Ibid. Κοικύλλειν, περιβλέπειν. Κῦλα γὰρ τὰ ἐπάνω τῶν ὀφθαλμῶν ..... Lacu-

nam, quam habent in hoc articulo apographa *Photii*, explet *Hesychius*, qui addit: οἱ δὲ, τὸ περιστρέφεσθαι καὶ διατρίβειν περιβλεπόμενον. ἄλλοι, φθονεῖν. Caeterum *Suida* auctore pertinet haec glossa ad *Aristoph. Thesmoph.* v. 858. τί αὖ σὺ κυρκανᾶς, ἢ τί κοικύλλεις ἔχων; ubi vid. Schol.

Ibid. Κραυαλλίδαι ἢ Κραυγαλλίδαι, ἡ ἐν Φωκεῦσι πλησίον Κίῤῥας χώρα. Manca est in fine haec glossa: nam post χώρα addendum est ex *Harpocratione* Κραυγάλλιον.

Ibid. Κραυγὰς λέγουσι τὰς μαρτυρίας τῶν ἐπαίνων, ἃς καὶ βοὰς καλοῦσιν. Displicet mihi vox ἐπαίνων. Mallem ἐπαινούντων. Fugit autem me, unde haec glossa venerit.

Ibid. Κραυμυρίζεται, ἐπὶ τῆς παιδικῆς φωνῆς λέγεται. Desideratur vox κραυμυρίζεσθαι in omnibus, quae consului, Lexicis. Num scribendum est Κραυγηρίζεται? Certe ob antecedens κραυγὴ non prorsus improbabilis haec conjectura dici potest. *Lobeckius* emendat Κλαυθμυρίζεται, quod nunc probo. *Photius* enim supra c. 124. habet: Κλαυμυρίζεται καὶ Κλαυμυρεῖται λέγουσιν, οὐ κλαίει καὶ κλαύσει, quibus verbis in *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. p. 272. n. 25. haec addita leguntur: Κλαυθμυρίζεται, ἐπὶ τῆς παιδικῆς φωνῆς λέγεται, quae, nisi hunc locum respexerit *Alberti*, prorsus in editione *Hermanniana* desiderarentur. *Hesychius*: Κλαυθμυριζομένων, κλαιόντων. Confer quoque *Eustathium* p. 586, 10.

Col. 131. Κραῦρον, ψαφαρὸν, καπυρὸν, ξηρόν. καὶ κραυρότερον, εὐθραστότερον, σκληρότερον κ. τ. λ. In *Timaei Lexico Platonico* p. 168. (ubi videndus *Ruhnkenius*) legitur: Κραυρότερον, ψαθυρότερον καὶ εὐθραυστότερον, quo confirmatur conjectura a me in *libello animadversionum* proposita.

Ibid. Κρέας, τὸ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ ἐπανάρυμα κ. τ. λ. Loco ἐπανάρυμα scribendum esse ἐπανάλωμα, ut habet apographum *Alberti* ad *Hesychium*, vix in dubium vocari poterit. Carnes enim Areopagitis datae in mercedem, ut ex *Hesychio* docuit *I. Meursius* in *Areopago* cap. 8. — Verba sequentia: καὶ τὸ σῶμα, bene se habent. *Suida* enim teste Attici scriptores κρέας de *toto corpore* adhibere solent. — Sed quid faciendum erit verbis proxime sequentibus: τὴν περὶ τῶν κρεῶν? Aliquamdiu in opinione versabar, ea prorsus delenda esse, inducta nempe e sequentibus, ubi legitur: τὴν περὶ τῶν νεκρῶν: sed nunc certissime mihi persuasum habeo, verba haec continere fragmentum loci adducti a *Photio* eo consilio, ut doceret, Atticos κρέας dixisse σῶμα. Reperitur autem hic locus in *Aristophanis Ranis* v. 191. εἰ μὴ νεναυμάχηκε τὴν περὶ τῶν κρεῶν, quem etiam *Suidas*, sed vitiose, in hanc rem adduxit, ut jam monuit *Küsterus*. — Verbis denique sequentibus: ὁ δὲ Ἰξίων γράφει τὴν περὶ τῶν νεκρῶν τῶν ἐν Ἀργινούσαις ἀτάφων, ὑπὲρ ὧν ἀνηρέθησαν οἱ στρατηγοὶ, quae, uti nunc leguntur, partim manca, partim a re praesente aliena apparent, lucem affundit *Scholion* ad *Aristophanis* l. l. ab *Invernizio* T. I. p. 247. allatum, quod integrum apponam: νεναυμάχηκε] διάφοροι γραφαί. Οἱ μὲν κρεῶν, ὡς Ἀρίσταρχος φησὶν ἐπὶ τῶν σωμάτων λαμβάνεσθαι πολλάκις, καὶ παρὰ τῷ Σοφοκλεῖ ἐν Χρύσῃ·

Τοιοῦτος ὢν ἄρξει τοῦδε τοῦ κρέως.

ἐνθάδε εἰ μὴ νεναυμάχηκε περὶ ψυχῆς αὐτοῦ, ὡς ποτε τῶν Ἀθηναίων ἐν περιστάσει γενομένην, καὶ ὑπὲρ τῶν ψυχῶν ἀγωνιζομένων προσλαβεῖν τοὺς δούλους, καὶ ὕστερον ἐλευθερίσειν. ἕτεροι δὲ φασὶν αἰνίττεσθαι τῆς περὶ Ἀργινοῦσαν ναυμαχίας, ἣν διὰ τοὺς νεκροὺς ἠγωνίσαντο. πολλοὶ δὲ ἑτέραν γραφὴν αἱροῦσι. Ex his verbis luculenter apparet, post τὴν in *Photio* excidisse vocem ναυμαχίαν, totumque hunc locum ad interpretationem vocis κρέας minime pertinere, sed continere potius explicationem loci *Aristophanei* adducti, e *Scholiasta vetere* male transscriptam. Qua observatione nihil certius reperiri potest. Con-

fer

fer quoque *Boeckii Commentarium in Aristophanem* Vol. III. p. 57 sequ.

Ibid: Κρείων, βασιλεὺς, ἄρχων, κρατῶν μεγάλως. In notione *regis* et *principis* Κρείων, maxime in vocativo, aliquoties apud *Homerum* occurrit: v. v. *Odyss. l.* v. 2. Ultima verba autem κρατῶν μεγάλως mihi non ad notionem *regis* referenda videntur, sed ad aliam, quam teste *Hesychio* et *Apollonio Soph. Lex. Homer.* p. 417. etiam apud *Homerum* (scilicet *Iliad. i.* v. 206. ubi vid. *Schol.*) κρεῖον habet, ut sit τὸ κρεωδόχον ἀγγεῖον, aut ἀγγεῖον, εἰς ὅ κρέα βάλλεται. Verba *Homeri* l. l. sunt: αὐτὰρ ὅγε μέγα κρεῖον κάββαλεν ἐν πυρὸς αὐγῇ. Κρεῖον μέγα ibi est κρεωδόχον κρατοῦν μεγάλως. Caeterum confer de hac posteriore notione *Eustathium* p. 747. l. 15. p. 1899. l. 4. et *Etymolog. M.* p. 536. lin. ult.

Ibid. Κρέξ, ἀντὶ τοῦ ἀλαζών. οὕτως Εὔπολις. Quum Κρέξ, teste *Suida* et *Hesychio*, sit avis inauspicata nuptiis, quae rostrum valde acutum et rostratum habet, (*Schol. Aristophanis* ad *Aves* v. 1138.) quomodo haec vox ad ἀλαζόνα transferri possit, prorsus non video. Suspicor itaque, pertinere hoc glossema, omissa voce Κρέξ, quam fortasse sine interpretatione posuit pro more suo *Photius*, ad antecedentem articulum Κρεμβαλιάζειν. Qui enim instrumento musico utitur ψόφου μόνον παρασκευαστικῷ (quale erat κρέμβαλον teste *Athenaeo* lib. XIV. p. 636. Confer *Ez. Spanhemium* ad *Callimachi Hymn. in Dian.* v. 247.) qui κρεμβαλιάζων dicebatur, non male cum ἀλαζόνι comparari poterat.

Ibid. Κρεώφυλος, πολιτείας ἰ. ὁ γὰρ Κρεώφυλος, κ. τ. λ. Reperitur hic locus apud *Platonem de republ.* lib. X. T. VII. *Opp.* ed. *Bip.* p. 293. De hoc *Creophylo*, cujus quoque meminit *Callimachus Epigr.* VI. v. 4. legendus est *Eustathius* ad *Iliad. β'.* p. 250. Confer etiam *Bentleji Opuscula Philologica* p. 503. edit. *Lips.*

Ibid. Κρεῦσις, ἀντὶ τοῦ παραλογισμός. Loco Κρεῦσις Doct. *Lobeckius* reponere mavult Κροῦσις, quod *Hesychius* per τὴν ὑπόκρισιν et τὸν παραλογισμὸν interpretatus est. Esse autem lectionem Κρεῦσις typothetarum erroribus annumerandam, docet apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 366. n. 28. in quo legitur: Κροῦσις, ἀντὶ τοῦ παραλογισμός. Ipse *Photius* infra habet: Κροῦσις, ἀναλογισμὸς, ubi παραλογισμὸς scribendum esse jam observatum est a me in *libello animadversionum. Phavorinus* col. 1116. lin. 28. Κροῦσιν, ἀπάτην, δοκιμασίαν, παραλογισμὸν λέγει Ἀριστοφάνης. nempe in *Nubibus* v. 317. ubi vid. *Schol.* Pertinet huc etiam vox Κρουσιδημεῖν apud *Comic. Equit.* v. 869. ubi vid. *Schol.*

Ibid. Κρήγυον, ἀληθὲς, ἀγαθόν. Est sine dubio glossa *Homerica* referenda ad *Iliad. ά.* v. 106. οὐδέποτέ μοι τὸ κρήγυον εἶπας. Confer *Zonarae Lex.* col. 1256. et *Etymolog. M.* c. 573, 23. Etsi hanc vocem poetarum propriam ferat *Theon* c. 4. tamen κρήγυος reperitur apud *Platonem* in *Alcib.* I. p. 28. E. et in vita *Homeri* cap. 15.

Ibid. Κρήδεμνον, κεφαλοδέσμιον, ἢ μαφόριον. Etiam hanc glossam ad *Homericas* (quamquam vox ipsa quoque reperitur apud *Theocrit. Idyll.* XX, 19.) referre nos jubet auctoritas *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 417. Confer *Iliad. π'.* v. 100. *Zonarae Lex.* c. 1256. *Etymolog. M.* col. 537, 28. *Helladii Chrestomath.* p. 12. ed. *Meursii* ac *Leunep. in Coluth.* lib. I. c. 2. p. 8 sequ.

Ibid. Κρηνοφύλαξ, λέων χαλκοῦς, ἐπὶ κρήνης, δι' οὗ τὸ ὕδωρ ἐφέρετο. ἦν δὲ καὶ ἀρχή τις Ἀθήνησιν. Meminit hujus leonis ex aere facti, aquae salienti tantum inservientis, et qui joci tantum causa Κρηνοφύλαξ vocabatur, *Pollux* in *Onomastico* lib. VIII. sect. 117. Κρηνοφύλαξ, h. e. ἐπιμελητὴς κρηνῶν, occurrit apud *Aristotelem Polit.* VI, 8. Non recte autem praecipitur a *Photio:* ἦν δὲ καὶ ἀρχή τις Ἀθήνησιν. Nam magistratus, cui cura fontium et aquarum publicarum commissa erat, Κρηνάρχη dicebatur, teste *Hesychio*, aut secundum

Pollucem l. l. κρηνοφυλάκων ἀρχὴ, servi autem, quibus ad hoc opus utebantur, Κρηνοφύλακες appellabantur. Confer *Meursii Athen. Att.* lib. III. cap. 10. in fine.

Ibid. Κρησέρα, (Scribitur et Κνησέρα apud *Erotianum* p. 232. ubi legitur: Κνησέρα λέγεται ῥάκος χονδρὸν καὶ ἀραιὸν, δι' οὗ διηθοῦσί τινα ὡς δι' ἠθμοῦ. Μέμνηται καὶ Ἀριστοφάνης ἐν Ἀττικαῖς λέξεσι.) ὀθόνιον ἀραιὸν, εἰς ὃ ἐμβάλλοντες κ. τ. λ. Confer de hac voce, praeter *Suidam*, *Schol. Aristoph. ad Eccles.* v. 983. *Etymolog. M.* c. 538, 5. ac *Foesli Oeconom. Hippocr.* p. 354.

Col. 132. Κρησφύγετα, τὰ πρὸς τοὺς χειμῶνας στενὰ (*Hesychius* rectius habet στεγνὰ, quae voces saepius confunduntur. Vide *Wesselingium* ad *Diodor. Sic.* p. 276.) καὶ ὀχυρώματα κ. τ. λ. Eadem leguntur quoque apud *Scholiasten Luciani* in *apologia pro mercede conductis* §. 11. (Vol. III. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 279.) hoc tamen discrimine, ut pro σπήλαια in fine hujus articuli πόλιν legatur. Vide *Pollucis Onom.* I, 10.

Ibid. Κρητήριον, ἐπίχυσις. ἐπικρῆσαι δὲ, ἀντὶ τοῦ καταχέαι. In *Hesychio*, ubi eadem leguntur, pro ἐπικρῆσαι (quod ab antecedente voce ἐπίχυσις labem sibi contraxisse videtur) reperitur: κατακρῆσαι. *Photius* supra: Κρῆσαι, καταχέαι.

Ibid. Κρητίζειν, τὸ ψεύδεσθαι. Ἰδομενεὺς γὰρ κ. τ. λ. Confer *Zenobium* Cent. IV. *Proverb.* 62. *Schol. Callim. H. in Iovem* v. 8. ibique *Ez. Spanhemium*, *Eustathium* p. 741, 21. ac *Meursium* in *Creta* lib. III. c. 4.

Ibid. Κριθώτη, πόλις τῶν ἐν Χεῤῥονήσῳ κ. τ. λ. Sunt verba *Harpocrationis* in compendium redacta. Confer Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 672, 20. et 673, 23. Pro Κριθώτη autem reponendum est Κριθωτή. Confer *Stephanum Byzant.* s. h. v. p. 480. ibique *Berkelium*.

Ibid. Κριὸς τροφεῖα ἀπέτισε, παροιμία ἐπὶ τῶν ἀχαρίστων, ἐπεὶ τὰς φάτνας οὗτοι πλήττουσι. Eadem leguntur quoque apud *Zenob. Cent.* IV. *Prov.* 63. Confer *Tzetzem ad Lycophron.* p. 95. et *Valckenarium* ad *Eurip. Phoen.* v. 44 sequ. p. m. 190 sequ.

Ibid. Κριωεὺς δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος Κριωά. Ex *Harpocratione*. Confer etiam *Stephan. Byz.* p. 481.

Col. 133. Κροαίνων, τοῖς ποσὶ κρούων, ἢ ἐπιθυμῶν. Idem habet *Hesychius* et *Sangermanense Lexicon MS.* Ex *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 419. ubi legitur: Κροαίνων, ἔνιοι μὲν, ἐπιθυμῶν, οἱ δὲ, ὅτι ἐπικροτῶν τοῖς ποσὶν, apparet continere hanc glossam explicationem loci Homerici *Iliad.* ζ. v. 507. ubi de equo dicitur: Δεσμὸν ἀποῤῥήξας θείει πεδίοιο κροαίνων. Confer *Villoisonium ad Apollonium* l. l. ac *Eustathium* p. 658, 54. 792, 43. et 1602, 17.

Ibid. Κρόκην νήθειν λέγουσιν — — — ὡς Ὅμηρος (*Odyss.* δ'. v. 134.) νήματος ἀσκητοῖο βεβυσμένον. καὶ Εὐριπίδης (scilicet in *Oreste* v. 1433. ubi legitur: νήματα δ' ἵετο πέδῳ.). Caeterum in mendo cubat vox μυρήματα in verbis antecedentibus: ὅθεν καὶ τὰ μυρήματα νήματα λέγουσιν, nam ignorat eam graeca lingua, nec propter etymologiam novum vocabulum fingi potest. Suspicor literis transpositis legendum esse μήρυμα, quod est teste *Hesychio* s. v. μήρυσμα (ubi videndi *Intt.*) κάταγμα ἢ σπάσμα ἐρίου, a μηρύειν, h. e. συστέλλειν διὰ τῶν κάλων, monente *Schol. Homer. Od.* μ'. 170. Confer etiam *Suidam* s. v. κάταγμα, et *Zonarae Lex.* col. 1359 et 1360. ibique *Tittmannum*.

Ibid. Κρόσσας, κλιμακίδας. Copiose de hac voce exposuit *Zonaras Lex.* col. 1254. ubi conferendus *Tittmannus*. Confer quoque *Eustathium* p. 903, 4 sequ.

Ibid. Κρονικώτερα, ἀρχαιότερα, μωρότερα. Quonam sensu ἀρχαιότερα h. l. accipiendum sit, docetur in *Commentario Beckii* in *Aristophanis Comoedias* Vol. I. p. 308. ad *Aristoph. Plut.* v. 508 sequ. Ἀρχαῖος nempe h. l. *stultum* notat,' ut apud *Platonem Euthydem.* cap. 56. legitur, adeoque bene

convenit voci Κρονικὸς, de qua *Ez. Spanhemius* ad illum locum bene exposuit. *Scholia in Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 95. Κρονικώτερα] ἢ τὰ ἀρχαιότερα καὶ παλαιὰ, ἢ τὰ εὐήθη. Pertinet haec glossa ad *Platonis Lys.* p. 106. A. ed. *Lugd.* aut ad Ej. *Phaedrum* §. 5. Vide *L. Bos Obss. Critt.* cap. V. p. 20.

Ibid. **Κροτήσατε**, ἐπαινέσατε ταῖς χερσίν. Sine dubio referenda est haec glossa ad *Psalm.* XLVI, 1. πάντα τὰ ἔθνη κροτήσατε χεῖρας, unde etiam colligi potest, post Κροτήσατε omissum esse substantivum χεῖρας, quod additum reperitur in *Hesychio*.

Ibid. **Κρότωνος**. τοῦτο δὲ ἐπὶ τοῦ ζώου δέχεσθαι, — — διὰ τοῦτο ἀπ' αὐτοῦ λέγουσιν ὑγιέστερον Κρότωνος. Hujus proverbii (cujus auctor est *Menander* in *Locris*. Vide *Zenobium* Cent. VI. Prov. 27.) originem pandunt *Strabo* lib. VI. p. 414. A. *Schol. Aristoph. in Equites* v. 1089. et prae caeteris *Erasmus* in *Adagiis Chil.* II. *Cent.* IV. n. 43. p. 471 sequ.

Ibid. **Κρουπέζαι**, ξύλινα ὑποδήματα, ἐν οἷς τὰς ἐλαίας ἐπάτουν· οἱ δὲ κρόταλον, ὃ ἐπιψοφοῦσιν οἱ αὐληταὶ τὸ μάταιον. Prior interpretatio hujus vocabuli satis confirmatur iis, quae *Hesychius* s. v. Κρούπανα, Κρουπεζούμενος (ubi Κρουπέζια vocantur), et Κρούπετα habet, ubi videndi Interpretes. *Eustathius* in *Iliad.* p. 867, 23. κρουπέζας dicit esse Βοιώτια ξύλινα σανδάλια. Verba autem, quae sequuntur, prorsus ab hoc loco aliena sunt, et pertinent vel ad articulum omissum Κρόταλον, aut, quod mihi magis placet, ad antecedentem articulum Κροταλίζειν. Pro impresso autem τὸ μάταιον, quod h. l. omni sensu caret, in textum recipienda est lectio Cod. D. τὸ βάταλον (quam etiam agnoscit apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 355. n. 18.) aut potius τὸν βάταλον. Pertinere autem mihi videntur haec verba ad locum aliquem scriptoris Comici, a quo podex, ob sonum acutum, quem interdum edit, jocose κρόταλον dictus fuit.

Ibid. **Κροτωνῶν**, κυνείων φθειρῶν. Scribe Κροτώνων (Confer *Schneideri Lex. Gr.* s. h. v.), κυνείων φθειρῶν. *Suidas* s. v. Κρότωνος ὑγιέστερος habet: Κρότων δέ ἐστι ζωΰφιον, τὸ ἐν τοῖς κυσὶ καὶ βουσὶ γινόμενον.

Ibid. **Κρουστὰ γράμματα**, ἀπὸ τοῦ παρακρούεσθαι, καὶ μὴ εὐθέως λέγειν. Verba haec sunt admodum corrupta ac turbata. Ex adjectis verbis, καὶ μὴ εὐθέως λέγειν, apparet, credo, liquido, illud γράμματα initio articuli non posse locum habere, et ῥήματα scribendum esse. Suspecta mihi quoque est vox Κρουστὰ, pro qua Κρουστικὰ aut Κρουσματικὰ reponere mallem. — Sed nec sequentia mendo carere mihi videntur. Loco ἀπὸ τοῦ forte scribendum est ἀντὶ τοῦ, et pro εὐθέως *Photio* reddendum videtur εὐθεῖα, h. e. *aperta*, *nulla circuitione tecta*, nisi demonstrari possit, graecos scriptores εὐθέως in eadem significatione usos esse, qua adverbium εὐθύ. Jam hic articulus, ita emendatus ac correctus, lucem foeneratur ex *Aristoph. Nub.* v. 317. ubi Κροῦσις, explicante *Scholiasta*, ἀπάτην atque παραλογισμὸν, h. e. *fraudem*, denotat, *quae fucato orationis nitore vel futili ratiocinatione vel veteratoria decipit*, ubi alius *Scholiasta* intellegit τὸ συναρπάζειν τὸν ἀκούοντα. Unde ὁ κρουστικὸς in *Equitt.* v. 1376. dicitur orator vehemens τὰ ὦτα τῶν ἀκροωμένων κρούων τῇ σφοδρότητι τῶν λόγων. *Hesychius* denique κροῦσιν interpretatus est, τὴν πρὸς τὸ λεγόμενον ἐν ταῖς ζητήσεσιν ἀντίῤῥησιν, καὶ παράκρουσιν. Quibus omnibus interpretationem hujus articuli mirifice adjuvari quilibet videt. Confer *Ernesti Lexicon Technologiae graecorum rhetoricae* p. 190.

Ibid. **Κρουσιδημῶν**, ἀντὶ τοῦ χρουσιμετρῶν. Scribendum est κρουσιμετρῶν, ut habet *apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 356. n. 22. Sed ne tum quidem omni ex parte sana videtur haec glossa. Teste enim *Suida* Κρουσιδημῶν dicitur παρακρούων τῇ βοῇ, ἢ τὸν δῆμον ἀπατῶν, καὶ παρακρουόμενος τῇ βοῇ. ἔστι δὲ παρακρουσόμε-

νον, ὃ λέγεται ἐπὶ τῶν τοῖς μέτροις παραλογιζομένων. Cum igitur translatio ducta sit ab illis, qui falsis mensuris alios decipiunt, quod proprie dicitur παρακρούεσθαι, fortasse in *Photio* reponendum esset: ἀπὸ τῶν κρουσιμετρούντων, scilicet μετενήνεκται, h. e. translata est haec vox. Sed, ut ingenue fatear, obstat *Hesychii* auctoritas, qui habet: Κρουσιδημῶν, κρουσιμετρῶν. Quanquam locus *Aristophanis in Equit.* v. 869. ad quem *Hesychium* respexisse putat *Alberti*, hanc significationem non probare videtur. *Scholiastes* enim ibi habet: ἀντὶ τοῦ κρούειν τῇ βουλῇ. ἐλυμαίνου τὸν δῆμον ἀπατῶν, καὶ παρακρουόμενος τῇ βοῇ.

Ibid. Κροῦσις, ἀναλογισμός. Notatis a me ad hunc articulum in *libello animadversionum* adde; *Scholiastes Aristoph. ad Nubes* v. 317. Κροῦσιν] ἀπάτην, δοκιμασίαν, παραλογισμόν. † ποικιλίαν, καὶ στροφὰς λόγων, δι' ὧν τοὺς διαλεγομένους σοφιζόμεθα καὶ ἀπατῶμεν.

Col. 134. Κρώβυλος, πλέγμα τριχῶν εἰς ὀξὺ λῆγον. — —: καὶ Θουκυδίδης· κρωβύλους ἀναδούμενοι. Scribendum est: κρωβύλον ἀναδούμενοι, ut legitur apud *Thucydidem* I, 6. unde haec verba desumta sunt. Confer ibi *Schol.* et *viros doctos* nec non *Eustathium* p. 851, 46.

Ibid. Κρώβυλος, κυρίως εἶδος ἐμπλοκῆς ἐστὶ κατὰ Θουκυδίδην. Desumtus est hic articulus ex *Harpocratione* p. 222.

Ibid. Κρωβύλου ζεῦγος, ἐπὶ πονηρῶν κ. τ. λ. Num fortasse ἐπὶ πορνικῶν legendum est loco ἐπὶ πονηρῶν? Sequuntur enim verba: ἀπὸ πορνοβόσκου δύο πόρνας ἔχοντος. Usus est hoc proverbio *Libanius* in *Epist.* ad *Themistium* (89. p. 47. ed. *Wolfii*) apud *Fabricium Bibl. Gr.* Vol. VIII. p. 33. Confer *Hesychium* s. h. v. ibique Interpretes.

Ibid. Κρώζει, ὡς κόραξ. ἡ κορώνη κράζει. Ergo hoc sibi vult auctor hujus glossae, κρώζειν de voce corvorum, κράζειν autem de voce cornicum adhiberi? Sed quonam scriptoris veteris loco hoc discrimen comprobari poterit? Nec magna adeo corvi et cornicis vocum est differentia. In *Pollucis Onom.* lib. V. sect. 89. κορώνας κρώζειν. *Suidas* habet: Κρώζει, ὡς κόραξ ἢ κορώνη κρώζει. Ita quoque in *Photio* legendum est. Respicitur enim hac glossa ad loca *Aristophanis* aliorumque, ubi κρώζειν de iis adhibetur, *qui temere garriunt, ut cornices.* Confer *Aristoph. Aves* v. 2. ἥδε δ' αὖ κρώζει πάλιν. Ibid. v. 24. Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v. Non opus itaque est, ut loco posterioris κρώζει ponatur κράζει, quae fuit *Alberti* in *Miscell. Criticis* p. 279. sententia. — *Eustathius* ad *Iliad.* ά. p. 39. ult. διὸ κορώνη μὲν ἢ κόραξ, κράζειν (vide *Theophrast.* p. 440.) ἢ κρώζειν λεχθήσονται. Adde Doct. *Sturzii* Prol. III. de *vocibus animalium* p. 11.

Ibid. Κτήδονες, τρίοδοι ἰχθύες. καὶ θηρίδια. καὶ ἐπ' εὐθείας, τῶν ξύλων ἐκφύσεις. Initio hujus articuli mutato accentu scribendum est Κτηδόνες. Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. v. Κτήδων. In fine autem hujus articuli loco impressi: καὶ ἐπ' εὐθείας, τῶν ξύλων ἐκφύσεις, ex *Suida* edendum fuisset: καὶ αἱ ἐπ' εὐθείας τῶν ξύλων ἐκφύσεις. Haec omnia addenda sunt observatis a me ad hunc articulum in *libello animadversionum.*

Ibid. Κτίλος, ὁ προηγούμενος τῶν προβάτων κριός. Est glossa *Homerica* pertinens ad Iliad. γ'. v. 196. et ν'. v. 492. Confer quoque *Zonarae Lex.* col. 1260. *Pollucis Onom.* I, 250. et *Eustathium* p. 403, 35.

Ibid. Κτησίου Διὸς, ὅτι τὸν Κτήσιον Δία ἐν τοῖς ταμείοις ἱδρύοντο. "Οτι salvo sensu omitti non solum potest, sed etiam debet. Deest etiam haec vox in Cod. B. Loco ἱδρύοντο *Harpocration*, e quo haec verba desumta sunt, habet ἵδρυντο.

Ibid. Κτησιφῶν, εἷς τῶν δέκα πρεσβέων κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*.

Ibid. Κυαμεῦσαι, κυάμῳ ψηφηφορῆσαι, ᾧ ἐχρῶντο οἱ βουλευταί. Ψηφηφορῆσαι pro ψηφοφορῆσαι est merum sphalma typographicum; quod etiam *Suidae* eximendum est. Glossa ipsa est *Timaei*, referenda sine dubio ad *Herodot.* VI, 109. [Ψηφηφορεῖν damnat etiam Ruhnkenius ad Tim. p. 168. Ego malim accedere Casaubono ad Diogen.

Hal. p. 20. b. Conf. Bastii Epist. Crit. p. 16. sq. In Aristophan. Acharn. v. 376. vera videtur Codicis scriptura ψηφηδακεῖν (plane κωμικῶς, cum exspectes ψηφηφορεῖν). Conf. Equit. v. 41. sq. Schaefer.]

Ibid. Κυαμοτρὼξ, ἀπὸ τοῦ ἐν ταῖς ψήφοις κυάμου. Usus est hac voce *Aristophanes Equit.* v. 41. ubi vide *Schol.* collato eodem ad *Lysistratam* v. 537. ubi κυάμους τρώγων legitur. Copiose de hac voce exposuit *Hesychius*, ubi videndi *Interpretes*, ac *Phavorinus*.

Ibid. Κυάνεοι, μέλανες. Confer *Verheykium* ad *Antonini Liberal. Metam.* cap. 10. p. 90. ed. *Lips.*

Col. 135. Κύβηβον, Κρατῖνος Θράτταις, τὸν θεόφραστον κ. τ. λ. Observatis a me ad hunc locum in *libello animadversionum* addenda sunt haec: Simonides, qui in fine hujus articuli laudatur, est Simonides junior. Locus autem, ad quem respicitur, exstat *Anthol.* T. I. N. CVI. p. 147.

Ibid. Κυβηστίνδα, ἐπὶ κεφαλὴν φέρειν, ἢ κατὰ νώτου. Fortasse legendum est Κυβιστήνδα. Certe κυβιστητὴρ apud *Lycophronem* in *Cassandra* v. 296. dicitur: *saltator praeceps in caput.* Vide *Iungermannum* ad *Pollucem* lib. IX. sect. 122. Praeter haec iis, quae Interpretes ad *Hesychium* s. h. v. monuerunt, nihil habeo, quod addam. Quare lectores ad eos remittendi sunt.

Ibid. Κυδάζεσθαι, λοιδορεῖσθαι. Confer *Arnaldi Lectiones graecas* lib. I. c. 12. ac *Eustathium* ad *Il.* α΄. p. 64. ed. *Rom.*

Ibid. Κυδαθηναιεὺς, δῆμος φυλῆς τῆς Πανδιονίδος, ἢ ἀπὸ δήμου τῆς Ἀττικῆς. Desumta sunt haec ex *Harpocratione*. Confer *Stephanum Byzantinum* s. h. v. p. 485. e quo apparet, τὸν δῆμον φυλῆς τ. Π. Κυδαθήναιον dictum esse, popularem autem Κυδαθηναιέα.

Ibid. Κυδοιδοπᾶν, ταράσσειν. Loco Κυδοιδοπᾶν (uti scriptum reperitur in *Aristophanis Nubibus* v. 612. ubi videndus *Scholiastes*, quem *Suidas* compilavit. Eadem scriptura quoque reperitur in *Pace* v. 1152.) interdum etiam legitur Κυκοιδοπᾶν. De utriusque vocis etymologia confer *Suidam* ac *Phavorinum* s. h. v.

Ibid. Κυδαντίδαι, δῆμος τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς. Eadem quoque habet, praeter *Harpocrationem*, *Stephanus Byzantinus* p. 485.

Ibid. Κυδοιμὸς, θόρυβος, τάραχος. Eadem quoque leguntur apud *Apollonium Soph. Lex. Homer.* p. 422. Est glossa Homerica pertinens ad *Iliad.* σ΄. v. 535. Confer etiam *Iliad.* κ΄. v. 523. et *Hesiodi Scut. Herc.* v. 156.

Col. 136. Κυθήριος. Κυθηρὸν, δῆμος τῆς Πανδιονίδος. Scribendum est, accentu quoque mutato, Κύθηρος partim ex *Harpocratione*, cui sua debet *Photius*, partim e *Stephano Byzantino* p. 487.

Ibid. Κύθνοι. Κύθνος, μία τῶν Κυκλάδων. Reponendum est Κύθνοι, ut legitur non solum apud *Stephanum Byzantinum* l. l. sed etiam apud *Harpocrationem*, ex quo haec desumta esse videntur. Confer *Wesselingium* ad *Herodot.* lib. VIII. c. 46. p. 640.

Ibid. Κυκεὼν, πόμα ἐκ διαφόρων μιγμάτων κιρνώμενον. Recenset haec μίγματα *Apollonius Soph.* in *Lex. Homer.* s. v. Κυκεῶ p. 423. nempe οἶνον, μέλι, ἄλφιτον et ὕδωρ, quibus *Scholiastes* ad *Odyss.* κ΄. v. 290. τυρὸν addit.

Ibid. Κύκλα, τροχούς. Idem habet *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 422. Vox haec in hac significatione saepius est apud *Homerum* obvia, v. c. Iliad. ε. 722. Confer *Eustathium* p. 1148, 24.

Ibid. Κυκλήσομεν, ἀναζεύξομεν. Eadem quoque habet *Suidas*, atque ex eo *Phavorinus*, sed praeter utrumque nemo Lexicographorum veterum. Rectius sine dubio *Apollonius Soph.* in *Lex. Homer.* p. 422. Κυκλήσομεν, ἐπ' ἁμαξῶν ἄξομεν, et *Schol.* ad *Iliad.* η΄. 332. ἐπ' ἁμαξῶν οἴσομεν. κύκλα γὰρ οἱ τροχοί. Fortasse causa posita est h. l. pro effectu, quemadmodum nos quoque in lingua vernacula loqui solemus. Confer *Eustathium* p. 412, 50. et 683, 57.

Ibid. Κυκλόβορος (Scribendum Κυκλοβόρος), ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς. *Schol. Aristoph.*

ad *Equit.* v. 137. (ubi legitur Κυκλοβόρου φωνὴν ἔχων) Κυκλοβόρος ποταμὸς τῶν Ἀθηναίων, οὐκ ἀεὶ οὐδὲ διὰ παντὸς ῥέων, ἀλλὰ χειμάῤῥους. Hinc originem suam habet vox comica κυκλοβορεῖν, quae apud eundem in *Acharn.* v. 389. reperitur, ubi vid. *Schol.*

Ibid. **Κύκλοι**, *κύκλοι ἐκαλοῦντο οἱ τόποι, ἐν οἷς ἐπωλοῦνταί τινες κ. τ. λ.* Quomodo haec intelligenda sint, docet *Maussacus* ad *Harpocrationem*, ex quo haec desumta sunt.

Ibid. **Κοῖλα**, *τὰ ὑποκάτω τῶν ὀφθαλμῶν μέρη, καὶ κυλλοιδιᾷν, ἐπειδὰν οἰδῇ ταῦτα.* Necessario reponendum est Κύλλα vel Κύλα, quod etiam postulat h. l. literarum ordo. *Hesychius:* Κύλα, *τὰ ὑποκάτω τῶν βλεφάρων κοιλώματα. τὰ ὑπὸ τοὺς ὀφθαλμοὺς μῆλα. τὰ ὑπώπια.* ubi Interpretes recte monuerunt, literas υ et οι saepius permutari. Pro Κυλλοιδιᾷν etiam reponendum videtur Κυλοιδιᾷν. *Zonaras Lex.* col. 1271. Κυλοιδιῶ, τοὺς ὦπας ὀγκῶ. *Hippocrates de morbis mulierum* lib. II. p. 642, 49. *καὶ τὰ κοῖλα τῶν ὀφθαλμῶν ἐπανοιδέει.* *Eustathius* ad *Odyss.* ψ. p. 1951, 19. *ὅθεν καὶ κυλοιδιᾷν παρ' ἀττικοῖς, τὸ τὰ κύλα τῶν ὀφθαλμῶν οἰδεῖν ἐκ μακροϋπνίας τυχὸν ἢ ἀϋπνίας.* Confer de hac voce praeter *Schol. Theocrit. Idyll.* I, 38. et *Schol. Aristoph.* ad *Lysistrat.* v. 473. quem *Suidas* compilavit, inprimis *Ruhnkenium* ad *Timaeum* p. 169. ac *Burmannum* ad *Suetonium* T. I. p. 498.

Ibid. **Κυλάραβις**, γυμνάσιον ἐν Ἄργει κ. τ. λ. Copiose de hoc gymnasio in Argolide exposuerunt Interpretes ad *Luciani Apologiam* c. 11. Tom. III. p. 578. ed. *Bipont.*

Col. 137. **Κυλλήστεις**, *τοὺς ὀξεῖς ἄρτους. Αἰγύπτιοι.* Vitiosa est vox Κυλλήστεις. *Hesychius* enim, cui major fides est habenda, tradit: Κυλλάστις, *ἄρτος τις ἐν Αἰγύπτῳ ὑπὸ* (lege *ἀπὸ*) *ῥίζων ἐξ ὀλύρας*, ubi plura dabunt Interpretes. Scribendum itaque est in *Photio:* Κυλλάστεις (aut, quod mihi magis placet, Κυλλήστεις, ut scribitur apud *Herodotum* II. c. 72. ubi videndus *Wesselingius* p. 139. et *Gronovius* p. 881. 117, 11.), τοὺς ὀξεῖς ἄρτους. Αἰγύπτιοι.

Ibid. **Κυλλοιδιᾷν**, *τὸ τὰ κοῖλα οἰδεῖν ἐκ μέθης κ. τ. λ.* Scribendum Κυλοιδιᾷν et τὰ κῦλα. Confer *Theocrit. Idyll.* I, 38. ac *Intt.* ad *Pollucis Onom.* II. cap. 4. sect. 66.

Ibid. **Κύμβαχος**, *ἐπὶ κεφαλὴν πεσὼν, καὶ ἄνω τοὺς πόδας.* *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 423. Κύμβαχος, ἐπὶ μὲν τοῦ ἄκρου τῆς περικεφαλαίας — Κύμβαχον ἀκρότατον νύξ' ἔγχει ὀξυόεντι (*Iliad.* ό. 536.). ἐπὶ δὲ τοῦ ἐπὶ κεφαλὴν πτώματος. — Κύμβαχος ἐν κονίῃσιν ἐπὶ βρεχμόν τε καὶ ὤμους. *Iliad.* έ. v. 586. Eadem verba quoque habet *Etymolog. M.* c. 545, 22. Confer *Zonarae Lex.* col. 1263 sequ. *Eustathium* p. 584, 16. et 1030, 36. ac *Valckenarium* ad *Eurip. Phoen.* v. 1157. p. m. 567. et ad *Herodotum* VII. cap. 166. p. 564.

Ibid. **Κύμβιον**, (scribe Κυμβίον) *εἶδός τι ἐκπέματος ἐπίμηκες καὶ στενὸν κ. τ. λ.* Eadem verba leguntur quoque in *Harpocratione*, quae petita sunt ex *Athenaei Deipnos.* lib. XI. cap. 63 sequ. ubi vid. *Intt.* Adde *Pollucis Onom.* VI, 95. *Schol. Demosth.* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 93. *Eustathius* ad *Iliad.* δ'. p. 584. ed. *Rom.* habet Κυμβαῖον, pro quo in *Etymolog. M.* c. 545. l. 31. Κυμβεῖον legitur.

Ibid. **Κύμβηκα**, *τὸν κύμονα λέγουσιν.* E conjectura *Lobeckii* mei, quam probo, rescribendum est: Κίμβικα, *τὸν γνίφονα λέγουσιν.* Teste *Phavorino* Κίμβιξ est λίαν μικρολόγος περὶ χρήματα. Γνίφων pro *avaro* legitur apud *Lucianum* in *vitarum auctione* c. 23. T. III. *Opp.* ed. *Bip.* p. 108. (ubi *Reitzius* σκνιφὸν legere malebat, de qua voce vide *Küsterum ad Aristoph. Plut.* v. 590.) in *Somnio* c. 30. T. VI. p. 338. et *Alciphr.* III. Ep. 34. junctim autem utrumque reperitur apud *Nicet.* II, 3. Confer quoque *Eustathium* p. 1828, 10.

Ibid. **Κύνα**, *τὸν ὦπα δοκεῖ πρῶτος ὀνομάσαι Σωκράτης.* Summa quidem obscuritate laborat haec glossa, quae apud nullum

alium Lexicographum graecum reperitur, nec tamen prorsus fortasse de restitutione ac explicatione ejus desperandum erit, si sumere licet, referendam eam esse ad jusjurandum Socraticum, de quo infra s. v. Ῥαδαμάνθυος ὅρκος a me expositum est. Quid itaque, si loco τὸν ὦτα reponatur τὸν ὅρκον, et loco ὀνομάσαι scribatur ὀμόσαι? Sed nihil definire audeo.

Ibid. **Κυνᾶς**, τὰς περικεφαλαίας — — — μέμνηται Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας οὕτως· οἱ τὰς κυνᾶς τὰς σιωπὰς ἔχοντες. Confer Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 1377, 10. e quo Βοιωτίας reponendum erit loco σιωπάς. Confer *Photium* et *Hesychium* s. v. Κυνῆ Βοιωτία.

Ibid. **Κυναίη**, περικεφαλαία. Scribendum est **Κυνέη**, ut legitur in *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 424. qui habet: Κυνέη, κυρίως ἡ περικεφαλαία, ἡ ἐκ κυνείων δερμάτων· καταχρηστικῶς δὲ, ἡ ἐξ ἄλλων. adductis simul locis *Homeri Iliad.* κ΄. 335 et 252. γ΄. v. 336. Confer quoque *Eustathium* p. 319. lin. 51.

Col. 138. **Κυνῆ Βοιωτία**, ἐπεὶ ἐκεῖ καλαὶ γίνονται αἱ κύνες. Loco κύνες reponendum necessario est κυναῖ, ut habet *apographum Küsteri* ad *Suidam* s. v. Κυνέας. *Hesychius:* Κυνῆ Βοιωτία. ἐγένοντο γὰρ διάφοροι. ἀλλ' αἱ ἐν Βοιωτίᾳ καλαὶ κυναῖ, ὡς οἱ κατ' ἀγρὸν ἐφόρουν. Confer quoque *Theophrastum* lib. III. de *hist. plant.* c. 10.

Ibid. **Κύνβη**, πλοίου εἶδος. Σοφοκλῆς. Apographum *Brunckii* in *Lexico Sophocleo* s. h. v. κύμβη habet, quod rectius videtur. Confer *Athenaei Deipnos.* XI, 482. d. e. et 483. a.

Ibid. **Κυνίδαι**, γένος τι Ἀθήνησιν οὕτως καλούμενον. In *Harpocratione*, unde haec sumta sunt, legitur Κυνίδαι, cum simplici ν.

Col. 139. **Κυνοραῖσταί**, κρότωνες, οἱ τῶν κυνῶν τὸ αἷμα ἐκπιπίζοντες. Scribendum est ἐκπιτίζοντες, h. e. *pitissando exhaurientes.* *Zonaras Lex.* col. 1264. habet ἐκμυζῶντες. Vide *Aristotel. H. Anim.* V. cap. 26. Caeterum glossa est *Homerica* pertinens ad *Odyss.* ϛ΄. 300. ἔνθα κύων κεῖτ' Ἄργος ἐνίπλειος κυνοραιστέων. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 424. ibique Intt. ac *Eustathium* p. 773, 20. et 945, 51.

Ibid. **Κυντερώτατα καὶ Κυντατώτατα** λέγουσιν. κ. τ. λ. Confer *Etymol. M.* v. κρατερὸς p. 535, 36. et p. 546, 1. ac *Eustathium* ad *Odyss.* ή. p. 1577, 62.

Ibid. **Κυπάσεις**, ἔνδυμα γυναικεῖον. Observatis a me ad h. l. in *libello animadversionum* addenda est auctoritas *Harpocrationis*, qui habet Κύπασσις. Praeterea conferendus est *Toupius* in *Suidam* T. I. p. 373 seqq. edit. *Londin.* ac *Iacobsius* ad *Anthol. Gr.* T. I. Vol. II. p. 59 seqq. Vocem κυπασίσκος subministrat *Hipponax* apud *Tzetzen* ad *Lycophr.* v. 855. p. 96.

Ibid. **Κύπελλον**, κισσύβιον, ποτήριον. Est vox *Homerica*, quae *Iliad.* λ. v. 596. occurrit, ubi Schol. ἔκπωμα, ποτήριον. παρὰ τὴν κοιλότητα, ubi fortasse legendum est κυφότητα. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 425. ac *Athenaei Deipnos.* lib. XI. cap. 65. ubi vid. *Casaubonus.*

Ibid. **Κύπηρον**, ἔμορον. Corruptum esse hunc locum, quis negabit? Partim enim ignorat Graecia vocem Κύπηρον, partim haec vox, si etymologiae ratio habetur, cum ὅμορον nihil commune habet. Quamquam vero consultius esset aliorum sagacitati emendationem ac explicationem hujus glossae relinquere, tamen licebit mihi libertate aliis concessa uti, ac modeste meas de hoc articulo conjecturas proponere. Si quid video, in glossa pariter ac glossemate lapsi sunt librarii Lexici Photiani. Hoc certum quoque puto, pro **Κύπηρον** scribendum esse **Κύπειρον**, ad quam lectionem vel codice D. qui Κύπερον habet, ducimur. Sed quid tunc voci ὅμορον faciendum erit? Ad hanc quaestionem responderi potest, scribendum esse vel Ὅμηρος, vel παρ' Ὁμήρῳ. Vox enim κύπειρον, quam *Athenaeus* lib. II. cap. 73. Vol. I. ed. *Argentorat.* p. 255. inter aromata refert, quae propomati apud veteres admiscebantur, ab *Hesychio* autem

περιάνθος, ἵπποις ἐδώδιμον, explicatur, occurrit apud *Homerum Iliad.* Φ'. 351. ubi Schol. ἔνιοί φασι κήβριον. Confer *Dioscor.* I, 4. *Theophrast. Hist. Plant.* IV, 11. Nec repugnarem, si quis μύρον loco ὅμορον reponere mallet; certe apud *Athenaeum* l. l. cum μύρῳ Αἰγυπτίῳ conjungitur.

Ibid. **Κυπρόθεμις**, ὄνομα κύριον, ὃν κατέστησε Τιγράνης φρούραρχον Σάμου, βασιλέως ὕπαρχον. Scribendum est: ὃν κατέστησε Τιγράνης, ὁ βασιλέως ὕπαρχος, φρούραρχον Σάμου. Haec enim sunt verba *Demosthenis* in *Orat. de Rhod. libert.* Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 193. l. 3. Σάμον δὲ φρουρουμένην ὑπὸ Κυπροθέμιδος, ὃν κατέστησε Τιγράνης, ὁ βασιλέως ὕπαρχος. Locum hunc laudat quoque *Harpocration* p. 224. e quo sua hausit *Photius*.

Ibid. **Κυπτάζουσιν**, στραγεύονται (lege: στραγγεύονται) ἢ διὰ μικρολογίαν περὶ τὰ βραχύτατα ἀσχολοῦνται. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Nubes* v. 505.

Ibid. **Κυρβασία**, τιάρα, κ. τ. λ. *Gloss. Herodot.* p. 176. Κυρβασίας, τιάρας. Confer *Herodot.* VII, 64.

Ibid. **Κύρβεις**, τοὺς κύρβεις φησὶν Ἀπολλόδωρος κ. τ. λ. Totidem fere verbis haec leguntur in *Harpocratione*, in quo tamen pro παραστάσεως rectius ἀναστάσεως exhibetur. Confer quoque *Schol. Aristophanis ad Nubes* v. 447. et *Schol. Apollon. Rhod.* IV, 280.

Col. 140. **Κύρβεις**, τρίγωνοι ἄξονες κ. τ. λ. Confer *Ruhnkenium* ad *Timaei Lexicon Platonicum* p. 170.

Ibid. **Κύρβεις**, τρίγωνοι πίνακες κ. τ. λ. Eadem leguntur quoque in *Scholiis* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collectis p. 38.

Ibid. **Κυρηβίων**, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου κ. τ. λ. Desumta sunt haec ex *Harpocratione*. Locus *Demosthenis* exstat Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 433, 21.

Ibid. **Κύρημα**, ἐπίτερμα, συγκύρημα, ἕρμαιον. Pro κύρημα etiam in *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 425. κύρμα legitur, quae vox apud *Homer. Od.* ε. v. 473. reperitur. Confer *Schol.* ad *Aristoph. Aves* v. 430. Addenda haec sunt observatis a me ad h. l. in *libello animadversionum*.

Ibid. **Κυρία ἐκκλησία**. οἱ Πρυτάνεις συνῆγον κ. τ. λ. Sunt verba *Aristotelis* in *Atheniensium republica*, laudata quoque ab *Harpocratione* p. 225. quem compilavit *Photius*.

Col. 141. **Κυριβάσασθαι**, διαμαχέσασθαι. οὕτως Κρατῖνος. Scribendum Κυρηβάσασθαι. Confer notata a me in *libello animadversionum* ad col. 140. p. 30. ac *Eustathium* in Il. ψ. p. 1326, 54.

Ibid. **Κύρειον**. Κύρειον στράτευμα Ἰσοκράτης ἐν τῷ Πανηγυρικῷ φησίν. Locus, ad quem *Photius* respexit, reperitur cap. 40. ubi autem nunc legitur: τῷ Κυρείῳ στρατοπέδῳ. Alius locus, qui huc referri possit, in *Panegyrico* non reperitur. Κύρειον στράτευμα legitur apud *Xenophontem* in *Anab.* VII, 2, 4. Confer *Corayi animadverss. ad Isocratem* T. II. p. 52. et *Sturzii Lexicon Xenophonteum* Vol. II. p. 809. Caeterum ex *Harpocratione*, quem descripsit *Photius*, in fine hujus articuli pro ἀναβεβηκέναι legendum est ἀναβεβηκὸς aut συναναβεβηκός, quam lectionem orationis series postulat.

Ibid. **Κυρῖσαι**, φιλῆσαι. Apud nullum scriptorum veterum, nec in ullo Lexicographo occurrit vox Κυρῖσαι, qua nonnemini comicus aliquis usus esse videbatur, metaphora ducta ab animalibus, se invicem cornu ferientibus. Sed hoc mihi nimis longe petitum esse videtur; potius persuasum mihi habeo, reponendum esse Κῦσαι vel Κῦσσαι. *Hesychius*: Κύσας, φιλήσας. Idem: Κῦσεν, ἐφίλησεν. *Phavorinus* (nescio unde): Κῦσόν με, φίλησόν με. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις· Κῦσόν με, καὶ τὴν χεῖρα δὸς τὴν δεξιάν. *Homer. Od.* ω. v. 235. et *Oppian. Hal.* V. v. 488. Hinc nostrum *Kuss* et *küssen*.

Ibid. **Κύρνος**, ἐρώμενος Θεόγνιδος. Μακεδόνες δὲ τοὺς σκοτίους κύρνους καλοῦσι. Σκότιοι h. l. dicuntur *obscuris natalibus orti*, *spurii*. *Hesychius*: Κύρνοι, οἱ νόθοι.

Ibid.

Ibid. Κύῤῥη, στήλη τρίγωνος, πυραμοειδής, νόμους ἔχουσα περὶ θεῶν. Loco Κύῤῥη reponendum est Κύρβις. Vide supra s. v. Κύρβεις.

Ibid. Κυῤῥιβάζεσθαι, λοιδορεῖσθαι, διασύρεσθαι. Supra erat Κυρειβάζεσθαι cum eadem interpretatione, ubi vide a me notata.

Ibid. Κύστιν, οὐρείθραν, ἐφήβιον, ὑπογάστριον. Vide *Munkerum* ad *Antonini Lib. Metam.* cap. 41. p. 180 sequ. ed. *Lips.*

Col. 142. Κύτινος, τὰ ἄνθη τῶν ῥοιῶν. Scribendum est Κύτινοι. *Hesychius:* Κύτινοι, τῆς ῥοιᾶς τὰ πρῶτα ἐξανθήματα, ubi vide Intt.

Ibid. Κύφων, ὁ εὐτελὴς ἄνθρωπος. Sic legitur apud *Lucianum* in *Pseudologista* cap. 17. Vol. VIII. *Opp.* ed. *Bip.* p. 73. ubi *Schol.* Κύφωνες ξύλα ἦσαν ἐπιτιθέμενα εἰς τοὺς τένοντας τῶν καταδίκων, ἵνα μὴ εὕρωσιν ἀνακύψαι. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ (Confer *Hemsterhusium ad Aristoph. Plut.* p. 134.), ὦ τύμπανα, ὦ κύφωνες, οὐκ ἄρξητε. Κύφων δὲ ἔστι δεσμὸς ξύλινος, ὃν οἱ μὲν κλοιὸν, οἱ δὲ καλοιὸν ὀνομάζουσιν. ἔνθεν καὶ ὁ πονηρὸς ἄνθρωπος κύφων. τάσσεται καὶ ἐπὶ πάντων δυσχερῶν καὶ ὀλεθρίων. (Confer articulum proxime sequentem, qui ab hoc nostro non sejungendus fuisset.) — Ἀρχίλοχος δὲ ἀντὶ τοῦ κακὸς καὶ ὀλέθριος κ. τ. λ. Adde *Pollucis Onom.* lib. X. sect. 177.

Ibid. Κύψαι, ἀντὶ τοῦ ἀπάγξασθαι. Ἀρχίλοχος· κύψαντες ὕβριν ἀθρόην ἀπέφλοσαν. Verba; κύψαντες ὕβριν ἀθρόην ἀπέφλοσαν non legebantur in *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 392. n. 15. Loco ἀπέφλοσαν reponere mallem ἀπέφυγον aut potius ἀπέφλυσαν. Confer *Apollon. Rhod. Argonaut.* III. v. 583. ὕβριν ἀποφλύξωσιν.

Ibid. Κυψέλαι, Φρονημάτων ἀγγεῖα, ἢ κενοὶ παντάπασιν. Testibus *Hesychio* et *Suida* Κυψέλα et Κυψελὶς est πλεκτὸν ἀγγεῖον πυρῶν, aut κριθῶν, aut μελισσῶν, aut ἄρτων, non autem Φρονημάτων, quae quomodo ἀγγείοις condi possint, equidem non video. Vitiosam esse lectionem Φρονημάτων dubio caret, nihil autem certi habeo, quod ejus loco substituam. Forte legendum est Φρουρημάτων aut Φυλαγμάτων. Conjicere etiam aliquis posset Φυρμάτων. Κυψέλη enim est, teste *Etymol. M.* τὸ κοῖλον τοῦ ὠτίου, et Κυψελὶς dicitur ὁ ἐν τοῖς ὠσὶν ῥύπος. *Schol. Luciani* in *Lexiphane* cap. 1. Vol. V. *Opp.* ed. *Bip.* p. 175. ubi formula κυψελόβυστα ὦτια, h. e. *aures sordibus obturatae* occurrit, haec habet: Κυψέλη λέγεται καὶ ὁ τῶν ὤτων ῥύπος, λέγεται καὶ τὸ κεραμεοῦν στενόστομον ἀγγεῖον, ᾧ τοὺς ἄρτους ἀποτίθενται — — ἄμφω δὲ, ἥ τε κυψελὶς καὶ ἡ κυψέλη, παρὰ τὸ κρύβειν τὴν ἕλην εἴρηται. Confer quoque *Valckenarium* et *Wesselingium* ad *Herodot.* V, 5. Recte itaque *auris* dici potest τὸ Φυρμάτων ἀγγεῖον. Sed de hoc videant alii me acutiores et sagaciores. — Restant verba: ἢ κενοὶ παντάπασιν. Equidem legerim: ἢ κενὰ παντάπασιν. Nam secundum *Etymolog. M.* col. 549. l. 25. κυψέλαι quoque sunt τὰ κενὰ σμήνη, et secundum *Hesychium* τὰ κενὰ σκήνη, aut, ut nonnullis placuit, σκεύη.

Ibid. Κυψεληδὸν ἀνάθημα ἐν Ὀλυμπίᾳ. ἐν Φαίδρῳ. κ. τ. λ. Facillimo negotio hic articulus satis prolixus e *Suida*, quem descripsisse videtur *Photius*, emaculari ac restitui potest, et quidem hoc modo: Ante ἐν Φαίδρῳ omissum est Πλάτων. Locus exstat Vol. X. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 298. e quo luculenter demonstrari potest, loco Κυψεληδὸν apud *Photium* scribendum esse Κυψελιδῶν. Verba enim *Platonis* (ad quae conferendus est *Heindorfius* Vol. I. p. 215.) sunt haec: παρὰ τὸ Κυψελιδῶν ἀνάθημα σφυρήλατος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάθητι. Eadem observatio valet quoque de omnibus hujus articuli locis, ubi haec vox occurrit. Porro loco: ἀλλ' οὐ τὸν Κυψεληδὸν e *Suida* scribendum est: ἀλλ' οὐ τῶν Κυψελιδῶν, h. e. *non autem a Cypselidis dedicatus*, ut *Küsterus* recte transtulit. — In sequentibus commemoratur Ἀγάκλυτος ἐν τῷ περὶ Ὀλυμπίας, ubi e *Photio Suidas* emendan-

dus videtur, apud quem male legitur: ὡς Ἀγάκλυτος, ὅς ἐν τῇ π' Ὀλυμπιάδι φησὶν οὕτως. — Pro Ἠλίων *Suidas* habet Ἠλείων, quod leve est. Frequens enim est literarum ι et ει inprimis in nominibus propriis permutatio. — Aperte autem mendosa sunt in sequentibus verba: καὶ γὰρ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ καιρῶν δύο λέγειν οὕτως, quae rectius in *Suida* ita leguntur: καὶ γὰρ Θεόφραστος ἐν τῷ περὶ καιρῶν β' λέγει οὕτως. — Pro στρατείας *Suidas* habet στρατοὺς, sensu eodem. — Verba ἀλλὰ καὶ τὰ αὐτοῦ πρὸς τὸ μὴ ὑπάρχειν ἐφόδια διὰ τοῖς ἐπιβουλεύουσιν misere depravata sunt, ac omni sensu carent. Reponendum est ex eodem: ἀλλὰ καὶ τὰ αὐτοῦ, πρὸς τὸ μὴ ὑπάρχειν ἐφόδιον τοῖς ἐπιβουλεύουσιν. — Etiam in *Epigrammatibus*, quae in fine hujus articuli adducta reperiuntur, textus *Photianus* a vera scriptura recedit. Prioris enim initium ita effert: Εἰμὶ ἐγὼ χρυσοῦς, σφυρήλατος εἰμὶ κολοσσὸς, quod autem in *Suida* rectius ita exhibetur: Αὐτὸς ἐγὼ χρυσοῦς σφυρήλατος εἰμὶ κολοσσός. Aeque vitiose in posteriore *Apellae Pontici*. epigrammate editum est: Εἰμὶ ἐγὼ Νάξος παγχρύσεος, εἰμὶ κολοσσός. pro eo, quod *Suidas* habet: Νάξιος εἰμὶ ἐγὼ, παγχρύσεος εἰμὶ κολοσσός. — Confer quoque *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 57.

Ibid. **Κύων παρ' ἐντέροις.** Παροιμία ἐπὶ τῶν μὴ δυναμένων ἀπολαύειν τῶν παρακειμένων κ. τ. λ. Post ἐντέροις fortasse ἀνθερίκοισι vel ἄνθεσι supplendum erit. Alias enim absurdum videtur proverbium, cum alias intestina canum gratissimum sint pabulum, ut notissimum est. Sic prorsus in *Anthologia graeca* ed. *Reisk.* p. 264. ὡς ὁ κύων φάτνῃ ῥόδα, *sicut canis in praesepi rosas custodit.* Huc et illud pertinet *Diogenis Cynici* apud *Diogenem Laertium* lib. VI. sect. 45. κύων τεύτλια οὐκ ἐσθίει, *canis betis non vescitur*, ubi vide *Menagium* p. 249. *Erasmus in Adagiis* Chil. II. Cent. IV. n. 24. p. 466. Κύων παρ' ἐντέροις transferens: *Canis circum intestina*, hanc hujus proverbii causam addit: Canes enim oberrant circum intestina, devoraturi, nisi fustem timerent, et paulo post scribit: intestina non facile deglutiri a canibus, ac devorata revomi plerumque.

Ibid. **Κωβήλη**, συνουσιασμός. Ita legitur quoque apud *Hesychium* ac *Phavorinum*, ubi συνουσία exponitur. Sed *Zonaras Lex.* col. 1275. habet Κωβύλη. Utraque vox deest in *Lexicis*.

Ibid. **Κώδιον**, προβάτειον δέρμα. Scribendum erat Κῴδιον cum ι subscripto. Docet hoc praeter *Etymolog. M.* c. 550. l. 6 sequ. *Zonaras Lex.* col. 1276. Κῴδιον, τὸ δέρμα. κωίδιον γέγονε, καὶ συναιρέσει κῴδιον.

Ibid. **Κωδύαι**, μηκώνων κεφαλαί. et

Ibid. **Κωδύα**, ἡ τῆς μήκωνος κεφαλή. Apud *Harpocrationem*, ubi eadem interpretatio additur, legitur Κωδία, quam scripturam etiam habent *Hesychius* et *Suidas*. *Phavorinus* κώδεια scripsit, sine dubio ex *Homer. Iliad.* ξ'. v. 499. (ubi vid. *Schol.*) aut ex *Lycophron. Cassandra* v. 37. ubi conferendus *Tzetzes*. *Schol. Theocrit. Idyll.* XI, 56. Μήκων δὲ λέγεται ἡ κεφαλὴ, καὶ ἀνθήφορος βοτάνη, ἡ λεγομένη κοινῶς κουδέα; quod vocabulum inter graecobarbara referendum est. Caeterum usi sunt hac voce *Hyperides* ac *Aristophanes*, teste *Suida* et *Harpocratione*.

Ibid. **Κωδωνίσαι**, ἀπὸ τῶν ἵππων μετενήνεκται κ. τ. λ. Pertinet haec glossa ad *Aristoph. Ran.* v. 79. ubi vid. *Schol.* Adde quoque *Aristoph. Ran.* v. 735. et *Ulpian.* ad *Demosthen. Orat. de falsa legat.* p. 105. B.

Col. 144. **Κώθων**, ποτήριον Λακωνικὸν στρατιωτικόν. καὶ κουρᾶς εἶδος. Emendari ex hac glossa potest *Zonarae Lex.* col. 1273. ubi nunc legitur: Κώθων, κωρᾶς εἶδος, ac *Tittmannus* haesit in voce κωρᾶς. *Athenaeus* lib. XI. cap. 66. p. 483. A. Κώθων, Λακωνικὸν ποτήριον, ὃ μνημονεύει Ξενοφῶν ἐν πρώτῳ Κύρου παιδείας, scilicet cap. 2. §. 8. Vide quoque *Eustathium* p. 1224, 50. ac *Foesii Oeconom. Hippocr.* p. 367.

Ibid. Κωλακρέται, ταμίαι τοῦ δικαστικοῦ, οἶον καὶ τὰ εἰς θεοὺς ἀναλισκόμενα παρεῖχον. Loco οἶον scribendum esse οἱ, jam notatum est a me in *libello animadversionum*. Scilicet accentum habuerunt librarii pro nota tachygraphica syllabae ον. Confirmat hanc emendationem (quam etiam assensu suo probavit Doct. *Schaeferus* ad *Gregor. Corinth. de dial.* p. 562.) *Timaeus*, qui in *Lexico Platonico* p. 171. haecce habet: Κωλαγρέται, οἱ ταμίαι τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ, καὶ τῶν εἰς θεοὺς ἀναλωμάτων. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Vesp.* v. 693. et ad *Aves* v. 1540.

Ibid. Κωδωνοφορῶν, περιπολῶν καὶ ἐξετάζων, εἰ γρηγοροῦσιν οἱ φύλακες. Ex *Aristophanis Avibus* v. 482. Κωδωνοφορῶν περίτρεχε, ubi vid. *Schol.*

Ibid. Κώλεα, μέρον κρέατος. Scribendum est Κωλεά. *Hesychius:* Κωλεά, μέρος κρέατος. ἀγκαλίς etc. ubi videndi Intt. Scribitur etiam Κωλιά. Vide *Eustathium* p. 1182, 3.

Ibid. Κωλήβη, μήποτε ὁ λάσταυρος. κωλῆβοι γὰρ οἱ ταῦροι. Hoc quidem video, respici hoc articulo ad usum vocis κωλῇ apud *Aristophanem* in *Nubib.* v. 989 et 1013. sed quomodo restituendus sit, me ignorare fateor.

Ibid. Κωλῆν λεκτέον, οὐχὶ ἀκροχώλιον, οὐδὲ κωλεόν. οὕτως Ἀριστοφάνης. Scilicet in *Nubibus* v. 987 et 1017. et in *Avibus* v. 561.

Ibid. Κωλιὰς, τόπος ἐν Ἀττικῇ ἐκκείμενος κ. τ. λ. Recte auctor hujus glossae usus est voce ἐκκείμενος seu ἐγκείμενος loco κείμενος, *Harpocratione* enim teste est maritimum Atticae promontorium a similitudine pedis ita nominatum. *Stephanus Byz.* p. 497. ἐγκείμενός γάρ ἐστι καὶ ὅμοιος ἀνθρώπου κώλῳ. Meminit ejus quoque *Demosthenes* Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 1356, 8. et *Aristophanes in Lysistrata* v. 2. ac *Nubibus* v. 53. ubi vid. *Schol.* ac *Dukerum.* Κωλιὰς γῆ *terra figlina ex Coliade, Atticae promontorio,* commemoratur apud *Athenaeum* lib. XI. p. 482. b. ubi vide Interpretes. Confer quoque *Valckenarium* ad *Herodot.* V, 88. ac *Intt.* ad *Alciphron.* lib. III. Ep. 11. Tom. II. p. 48 sequ. ed. *Wagneri.*

Ibid. Κωλύμη, κώλυμα, κώλυσις, ἐμπόδιον. ἔστι δὲ ἡ λέξις Θουκυδίδου. Confer *Thucyd.* lib. I. cap. 92. (ubi *Schol.* κώλυσις, ἰδία ἡ λέξις Θουκυδίδου) et IV, 27. 63. Legitur quoque haec vox in *Theodor. Prodrom. Amarant.* p. 441. ac *Dionys. Halic. Rhetor.* p. 794, 2. ed. *Reisk.*

Ibid. Κωλαγρέται, οἱ τάμιεῖαι τοῦ δικαστικοῦ μισθοῦ καὶ τῶν εἰς θεοὺς ἀναλωμάτων. Est glossa *Timaei*, quam etiam *Suidas* habet, hoc tantum discrimine, ut pro ταμιεῖαι in *Timaeo* ταμίαι legatur. Confer supra s. v. Κωλακρέται.

Ibid. Κῶμα, κοίμημα. Desumta sunt haec ex *Schol. Homeri Odyss.* σ'. 200. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 427. Κῶμα, κώμημα, ὕπνος. *Hesychius* per κοίμισμα interpretatus est. Copiose de hac voce exposuit *Foesius* in *Oecon. Hippocr.* p. 367 sequ.

Ibid. Κωμάζει, κώμων ἢ δρᾶμα ᾄδει, ὑβρίζει. Legendum esse κῶμον, quilibet videt. Est enim κῶμος, ἡ μετ' ὀρχήσεως ᾠδή, et ἀσελγὲς ᾆσμα.

Ibid. Κώμην, οἱ πλεῖστοι τῶν στενοπῶν καὶ τὴν οἷον γειτνίασιν. E *Suida* legendum esse τὸν στενωπὸν sensus postulat. Locus *Thucydidis*, qui in sequentibus laudatur, notante *Küstero* ad *Suidam*, fortasse reperitur lib. I. cap. 5. sed est prorsus ab hac significatione alienus.

Col. 145. Κωμῳδεῖν, σκώπτειν. Est glossa *Timaei* (ubi videndus *Ruhnkenius*), quam etiam *Suidas* transscripsit.

Ibid. Κωνῆσαι, περιενεγκεῖν (adde κύκλῳ ex *Hesychio*), διακαῦσαι (*Apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 400. n. 11. habet διακαΐσαι. *Alberti* reponit διακλύσαι. Vide *Hesychium* s. v. διακωνίσαι, ibique Intt.), ἀπὸ τῶν πισσούντων, ἐπεὶ περιδείνουσιν (e conjectura *Alberti* legendum est περιδινοῦσιν) ἐν κύκλῳ τὰ πισσούμενα. — — καὶ οἱ

πυττοῦντες (scribendum πιττοῦντες, ut quoque habet apographum *Alberti* l. l. n. 19.) τὰ ἀγγεῖα κ. τ. λ.

Ibid. Κῶνοι, στρόβηλοι. Reponendum est στρόβιλοι, ut apud *Hesychium* legitur.

Ibid. Κῶος, ἐξειτῆς. Vitiosa lectio ἐξειτῆς, quae sensu omni caret, emendari potest ex iis, quae infra sub voce Κῶσος leguntur. Scribendum nempe est ἑξίτης. *Hesychius:* Κῶος Χῖον. ὁ Κῶος ἀστράγαλος, ὁ ἑξ. ὁ μὲν γὰρ Χῖος ἐδύνατο ἕν· ὁ δὲ Κῶος, ἕξ. *Pollux* IX, 100. οἱ δὲ πλείους τὸν μὲν ἑξίτην, Κῶον, ubi videndus *Hemsterhusius.*

Ibid. Κωπαΐδες, ἐγχέλυες. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Acharn.* v. 880. et ad *Pac.* v. 1005. nec non *Pollucis Onom.* lib. VI. cap. 10. sect. 63. p. 603. Addenda est haec vox Lexicis.

Ibid. Κωπαῖοι, σφῆκες. οὕτως Ἀριστοφάνης. Suspicor scribendum esse per ο μικρὸν Κοπαῖοι, ut vespae in ulla aliqua Comici fabula ita dictae sint. Utraque autem vox in Lexicis desideratur.

Ibid. Κωπῆρες, πλοῖον, ὡς ἡμεῖς, καὶ Θουκυδίδης ἐν δ'. nempe cap. 118. quem locum etiam ante oculos habuit *Suidas* s. h. v.

Ibid. Κωπητὴρ, σκαλμός. Adde τῆς κώπης, quod habet *Hesychius.*

Ibid. Κώρυκος, θυλάκιον. *Apollonius Sophista Lex. Homer.* p. 427. Κωρύκῳ, θυλάκῳ (ex *Homer. Odyss.* ι. v. 213.) ubi videndus *Villoisonius.* Vide *Eustathium* p. 1446, 4. et 1534, 47 et 53.

Col. 146. Κώτιλος, πανοῦργος, ἢ κόλαξ, ἀπαταιών. Scribendum ἀπατεών. Κώτιλος cum simplici λ habent etiam *Suidas* et *Hesychius*, sed *Zonaras* col. 1275. cum duplici λ Κωτίλλος, ὄρνεον (χελιδὼν secundum *Etymolog. M.* col. 551, 56.) οὕτω καλούμενον, ἀφ' οὗ καὶ οἱ πολλὰ λαλοῦντες κωτίλλοι καλοῦνται. et col. 1279. Κωτίλλων, πανούργως κολακεύων, καὶ πολλὰ λαλῶν, ἀπό τινος ὀρνέου, κωτίλλου καλουμένου. Hinc etiam apparet, ut hoc obiter moneam, in proxime sequente articulo

Ibid. Κωτίλλω, λαλῶ, ante λαλῶ inserendum esse πολλὰ, (Confer *Hesiod. Opp.* v. 373. et *Valckenar.* in *Theocriti Adoniaz.* v. 87 sequ. p. 378 sequ.) quanquam non ignoro, etiam a *Scholiasta inedito Vitebergensi* ad *Lycophron. Cassandr.* v. 1466. κωτίλλειν per λέγειν explicatum esse. Satis enim et ibi quoque series orationis docet, κωτίλλειν in malam partem adhiberi.

Ibid. Κωφὸν, ἄηχον. Pertinere videntur haec verba ad *Homeri Iliad.* ξ'. 16. (ubi κῦμα κωφὸν reperitur, h. e. μηδέπω ἐκκαχλάζον, ut interpretatus est *Apollonius Sophista Lex. Homer.* p. 428. e quo voce ἐκκαχλάζειν Lexica ditari possunt.) aut ad *Lycophr. Cassand.* v. 1452. ubi eadem formula reperitur, ac videndus *Meursius.* — Addit *Photius* ἀσθενὲς, in qua significatione apud *Hippocratem* aliquoties occurrit, ut me docuit *Phavorinus* col. 1140. l. 55. Κωφοὶ — — ἀσθενεῖς παρὰ τῷ Ἱπποκράτει. — Tertio autem loco adjecta a *Photio* interpretatio ἀμβλὺ referenda sine dubio est ad *Homer. Iliad.* ά. v. 390. ubi κωφὸν βέλος occurrit, quem ipsum locum praeter *Apollonium* l. l. etiam *Suidas* adduxit.

Ibid. Κωφότερος κίχλης, παρ' Εὐβούλου (Scribendum Εὐβούλῳ) ἐν Διονυσίῳ λέγεται ἀφωνότερος κίχλης.

Ibid. Κωφότερος τοῦ Τορωνέος λιμένος. περὶ Τορώνην τῆς Θράκης καλεῖταί τις κωφὸς λιμήν. In *Suida* et *Phavorino*, qui hunc pariter ac proxime antecedentem articulum exhibent, loco Τορωνέος legitur Τορωναίου, quam lectionem etiam *Stephani Byzantini* p. 713. auctoritas praeferri jubet. In fine hujus articuli transpositio vocum κωφὸς et λιμὴν facienda est, ut legatur λιμὴν κωφός.

Col. 147. Λαβὴν, ἡ μεταφορὰ μὲν ἀπὸ τῶν παλαιστῶν. λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν ἀφορμὴν κατὰ τῆς τέχνης τῆς κατ' αὐτῶν διδόντων. Post Λαβὴν omissum sine dubio est verbum aliquod, διδόναι aut ἔχειν. Praepositio κατὰ ante τῆς τέχνης delenda est. Confer *Eustathium* ad Iliad. ψ, p. 1327, 2.

Ibid. *Λαβρωνεῖον*, *εἶδος ποτηρίου πλατὺ τῇ κατασκευῇ, καὶ μεγάλα ὦτα ἔχον. οὕτως Μένανδρος.* Sine dubio hoc poculum (Persicum secundum *Athenaeum* lib. XI. cap. 68. ubi *Λαβρωνία* scribitur. In *Suida* legitur *Λαβρώνιον*, quod rectius est. Confer Intt. ad *Athen.* l. l.) nomen habet ab inusitata voce *λαβρόω*, *absorbeo*, *obruo*, quae apud *Lycophronem* in *Cassandra* v. 705. occurrit, unde *λάβρος*, *vorax*, *violentus*, ibid. v. 724. *Athenaeus* l. l. *Λαβρωνία. Ἐκπώματος Περσικοῦ εἶδος, ἀπὸ τῆς ἐν τῷ πίνειν λαβρότητος ὠνομασμένον. πλατὺ δ' ἐστὶ τῇ κατασκευῇ καὶ μέγα. ἔχει δὲ καὶ ὦτα μεγάλα. Μένανδρος Ἁλιεῖ — et ἐν Φιλαδέλφοις.* En fontem, e quo *Photius* sua hausit. In *Lex. MS.* apud *Montfauc. Bibl. Coisl.* p. 235. *λαβρώνιον* scribitur.

Ibid. *Λαβύρινθος*, *κογχλοειδὴς τόπος κ. τ. λ.* Scribendum *κοχλοειδὴς*, ut legitur in *Lex. MS.* apud *Montfaucon. Bibl. Coislin.* p. 234. ubi hic articulus, sed auctior, reperitur. Confer quoque p. 473.

Ibid. *Λάγανα* — — *πλακουντάρια ὡς καπυρώδη.* Illud *ὡς* exulare jubeo. Confer *Montfauc. Bibl. Coislin.* p. 235. Ibid. p. 473. *πλακούντια* legitur.

Ibid. *Λαγίσκα*, *ἑταίρα τις, ἧς Λυσίας μνημονεύει.* scilicet *ἐν τῷ πρὸς Λαΐδα*, teste *Harpocratione* et *Suida*. Mentionem ejus quoque facit *Athenaeus Deipnos.* lib. XIII. p. 570, e. 586, e. et 592, e. ubi et *Λαγίσκη* et *Λαγίσκα* scribitur.

Ibid. *Λάγματα*, *ἱερὰ ἀρπάγματα.* Alio modo (scribit *Hermannus* in nota subjecta) vitiatur hoc verbum in Cod. D. *ἀπράγματα*. Sed haec ipsa lectio Cod. D. veram emendationem hujus loci nobis monstrat. Ex conjectura enim Doctissimi *Lobeckii*, quam meam facio, scribendum est: *Δράγματα*, *ἱερὰ ἀπάργματα.* Confer *Spanhemii Comment.* in *Callim. Hymn.* in *Delum* v. 283.

Ibid. *Λάγνης*, *οὐ λαγνὸς ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν λέγεται. τοιαῦτα μέντοι πολλὰ ἀναγκαίως ἔχει παρασχεῖν κ. τ. λ.* Iudice *Lobeckio* et sensus et metri leges jubent, ut *πάσχειν* legatur pro *παρασχεῖν*.

Ibid. *Λαγῶα*, *τὰ λάγια κρέα ὀνομάζουσιν. οὕτως Ἀριστοφάνης.* Nihil in notis subjectis adnotatum est de diversitate lectionis in hoc articulo. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 409. n. 8. loco *λάγια* exstitit *τὰ λάγνα*, quod *Alberti* in *λάγεια* mutare malebat. In *Aristophane* saepe vox *Λαγῷα* occurrit, sed semper cum jota subscripto; quare et apud *Photium* reponere mallem *Λαγῷα*, scilicet *κρέατα*. Sic etiam scribitur apud *Eustathium* p. 1821, 28.

Ibid. *Λαγωὸς καθεύδων*, *παροιμία ἐπὶ τῶν προσποιουμένων καθεύδειν.* Reperitur hoc proverbium in *Epigrammate Meleagri* CXX. v. 1. Tom. I. *Anthol. Gr.* ed. *Iacobs* p. 36. Confer quoque *Erasmi adagia* Chil. I. Cent. X. n. 57. p. m. 336.

Col. 148. *Λαγωὸς περὶ τῶν κρεῶν* (scilicet *τρέχει*). *παροιμία κ. τ. λ.* In verbis sequentibus: *λαγὼς τὴν περὶ τῶν κρεῶν τρέχει*, articulus *τὴν* nihil habet, ad quod referri possit, quare delendum censeo, pariter ac *τὸν*, quod apud *Suidam* reperitur. Copiose de hoc adagio exposuit *Erasmus* in *Adagiis* Chil. II. Cent. I. n. 80. p. 383. [Suidae *τὸν* cur solicites, nihil causae est. V. L. Bos. Ell. p. 222. Schaefer.]

Ibid. *Λαθύρους*, *ἀράκους.* Confer *Hesychium*, *Phavorinum*, *Pollucis Onom.* I. sect. 247. ac *Eustathium* p. 948, 42.

Ibid. *Λαῖμα*, *ἀπὸ τοῦ λαιμᾶν, εἴρηται τὸ βρένθυμα.* Notatis a me ad hunc articulum in *libello animadversionum* addendus est locus *Aristophanis* in *Avibus* v. 1562. qui sine dubio hac glossa respicitur.

Ibid. *Λαῖφος*, *ἱμάτιον.* et quidem vile atque pannosum. Saepius usus est hac voce *Homerus*, v. c. Odyss. *ύ.* 206. ubi Schol. *Λαῖφεα* explicat *ῥάκη ἢ λεπτὰ ἱμάτια.* Confer etiam *Schol.* ad Iliad. *ν'.* 399. ac *Eustathium* p. 1745, 61.

Ibid. *Λακέρυζα κορώνη*, *ἡ μεγάλα κράζουσα.* Ita quoque *Hesychius*. *Suidas* autem habet *κρώζουσα*. Confer supra a me ad vocem

Κρώζει notata, *Eustathium* p. 488, 10. (ubi videndus *Politus* T. III. p. 1059.) *Platonis Polit. i.* p. 516. a. ed. *Lugd.* et *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 196.

Col. 149. **Λάκκος.** Ἀθηναῖοι καὶ τῶν ἄλλων — — — καὶ Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἄφοβον Ψευδομαρτυριῶν κ. τ. λ. Respicitur locus Vol. II. *Oratt. GG.* p. 845, 18. ubi tamen pro καὶ τὰ λακκάματα ἀποσπάσας nunc impressum legitur: καὶ τὰ θυρώματ' ἀποσπάσας. Confer *Schol. Aristoph*, ad *Eccles.* v. 154.

Ibid. Λακκόπλουτον. Καλλίαν τὸν Ἀθηναῖον οὕτως ἔλεγον ἐξ αἰτίας τοιαύτης. κ. τ. λ. *Plutarchus Vit. Aristid.* c. 5. Φασὶ λακκοπλούτους ὑπὸ τῶν κωμικῶν τοὺς ἀπὸ τῆς οἰκίας λέγεσθαι, σκωπτόντων εἰς τὸν τόπον, ἐν ᾧ τὸ χρυσίον ὁ Καλλίας εὗρεν. Confer *Intt.* ad *Polluc. Onom.* lib. IX. cap. 5. sect. 49. p. 1012. et ad *Alciphron.* lib. I. Ep. 9. Tom. I. p. 52. ed. *Wagner.* — Caeterum in verbis: ἐν τῇ περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίᾳ, περὶ natum est ex falsa explicatione notae pro παρά.

Ibid. Λακωνικὸν τρόπον, περαίνειν ἢ παρέχειν ἑαυτὰς τοῖς ξένοις. *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 419. alia distinctione facta, hunc locum ita legit et emendat: Λακωνικὸν τρόπον περαίνειν, παιδεραστεῖν, ἢ παρέχειν ἑαυτὰς (*Hesychius* ἑαυτὸν rectius habet) τοῖς ξένοις. Lacones enim ob paederastiam male audiebant.

Ibid. Λακωνίζειν, παιδικοῖς χρῆσθαι. Ἀριστοφάνης Θεσμοφοριαζούσαις β'. Mallem legere παιδίοις, quod habet *Hesychius.*

Ibid. Λακκοσκαπέρδαν ἀντὶ τοῦ λακκόπρωκτον. κ. τ. λ. In fine hujus articuli pro λακκαράτους scribendum esse Λακαταράτους, docet vel addita explicatio, τοὺς ἄγαν καταράτους. *Apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 418. n. 22. Λακκαταράτους exhibet. Confer notata a me in *libello animadversionum* ad vocem Λακκατάρατοι.

Ibid. Λακπάπτειν, Φερεκράτης Πετάλῃ κ. τ. λ. Λακπατεῖν (ita enim legendum esse jam notatum est a me in *libello animadversionum)* est idem quod λὰξ πατεῖν, quae formula saepius reperitur in *Anthologia Graeca*, ut multis exemplis docuit *Jacobs* in *anim.* ad *Epigr. Anthol. Gr.* Vol. I. P. I. p. 129. Hinc ductum est λαξπάτητος in *Sophocl. Antigon.* v. 1391. ubi vid. *Schol.* Vide quoque *Eustathium* p. 625, 21.

Ibid. Λακρατίδας, τὰ κατεψυγμένα κ. τ. λ. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 419. n. 1. vitiose legitur κατεψυμένα, quod recte in κατεψυγμένα mutavit *Alberti*, quam emendationem *Hermannus* in textum recipere non dubitavit. Mallem equidem legere κατεπηγμένα aut ἀπεπηγμένα. Confer *Schol. Aristoph. Acharn.* v. 219.

Col. 150. Λάκωνες, κυβευτικοῦ βώλου ὄνομα. Confer infra a me dicta ad vocem Λάμπων.

Ibid. Λαλίστατον, τὸ κατὰ λόγον σοφὸν κ. τ. λ. Ita etiam *Suidas.* Nihilominus tamen scribere mallem: τὸν κατὰ λόγον σοφὸν, ut habet apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 420. n. 25. et *Lexicon MS.* in *Bibl. Coislin.* p. 473. Λαλίστατον occurrit apud *Eurip. Cyclop.* p. 314. ac sequens λαλίστερον apud *Aristoph. Ran.* v. 91. Vide quoque *Eustathium* p. 625, 21.

Ibid. Λαμία, θηρίον. E *Schol. Aristoph.* ad *Vesp.* v. 1030. ducta videtur haec glossa. Confer *Athenaei Deipnos.* VII. p. 286. c. ubi vide Intt. et p. 306. d.

Ibid. Λαμπάδιον, ὃ νῦν λαμπάδα καλοῦσιν. οὕτω Δίναρχος (ἐν τῷ κατὰ Πυθίου) καὶ Πλάτων. Scilicet ἐν πρώτῳ τῆς Πολιτείας p. 410. A. λαμπάδιον vocans, quod antea λαμπάς. Confer *Harpocrationem*, ex quo haec sumta sunt.

Ibid. Λαμπάδος. τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς λαμπάδος κ. τ. λ. Hunc quoque articulum ex *Harpocratione* descripsit *Photius.*

Ibid. Λαμπάδιον. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν. ἔρια οἰσυπηρά κ. τ. λ. Scribendum est: Λαμπάδιον περὶ τὸ σφυρόν. Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν ἔρια οἰσυπηρά, nempe φησίν. Locus reperitur v. 1192. ἔρι' οἰσυπηρά,

λαμπάδιον περὶ τὸ σφυρόν. Confer quoque *Suidam*, qui habet: λαμπάδια περὶ τὸ σφυρόν. οἱ μὲν τὸ λεπτὸν χειρίδιον; ubi quidem *Küsterus* monuit, loco χειρίδιον (quod etiam habet *Schol. Aristoph.* l. l.) e *Photio* ἐρίδιον legendum esse, (sequuntur enim apud nostrum verba haec: οἱ μὲν τὸ λεπτὸν ἐρίδιον, ᾧ καταδεῖται τὰ κατάγματα) sed mallem amplecti *Alberti* sententiam, qui apud utrumque κειρίδιον legendum conjicit. Fortasse quoque praestaret apud *Photium* reponere: τὴν λεπτὴν κηρίαν ex *Hesychio*, nam deminutivum κηρίδιον cum λεπτὸν conjunctum minus placet.

Col. 151. Λαμπὴ (Legendum Λάμπη), παχὺς ἀφρὸς, ἐπιπολῆς τοῦ οἴνου. Adde *Plutarchum adv. Stoicos* T. X. *Opp.* ed. *Reisk.* p. 424. χαίρουσι γὰρ λάμπῃ καὶ ὄξει, τὸν δὲ πότιμον καὶ χρηστὸν οἶνον ἀποπετόμενοι φεύγουσι.

Ibid. Λαμπίνη, εἶδος ἅρματος, ἁμάξης, οὕτω Μένανδρος. Scribendum est Λαμπήνη, ut etiam habet *apographum Clerici* in *indice Menandri* s. h. v. Confer quoque *Hesychium* et *Suidam* s. h. v. 1 Sam. XXVI. v. 5 et 7. Graecae versionis una editio Saulum dormientem describit ἐν λαμπήνῃ, altera ἐν λαπήνῃ. *Suidas* ac *Hesychius* etiam ἀπήνην per τὴν ἅμαξαν interpretati sunt. — Caeterum post Μένανδρος addendum est Ἀλιεῦσιν e *Pollucis Onomast.* X, 52. pag. 1206.

Ibid. Λαμπιστίνη, ἅμαξα βασιλικὴ, ἥρδιον περίφανὲς, ὅ ἐστιν ἅρμα σκεπαστόν. Loco ἥρδιον in Cod. D. legitur ἧδριον, *Suidas* autem ἴρδιον habet. Suspicor scribendum esse ῥαίδιον seu ῥέδιον, ut scriptum exstat in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *Veteres glossae:* Ῥαίδιον, *rheda.*

Ibid. Λαμπουρὶς, ἡ ἀλώπηξ παρ' Αἰσχύλῳ. Bene distinguenda est haec vox (de qua vide *Schol. Pindari Olymp.* XI. extr. *Schol. Theocrit.* VIII, 65. et *Lycophr. Cassandr.* v. 344 et 1393.) ab alia, nempe λαμπυρὶς, quae infra apud *Photium* s. v. Πυριλάμπη occurrit. Λαμπουρὶς enim est teste *Zonara* in *Lex.* col. 1285. εἶδος ἀλώπεκος, ἐχούσης λευκὴν τὴν οὐρὰν, compositum quippe ex λάμπω et οὐρά. Λαμπυρὶς autem est *cicindela*, *noctiluca*, insecti genus, quod ignis modo noctu lucet, compositum ex λάμπω et πῦρ. Confer *Plinii H. N.* XI, 28. et XVIII, 26. fin. *Photius:* Πυριλαμπὶς (ita enim legendum est loco impressi Πυριλάμπη), πτηνόν τι μικρὸν, ὃ ἐν τῷ σκότει λάμπει. καλεῖται δὲ ὑπὸ ἐνίων λαμπυρίς.

Ibid. Λάμιος, ἐκαλεῖτό τις Ἀθήνῃσιν. οὕτως καὶ Μνησίθεος. Longe aliter hanc glossam ex apographo suo protulit *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 421. n. 6. Λάμιος, ἐκαλεῖτό τις Ἀθήνῃσιν. λέγεται δὲ Γνησίθεος, et ita quoque apud *Photium* reponendum est. *Hesychius* s. v. Λάμιον. ἦν τις Ἀθήνῃσιν, ὃ ἐκωμῴδει (legendum ὃς ἐκωμῳδεῖτο. Confer *Schol. Aristoph. Eccles.* v. 77.). λέγεται δὲ καὶ Γνησίθεός τις ἐξ ἐπιθέτου, Λάμιος. Confer quoque *Hesychium* s. v. Θεοὶ ξενικοὶ, ibique *Hemsterhusii* notam.

Ibid. Λαμπρεῖς, δισσοὶ δῆμοι τῆς Ἐρεχθηΐδος φυλῆς. Confer *Harpocrationem* s. v. Λαμπρεῖς, e quo apparet, *Lampras* binas fuisse, unam maritimam, cujus quoque *Aristophanes* in *Amphiarao* meminit, alteram in editiore sitam loco. Confer *Hesychium* s. v. Λαμπρά.

Ibid. Λαμπρὸς, ὁ ἐπιπολάζων ἀφρὸς τῷ οἴνῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑγροῖς. Spuma, quae in superficie vini aliorumque humorum conspicitur, nullo modo λαμπρὸς dici potest, nihil enim habet splendidi et fulgidi. Scribendum itaque est Λάμπη, quae est *crassior spuma vino innatans.* *Galenus Lex. Hippocrat.* p. m. 514. Λαμπηρὰ τὰ ἀφρώδη. Recte. Male autem addit: λάμπει γὰρ ὁ ἀφρός. Confer *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 373. et *Intt.* ad *Hesychium* s. v. λαπτής.

Ibid. Λαμπρόψυχος, ἀντὶ τοῦ μεγαλόψυχος. Sic λαμπροὶ τὰ φρονήματα de juventute Messeniorum legitur apud *Pausaniam Messen.* p. 314.

Ibid. Λαμπρῶς, τὸ φανερῶς, οὐ τὸ ἐνδόξως. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ· καὶ λελυμένων λαμπρῶς τῶν σπονδῶν. Locus hic reperitur Lib. I. cap. 7. init. ubi videndus *Scholiastes* et *Wassius*. Apud eundem lib. VIII. c. 67. legitur: λαμπρῶς ἐλέγετο, h. e. *aperte dixerunt*. In malam partem λαμπρῶς adhibetur ab *Hippocrate Prorrh.* II. p. 416. et *Synesio* Ep. 3 et 67. Sic quoque *Horatius* (lib. III. Od. XI. v. 35.) *splendide mendax*.

Ibid. Λαμπτὴρ, ὁ νῦν φανός. Est glossa *Timaei* in *Lexico Platonico* p. 172.

Ibid. Λαμπτρίς. Λαμπτραὶ δῆμος τῆς Ἐρεχθηΐδος. δύο δὲ εἰσι Λαμπτραὶ, αἱ μὲν παράλιοι, αἱ δὲ καθύπερθεν. Scribendum est Λαμπρεῖς et Λαμπραί. Confer supra sub voce Λαμπρεῖς, ibique a me notata.

Ibid. Λάμπων, κυβιστικὸς βῶλος. (Scridum βόλος.) οὕτως Εὔβουλος. De hac glossa nonnulla sunt a me notata in *libello animadversionum*, quae retractare nolo. Videntur Graeci veteres hominum perfidorum ac fraudulentorum memoriam aut potius infamiam conservare voluisse nominibus, quae talis ac tesseris indiderunt. Sic κυβευτικὸς βόλος (ita enim legendum esse docui), in quo jaciendo aleatores nonnunquam pravis artibus uti solebant, ut collusores circumvenirent, Λάμπων ipsis dictus est, quia, teste *Suida*, olim vixit aruspex quidam et vates Λάμπων nomine, qui per anserem jurare aliosque fallere consueverat. Hinc proverbium: Λάμπων ὄμνυσι τὸν χῆνα, cujus meminit *Aristophanes in Avibus* v. 521. Λάμπων δ' ὄμνυσιν ἔτι καὶ νῦν τὸν χῆν', ὅταν ἐξαπατᾷ τι, ubi videndus *Invernizius* ac *Scholiastes*. Sic etiam, uti supra c. 150. traditum legitur: Λάκωνες (Fortasse Λάκων scribendum est) κυβευτικοῦ βόλου ὄνομα fuit, quia teste *Phavorino* col. 1151. l. 21. Λάκωνες erant αἰσχροκερδεῖς, adeoque fraudulenti. Fortasse tamen loco Λάκωνες seu Λάκων l. l. rescribendum est Λάμπων. — *Zonaras Lex.* col. 1282. Λάμπων, ὄνομα κύριον. Confer *Senftlebium* de *alea veterum* cap. IX. §. 16. ac *Pollucis Onom.* lib. VII. sect. 205.

Ibid. Λὰξ ἐντείνων, λακτίσμασι τύπτων, λὰξ δέ ἐστιν, ὁ ἀπὸ τοὺς δακτύλους τοῦ ποδὸς ποιὸς ψόφος. *Suidas* habet: ὁ ὑπὸ τῶν δακτύλων τῶν ποδῶν ποιὸς ψόφος. Equidem mallem in utroque reponere, ὁ ἀπὸ τῶν δακτύλων τῶν ποδῶν ποιὸς ψόφος.

Ibid. Λὰξ ποδὶ κινήσας, τῷ πλάτει τοῦ ποδὸς κινήσας. *Apollonius Soph. in Lex. Homer.* s. h. v. p. 431. habet: τῷ πλατεῖ τῷ μέρει ποδὸς νύξας καὶ διακινήσας, οὐχὶ λακτίσας ὑβριστικῶς. Uterque respexit *Homer. Iliad.* κ'. 158. ubi Nestor Diomedi non insultat, sed eum e somno excitat.

Ibid. Λαξευτήριον, ἐργαλεῖον οἰκοδομικόν. λαόξόος γὰρ ὁ οἰκοδόμος. Glossa haec ex reliquis Lexicographis ita mihi restituenda et redintegranda esse videtur: Λαξευτήριον, ἐργαλεῖον οἰκοδομικὸν ἢ λιθοξοϊκόν. Λαοξόος γὰρ ὁ λιθοκόπος. Ita enim in sequente articulo *Photius* vocem λαοξόος recte interpretatus est. Lectio οἰκοδόμος ex antecedente voce οἰκοδομικὸν orta esse videtur.

Col. 152. Λαοσσός, ἡ τοὺς λαοὺς σώζουσα. Scribendum esse vel Λαοσσόος ex *Zonarae Lexico*, vel Λαοσόος cum *Suida*, jam observatum est a me in *libello animadversionum* c. 34. Prior conjectura confirmatur auctoritate *Apollonii Soph.* in *Lex. Homer.* p. 432. qui habet: Λαοσσόος, ἡ τοὺς λαοὺς σοοῦσα, ὅ ἐστι σοβοῦσα καὶ ἐπὶ πόλεμον ὁρμῶσα. ὁ δὲ Ἀπίων, ἡ τοὺς λαοὺς σώζουσα. Et sic quoque scriptum reperitur apud *Homerum Iliad.* ν'. 128. ad quem haec glossa referenda est, et in *Hesiodi Scuto Herculis* v. 37.

Ibid. Λαπάδες, τὰ ὄστρεα. καὶ λαπάδες, τὰ ἀγγεῖα. Scribendum est necessario Λεπάδες, et λεπάδες. *Hesychius*: Λεπάδες· τὰ πρὸς ταῖς πέτραις κεκολλημένα κογχύλια ὀστρέων ἐλάττω. Idem s. v. Λέπας: τὸ τῇ πέτρᾳ προσισχόμενον κογχύλιον. Similia tradit quoque *Suidas* s. v. λέπας ac *Athenaeus Deipnos.* lib. III. c. 31. Confer *Ez. Span-*

Spanhemium ad *Aristoph. Plutum* v. 1097. et *Valckenarium* ad *Ammon.* II, 15. — Reliqua hujus articuli verba: καὶ λεπάδες, τὰ ἀγγεῖα, lucem foenerantur e *Schol. Oppiani Halieut.* I, 138.

Col. 152. Λάπαθον, ὄρυγμα εἰς θηρίων ἐνέδραν κ. τ. λ. In fine hujus articuli, de quo nonnulla jam sunt a me observata in *libello animadversionum* col. 34. loco ἀντὶ πορθῶν ἐκείνου reddendum est *Photio:* ἀντὶ, πορθῶν ἐκείνου, h. e. *vastando vasuos et inanes reddebat.* Postulant, immo flagitant hanc emendationem verba in textu *Photii* proxime antecedentia: ὅθεν καὶ τὸ λαπάξαι, κενῶσαι, quae etiam *Hesychius* s. h. v. habet. *Athenaeus Deipnos.* lib. VIII. c. 16. p. 363. (Vol. III. *Opp.* ed. *Schweighaeuseri* p. 338.) λαφύττειν γὰρ καὶ λαπάζειν τὸ ἐκκενοῦν καὶ ἀναλίσκειν, ὅθεν καὶ ἐπὶ τοῦ πορθεῖν τὸ ἀλαπάζειν οἱ ποιηταὶ τάττουσι.

Ibid. Λαπιστὴς, ψεύστης, προπετής. Confer praeter *Hesychium Siracid.* XX, 6.

Ibid. Λαπτώμενος, ἀπὸ τοῦ λάπτω εἴρηται, ὁ αἰσχρολοιχός. Quid sibi velit vox αἰσχρολοιχὸς, in nullo scriptore Graeco obvia, nemo facile divinaverit. Aliquando conjiciebam, legendum esse: ὁ αἰσχρὸς, λίχνος. Λίχνος enim Graecis dicitur *gulosus, liguritor, qui ita cupediis deditus est, ut digitos seu catinos lingat,* quique bene cum cane lambente comparari potest. Sed nunc mihi magis placet lectio Cod. D. αἰσχρολόγος, ubi comparatio, aut potius metaphora mihi desumta esse videtur a sono ac strepitu injucundo et molesto, quem canes lambendo bibentes edere solent. *Hesychius:* λάπτοντες, πίνοντες τῇ γλώσσῃ. πεποίηται δὲ ἀπὸ τῶν κυνῶν τῶν τοιούτων, οὕτω πινόντων μετὰ ψόφου. Huc accedit, quod veteres homines impudentes canes appellare consueverunt. Confer meum *Novum Lexicon Graecolatinum in N. T.* Vol. I. p. 1303. [Αἰσχρολοιχὸς genuinum Lexicisque addendum videtur. Sic dicitur κνισσολοιχὸς, ματτυολοιχός. Intelligam autem de spurcissima foeditate, in quam vel digitum intendisse piget. V. Toup. Emend. T. II. p. 167. sqq. SCHAEFER.]

Ibid. Λαρινοὶ βόες, οἱ ἐν Ἠπείρῳ ἀπὸ Λαρείνου βουκόλου κ. τ. λ. Totus hic articulus desumtus est e *Suida*, e quo loco Λαρείνου reponendum est Λαρίνου, et paulo post λαρίνους et λαρινεύειν scribendum est. Λύκος, qui in eodem articulo commemoratur, est *Lycus Rheginus*, qui hujus rei auctor est. Caeterum conferendus est *Eustathius* p. 1243, 11. et 1383, 1. ac *Beckius* in *Comment.* in *Aristoph.* (*Aves* v. 465.) Vol. III. p. 438.

Ibid. Λάρκος, Φορμός ἐστιν, εἰς ὃν ἄνθρακας ἐνέβαλλον κ. τ. λ. Hausit sua *Photius* ex *Harpocratione.* Confer *Aristoph. Acharn.* v. 332 et 350. ubi vid. *Schol.* ac *Pollucis Onom.* lib. VII. sect. 110.

Ibid. Λάρναξ, σωρὸς ἢ κιβωτός. Habet hanc glossam quoque *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 432. Confer Iliad. σ'. 413. et ω'. 795.

Col. 153. Λαρυγγίζειν, τὸ πλατύνειν τὴν φωνήν κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione*, in quo etiam in fine hujus articuli recte ὑπὲρ Κτησιφῶντος legitur. Confer *Demosthen.* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 323, 1. Eadem quoque habet *Scholiastes Luciani* in *Rhetorum praeceptore* c. 19. Vol. VII. *Opp.* ed. *Bip.* p. 239. *Iulius Pollux* II. sect. 207. λαρυγγίζειν δὲ εἴρηκε Δημοσθένης, ὅπερ οἱ παλαιότεροι φαρυγγίζειν ἔλεγον.

Ibid. Λάσιον, λινοῦν περίζωμα. Loco λινοῦν fortasse reponendum est τρίχινον. Significat enim λάσιον, πολυτριχὲς, δασύ. Confer *Matth.* III, 4. ubi ζώνη δερματίνη commemoratur. Tuentur tamen receptam lectionem *Erotianus* p. 244. (qui habet: Λασάνιον] ὀθόνιον, ὡς Θεόπομπος ἐν Ὀδυσσείᾳ καὶ Ἀρτεμίδωρος ὁ γραμματικὸς ἐν ταῖς λέξεσι φησὶ, λινοῦν ὕφος δασὺ εἶναι) ac *Galenus* in *expos. voc. Hippocr.* p. 514. Λάσιον, σινδόνην. Confer *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 376.

Ibid. Λασιόκωφος, λίαν κωφός κ. τ. λ. Vocem hanc ex corrupta *Platonis* (in *Phaedro* §. 74. ubi legitur περὶ ὦτα λάσιος, κωφὸς)

scriptura ortam esse, judicat *Siebenkeesius* ad *Anecd. gr.* p. 20.

Ibid. Λάσκε, λέγε. Sic saepe haec vox in scriptis poetarum occurrit, v. c. *Aeschyl. Agamemn.* v. 874. *Eurip. Rhes.* v. 724. *Lycophr. Cassandr.* v. 460. et *Aristoph. Acharn.* v. 1045.

Ibid. Λάτταγες, οἱ κότταβοι κ. τ. λ. Λάταγες cum simplici τ scribendum est. Confer *Hesychium* s. h. v. ibique Intt. nec non *Pollucis Onom.* VI. sect. 85. et IX, 122. Descriptionem planiorem hujus lusus generis dedit *Athenaeus Deipnos.* lib. XV. c. 3. (Vol. V. *Opp.* ed. *Schweighaeus.* p. 425.) e quo apparet, veteres vini guttas (λάταξ enim proprie est ἡ μεγάλη σταγὼν, teste *Zonara Lex.* col. 1266.) e calice in altum jecisse, ut caderet in aereas pelves, ubi, qui majorem strepitum edebat, vicisse credebatur. Hinc λαταγὴ est ὁ θόρυβος, eodem *Zonara* interprete. Confer *Eustathium* p. 1170, 52. et *Schol. Luciani in Lexiphane* cap. 3. Vol. V. *Opp.* ed. *Bip.* p. 181.

Ibid. Λάτρις, θεράπαινα, δούλη, προσαίτις. Scribendum προσαίτης. Eadem quoque habet *Lex. Cyrilli MS. Brem.* apud *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Λατύπη, λιθουργική, ἡ τὸ λεπτὸν τοῦ ξύλου. *Schol. Pindari Pyth.* V, 124. σκῦρον λέγουσι τὴν λατύπην, τὴν ἀπὸ τῆς κατεργασίας τῶν λίθων ἐκπίπτουσαν. *Eustathius* p. 230. lin. 4. Λατύπη — — τὰ ἀποξέσματα τῶν λίθων. Ex his adductis aliorumque testimoniis luculenter apparet, apud *Photium* pro τοῦ ξύλου reponendum esse τοῦ λίθου aut τῶν λίθων.

Ibid. Λαύρα, ῥύμη, δι' ἧς ὁ λαὸς ἐπανέρχεται. *Pollux Onom.* lib. IX. sect. 38. τὰ δὲ στενὰ, στενωποὺς καὶ λαύρας, adducto simul loco Odyss. χ'. 120. Confer *Athenaeum* lib. XII. p. 542. A. et *D'Orville* ad *Chariton.* I, 4. p. 226. ed. *Lips.*

Ibid. Λαύρειον, τόπος τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τὰ ἀργύρια ἦν μέταλλα. Ita *Hermannus* sine dubio e conjectura edi jussit. In *apographo* enim *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 434. n. 24. legebatur: Λαύρειον τὸ πρὸς (legendum est τόπος) τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τὰ ἀργύρια ἢ μέταλλα. Confer *Valckenarium* ad *Herodotum* lib. VII. cap. 144. p. 565.

Col. 154. Λαφύττειν, ἀναλίσκειν ἀθρόως καὶ ἀσώτως. καὶ λαφυγμὸς, ἡ τοιαύτη δαπάνη. οὕτως Ἀριστοφάνης. scilicet in *Nubibus* v. 52. ubi vide *Schol.* qui ex *Eupolide* citat: Λαφύσσεται λαφυγμὸν ἀνδρεῖον πάνυ. Conf. *Beckii Comment. in Aristoph.* Vol. II. p. 61. *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 432. Λαφύσσει, τῶν πεποιημένων ἡ λέξις, οἷον μετὰ σκυλμοῦ ἐσθίει. ubi in notis laudantur *Homer. Iliad.* λ'. 176. et ρ'. 64.

Ibid. Λαχὸς, (Scribe Λάχος, ut quoque est apud *Suidam*) μέρος, κλῆρος. Confer *Ruhnkenium* ad *Timaei Lexicon Platon.* p. 178.

Ibid. Λάψαι, τῇ γλώττῃ πιεῖν. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 433. Λάψοντες, τῶν ἅπαξ εἰρημένων. ἔστι δὲ μίμημα τῶν λύκων καὶ τῶν κυνῶν, τοῦ γινομένου ἤχου ἐν τῷ πίνειν. ubi vide Intt.

Ibid. Λάων, δεδωκώς κ. τ. λ. Observatis a me ad hunc articulum in *libello animadversionum* addendum est: esse hanc glossam *Homericam*, referendam illam ad *Odyss.* τ'. 229. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* l. l. Λάων, λέγεται ἐπὶ τῆς ἐκτετορνευμένης πόρπης τοῦ Ὀδυσσέος. σημαίνει δὲ τὸ βλέπων (sic *Eustathius* p. 531, 12.). ὁ δὲ Ἀρίσταρχος, ἀπολαυστικῶς ἔχων. βέλτιον δὲ τὸ πρῶτον. ubi videndi Interpretes.

Ibid. Λέαινα ἐπὶ τυροκνήστιδος, σχῆμα ἀκόλαστον. Ἀριστοφάνης. Quae sunt a me ad hunc locum observata in *libello animadversionum* c. 35. inepto loco posita sunt. Pertinent enim ad eandem glossam, quae c. 156. reperitur. De λεαίνης σχήματι copiose exposuit *Schweighaeuserus* ad *Athenaei Deipnos.* lib. XIII. c. 39. p. 577. d. Vol. VII. p. 119 sequ.

Ibid. Λέβερις, τὸ γῆρας, ὃ ἀποδύεται ὁ ὄφις. Scribendum est Λεβηρὶς auctoritate *Hesychii, Suidae,* ac *Zonarae Lex.* col. 1295. Confer *Foesii Oeconom. Hipp.* p. 376. ac *Reimarum* ad *Dion. Cass.* LXI, 2. Vol. II. p. 980.

Ibid. Λέβηρις (Forte Λεβηρὶς), ὄρνεόν τι δυσθεώνιστον. *Suidas:* ὄρνεον ἄσαρκον καὶ

λεπτὸν, unde proverbium natum est γυμνότερος λεβηρίδος, de quo confer *Erasmi adagia* Chil. I. Cent. III. n. 55. p. 117.

Ibid. Λέγειν, ἀντὶ τοῦ οἰκοδομεῖν (*Homer. Odyss.* σ'. 358.) καὶ συλλέγειν (*Homer. Od.* ω. 72. et *Iliad.* ψ'. 239.). Est sine dubio glossa *Homerica*, quam etiam habet *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 434 sequ. et *Zonaras Lex.* col. 1299 et 1300.

Ibid. Λεγνῶδες, ποικίλον. Confer Doct. *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* col. 1297.

Ibid. Λεγωνῆσαι, ἀντὶ τοῦ παῖσαι. οὕτως Ἀριστοφάνης. Loco Λεγωνῆσαι num legendum sit Ληκῆσαι (quod vide infra. Confer notata a me in *libello animadversionum* s. v. ληκούμεσθ' ὅλην τὴν νύκτα.), aut Λεσβίσαι, judicent alii.

Ibid. Λείβει, βάλλει, στάζει. *Hesychius* quoque habet: Λείβων, στάζων, βάλλων. Sed pro βάλλει legere mallem βάπτει, aut πάσσει, aut λάπτει, aut simile aliquid. — *Erotianus* in *expos. voc. Hippocr.* p. 242. λείβονται per σπένδονται interpretatus est.

Col. 155. Λειόβατος, ἰχθύος εἶδος. ἔστι δὲ ὅμοιον νάρκῃ. Descriptionem hujus piscis dedit *Athenaeus Deipnosoph.* lib. VII. cap. 89. Vol. III. *Opp.* ed. *Schweighaeus.* p. 142. Vocatur etiam ῥίνη.

Ibid. Λιμὸν Μηλίῳ, παροιμία, ἐπεὶ οἱ Ἀθηναῖοι ἐκάκωσαν Μηλίους πολιορκοῦντες λιμῷ, ὡς Θουκυδίδης ἐν τῇ ε. Fortasse respexit locum cap. 25. Formula ἐκπολιορκεῖν λιμῷ reperitur apud *Thucydidem* lib. I. cap. 134.

Ibid. Λειριόεντα, ἁπαλὰ, παρὰ τὴν λειότητα, λείριον γὰρ τὸ ἄνθος, προσηνῆ, τερπνὰ, ἡδέα. Transtulit hanc glossam *Homericam* (pertinentem ad *Iliad.* ν'. v. 830.) in Lexicon suum *Photius* ex *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 434.

Ibid. Λεῖτα, τὰ δημόσια. λεῖτα δὲ ὡς εἰ τὰ ἱμάτια παρ' Ὁμήρῳ. Locum hunc esse corruptum, in oculos quidem incurrit, sed quomodo ei sit succurrendum, hoc opus, hic labor est. Suspicari quis posset, scribendum ὡς λεῖτα ἱμάτια παρ' Ὁμήρῳ. Sed λεῖτον, quantum equidem scio, ac indagare potui, apud *Homerum*, (qui voce λεϊστὸς aut ληϊστὸς usus est *Iliad.* ι. v. 406 et 408.) non occurrit. Opinor itaque, *Photium* scripsisse: λεῖτα δὲ ὡς ληΐδα τὴν πραῖδα παρ' Ὁμήρῳ, scilicet *Iliad.* ι. 138 et 280. Nec admodum repugnarem, si quis haec verba ab antecedente articulo male avulsa esse statueret. [Latet, opinor, Homericum λῖτα. Schaefer.]

Ibid. Λειτουργικὴ, κυρίως μὲν, ἡ ἱερατικὴ, καταχρηστικῶς δὲ, ἡ δουλική. scilicet ὑπηρεσία, quod additur in *Lex. A.* et *B.* apud *Matthaei* in *Lectt. Mosquens.* T. II. p. 75. Confer quoque *Valckenarium* ad *Ammonium* cap. XVI. p. 144 sequ.

Ibid. Λεκανεῖς, κεραμέα λοπὰς, καὶ τὰ ἐκπέταλα τρυβλία. Loco κεραμέα λοπὰς scribendum κεράμεαι λοπάδες, scilicet ἐν αἷς ἀνάθρυπτα ἔφερον τοῖς νεογάμοις.

Col. 156. Λεκάρια, λεκανίδια. Repone: Λεκάνια, λεκανίδια. Glossam autem hanc mutilam esse, ex *Suida* s. h. v. apparet, ad quem lectores remittimus. Aeque vitiosa est glossa, quae sequitur:

Ibid. Λεκαρύταινα, εὐρεῖα. Scribendum est: Λευκανίδια, εὐρεῖα, nempe ὀξύβαφα. Fortasse autem haec glossa conjungenda est cum antecedente in unam.

Ibid. Λέαινα ἐπὶ τυροκνήστιδος, σχῆμα ἀκόλαστον. De hoc articulo, qui inepto loco positus est, vide dicta a me in *libello animadversionum* c. 35. ad eundem, qui supra c. 154. legebatur.

Ibid. Λέκραινα, οἱ ἀγκῶνες. E conjectura Doct. *Lobeckii* reponendum est Ὠλέκρανα. *Hesychius:* Ὠλέκρανον, ἀγκών. Sed non opus videtur hac conjectura. *Hesychius* certe ac *Phavorinus* col. 1164. l. 44. habent: λέκρανα ἢ ὠλέκρανα τοὺς ἀγκῶνας. Ergo utraque vox olim in usu fuisse videtur. Confer tamen *Intt.* ad *Hesychium.*

Ibid. Λέκτρον, κοίτη, seu κοίτην, ut habet *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 436. Confer *Odyss.* θ'. 292. ac *Eustathium* p. 250, 35.

Ibid. Λελάβηκεν. Ἡρόδοτος. καὶ καταλελάβηκεν. Locus *Herodoti* est lib. III. c. 42.

p. 113. l. 27. Confer et *Pherecyd. Epist.* ad *Thalet.* apud *Diogen. Laert.* I, 122. et *Valckenarium* ad *Herodot.* p. 217, 7.

Ibid. Λελάφασιν, οἷον πεπώκασιν. *Hesychius:* Λέλαφας, πέπωκας. Confer *Eustath.* ad *Iliad.* φ'. p. 1246, 36.

Ibid. Λέλογας, ἀντὶ τοῦ εἴρηκας λέγεται. In *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 449. n. 1. pro εἴρηκας perperam εὕρηκας legebatur, de qua lectione nihil observatum est in notis subjectis. Caeterum eandem glossam quoque *Hesychius* habet. *Suidas* quoque habet Λέλακας, ἀντὶ τοῦ κέκραγας κ. τ. λ. quae sunt desumta ex *Schol. Aristoph.* ad *Acharn.* v. 409.

Ibid. Λέλογχεν, ἔτυχεν, ἀπέλαυσεν. Λέλογχε *Dionys. Halic.* p. 159. l. 36. λελογχὼς 3 Maccab. VI. 1. *Lucian. in Soloecista* p. 982. λέλογχα δὲ τὸ εἴληχα. *Hort. Adon.* λέλογχα καὶ πέπονθα τροπῇ τοῦ η εἰς ο καὶ πλεονασμῷ τοῦ ν. κέχανδα. Conf. *Maittaire de dialectis l. gr.* p. 65. ed. *Sturzii.*

Ibid. Λελεπασμένον, πεπεμμένον, οὕτως Στράτις. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 447. n. 11. legitur Στράττις cum duplici τ. Et sic legitur etiam infra apud *Photium* s. v. Τρῶγες. *Hesychius:* Λελεπασμένον, εἰς πέψιν ἧκον.

Ibid. Λελυθρωμένον, ὅλως ἐξ αἵματος πλυνόμενον, αἱματωμένον. Confer *Hesychium* s. v. Λύθρον et Λύθρῳ, ibique Intt.

Ibid. Λέμβον, εἶδος νεώς. Scribendum est Λέμβος. Confer *Bastii Epistol. Crit.* ad *Boissonad.* ed. *Lips.* p. 79. Glossa ipsa est ex *Harpocratione* desumta, qui laudat *Demosthenem* (Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 883. pen. 884, 5. et 910, 11.) et Comicos.

Ibid. Λέμμα, λέπισμα. Vide *Aristoph.* in *Avib.* v. 675. Confer etiam *Hesychium* s. h. v. ibique Intt. ac *Eustathium* p. 1863, 53.

Ibid. Λέμφας, πέπωκας. In Cod. D. supra scripta correctio Λέλαφας, quae confirmatur iis, quae supra s. v. Λελάφασιν leguntur.

Ibid. Λέμφοι, τὰ θνησείδια τῶν θρεμμάτων, καὶ ξηρὰ ὑπὸ (lege ἀπὸ) νόσου. Omissa est vox Λέμφοι in omnibus Lexicis. Supra *Photius* κενέβρια per τὰ θνησιμαῖα interpretatus erat. Confer etiam *Polluc.* VI, 55. Facit fortasse huc locus *Eustathii* ad *Odyss.* ξ'. p. 1761, 16. cui λέμφος διὰ τοῦ φ, οὐ μὴν διὰ τοῦ βῆτα, est ἡ πεπηγυῖα μύξα κατὰ τοὺς παλαιοὺς, ἐκ τῶν μυκτήρων· ὅθεν καὶ λέμφος, ὁ εὐήθης — addit: καὶ ὅτι καὶ τὰ μυξώδη κρέα, λέμφοι ἐκαλοῦντο. *Photius* infra: Λέμφους, τὰς πεπηγυίας μύξας.

Col. 157. Λέπαδνα, οἱ μασχαλιστῆρες τῶν ἵππων. Eadem quoque habet *Lex. MS. Sangermanense* teste *Villoisonio* ad *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 437. Confer *Iliad.* ε. v. 730. et τ'. v. 393. *Pollucis Onom.* I, 137. ac *Eustath.* p. 590, 2. Caeterum glossa ipsa ducta esse videtur e *Schol. Aristoph.* ad *Equit.* v. 765. *Schol. Aeschyli* ad *Persas* v. 191. λέπαδνα, οἱ παχεῖς ἱμάντες, οἷς ἀναδεσμοῦνται οἱ τράχηλοι τῶν ἵππων πρὸς τὸν ζυγόν. ἐτυμολογεῖται γὰρ ἀπὸ τοῦ λέπω, τὸ λεπίζω, λέπανον καὶ λέπαδνον, τινὲς δὲ λέπαδνα τὰς μασχαλιστῆρας φασί.

Ibid. Λέπαργοι, οἳ τὰς λαπάρας λευκὰς ἔχουσι. Pro λαπάρας Cod. D. habet λεπάρας, quae lectio magnam veri speciem habet. Sed non sollicitanda est lectio recepta. Confer *Hesychium* s. v. λεπάργου βοὸς, ibique *Intt.* ac *Eustathium* p. 1430, 59. et 1676, 5.

Ibid. Λέπατνα, οἱ περὶ τὰ στήθη τῶν ὑποζυγίων ἱμάντες. Scribendum est Λέπαδνα, quod vide supra.

Ibid. Λεπτὰ πλοῖα, τὰ μικρά. ἡ Θουκυδίδης. Scribendum Θουκυδίδης ἐν β'. Reperitur enim hic locus lib. II. cap. 83.

Ibid. Λεπτήκεις, λέπας. Loco λέπας necessario reponendum est λεπτὰς, et pro Λεπτήκεις scribendum est Λεπτήκεις. Compositum enim est ex λεπτὸς et ἀκὴ, id est ἀκὶς, ἀκμή. Confer *Hesychium* s. h. v. ibique Intt.

Col. 158. *Λέσχαι. λέσχας ἔλεγον δημοσίους τινὰς τόπους, ἐν οἷς σχολὴν ἄγοντες ἐκαθίζοντο πολλοί κ. τ. λ.* Locus *Homeri*, qui in sequentibus laudatur, reperitur *Odyss.* σ'. v. 327. ad quem videndus *Eustathius* p. 1849, 1. Confer etiam p. 437, 25. —— In fine hujus articuli legitur: καὶ αὐτὸν δὲ τὸν Ἀπόλλω παρ' ἐνίοις Λέσχην ἔρειον ἐπικαλεῖσθαι. In *Suida*, ubi idem traditur, legitur Λεσχηνόριον et Λεσχηκόριον. Vera lectio est Λεσχηνόριον, quam etiam exhibet editio *Basileensis* apud *Plutarchum* in *libello de ει apud Delphos* Vol. VII. *Opp.* ed. *Reisk.* p. 513. Epitheton Λεσχηνόριος *Apollini* ex nonnullorum opinione ideo tributum, quod ipso lucente seu interdiu homines inter se confabulentur et colloquantur, noctu autem sileant et conquiescant: reperitur etiam apud *Phurnutum* de *natura Deorum* c. 32. p. 228. ed. *Gal.*, ac *Harpocrationem*, e quo haec glossa est desumta. Confer etiam *Meursium* ad *Lycophronem* v. 543. Mihi vero Apollo Λεσχηνόριος dictus esse videtur, quia praeses disputationum de rebus philosophicis in λέσχαις (Apollini dicatis, teste *Suida*) haberi solitarum esse credebatur. Caeterum de voce λέσχη vide *Graevii Lectt. Hesiod.* p. 62. et *Perizon.* ad *Aelian. V. H.* II, 34.

Ibid. *Λευγαλέα, διάβροχος, οὕτως Σοφοκλῆς.* Glossa haec in nullo Lexicographorum Graecorum reperitur, excepto *Etymologico M.* col. 561. lin. 27. ubi legitur: Λευγαλέον, τὸ ὑγρόν. Σοφοκλῆς, Μύρῳ λευγαλέῳ, h. e. ὑγρῷ. *Hesychius:* καταλευγαλέα, κάθυγρος. Adducit quoque auctor *Etymolog. M.* locum *Homeri Iliad.* φ'. v. 281. νῦν δέ με λευγαλέῳ θανάτῳ εἵμαρτο ἁλῶναι, et addit: τουτέστι τῷ δι' ὕδατος, quam interpretationem praeferendam esse alteri allatae, χαλεπῷ ἢ ἀδόξῳ, series orationis quemvis docere potest. Longe alia habet *Eustathius* p. 1454, 25. 1542, 10. et 1639, 4.

Ibid. *Λευκάς, νῆσός ἐστι πρὸ τῆς Ἠπείρου κειμένη.* Ex *Harpocratione*, qui laudat *Demosthenem* Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 1304, 8. Confer quoque *Eustathium* p. 306, 44. et 1964, 48. Scribendum autem est Λευκαδία loco Λευκάς. Leucas enim est oppidum Leucadiae, quae est peninsula Acarnaniae. Confer *Athenaei Deipnos.* lib. XIV. p. 619. d. e. et *Strabonem* lib. X. p. 452. ed. *Casaub.*

Ibid. *Λευκαὶ φρένες, μαινόμεναι.* In hac significatione legitur apud *Pindar. Pyth.* IV, 194. λευκαῖς πιθήσαντα φρεσὶν, coll. II, 49. ubi legitur: μαινομέναις φρεσὶν, ubi *Schol.* λευκὰς εἶπε φρένας κατὰ τὸ ἐναντίον τοῦ παρ' Ὁμήρῳ (*Iliad.* ρ'. 83. ubi vide *Schol.* et Intt.) μελαίνας, ἃς ἐκεῖνος ἀπὸ τῶν ἐν βάθει διαφαινομένων ὑδάτων κατὰ μεταφορὰν ὠνόμασεν. Confer *Petiti Obss. Miscell.* lib. III. c. 24. p. 209.

Ibid. *Λεύκη.* Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος (Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 313, 24.) τοὺς ἐστεφανωμένους τῷ μαράθῳ (legendum ex *Demosthene* et *Harpocratione* μαράθρῳ) καὶ τῇ λεύκῃ κ. τ. λ. Sunt haec quoque ex *Harpocratione* p. 229. desumta. Loca *Homeri*, quae in fine hujus articuli respiciuntur, exstant *Iliad.* ν'. v. 389. et π'. v. 482.

Ibid. *Λευκάτης, σκόπελος τῆς Ἠπείρου, ἀφ' οὗ ῥίπτουσιν αὐτοὺς εἰς τὸ πέλαγος οἱ ἱερεῖς κ. τ. λ.* Scribendum est Λευκάτη aut ex alia dialecto Λευκάτα. Confer *Cellarii Geogr. antiqu.* Vol. I. p. 893. Infra s. v. Φάων apud *Photium* legitur: ἀπὸ τῆς Λευκάδος πέτρας. — In verbis sequentibus: ἀφ' οὗ ῥίπτουσιν αὐτοὺς εἰς τὸ πέλαγος οἱ ἱερεῖς, mendum latet. A nemine enim traditur, sacerdotes (Apollinis sine dubio. Impositum enim erat *Leucatae* Apollinis fanum.) se aut alios de hoc scopulo in mare praecipitasse. Hoc mihi certum esse videtur, pro αὐτοὺς scribendum esse αὑτοὺς. Pro ἱερεῖς autem non dubito reponere ἐρασταὶ aut ἐρώμενοι. Ita enim diserte *Strabo* lib. X. §. 9. p. 452. seu Vol. IV. *Opp.* p. 61. ed. *Tzschuckii:* ἔχει δὲ τὸ ἅλμα, τὸ τοὺς ἔρωτας παύειν πεπιστευμένον, h. e. *ibidem est locus saltus, quo finiri amores creditum*

fuit. Testis hujus rei est *Athenaeus* lib. XIV. p. 619. d. e. ubi de Calyca narratur, eam Euathli juvenis frustra amore captam, de rupe se praecipitasse, quae calamitas circa Leucadem accidit, ut adeo ad eam referenda videantur verba: οἱ δὲ τὴν ἑτέραν, quae in fine articuli apud *Photium* reperiuntur. Docet hoc etiam exemplum Sapphonis, quod in sequentibus a *Photio* memoratur. — Verba ultima hujus articuli: ἐγένετο γὰρ ἄλλη Λεσβία ἑταίρα, quae nonnemini ad articulum Λεσβίσαι pertinere videbantur, lucem foenerantur ex iis, quae *Photius* infra s. v. Φάων tradidit, quae omnino cum loco nostro conferenda sunt.

Ibid. Λευκὴ ἀκτή. πλειόνων ὄντων (legendum οὐσῶν) Λευκῶν, Λυσίας τοὺς ἐν Προποντίδι μνημονεύει. Sumsit haecce *Photius* ex *Harpocratione.*

Ibid. Λευκὴ ἡμέρα, ἡ ἀγαθὴ καὶ ἐπ' εὐφροσύνῃ. Εὔπολις Κόλαξι. *Lexic. MS. Sangerm.* Λευκὴν ἡμέραν τὴν ἀγαθήν. Σοφοκλῆς Ἀθάμαντι.

Col. 159. Λευκὴ στάθμη, ἐπὶ τῶν ἄδηλα ἀδήλοις σημειουμένων, ἢ ἐπὶ τῶν μηδὲν συνιέντων κ. τ. λ. Confer *Casaubonum* ad *Theophr. Char.* III. p. 42. *Schol.* ad *Iliad.* β'. v. 765. a *Valckenario* editum ad *Ammon.* p. 207. *Eustathium* p. 1531, 63. *Wolfium* ad *Libanium* Epist. 1135. n. 6. et Epist. 1302. ac *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 89 sequ. Occurrit autem haec formula apud *Platonem* in *Charmide* §. 3. ubi quoque nonnulla habet Celeb. *Heindorfius.*

Ibid. Λευκόνιον, δῆμος Λεοντίδος, οἱ καὶ Λευκόνιοι. In *Harpocratione,* e quo haec desumta sunt, pro Λευκόνιοι rectius, ut opinor, legitur: Λευκόνοιον. Confer *Valesium* in *Harpocrat. Lexic.* p. 117. Fortasse scribendum est: Λευκονιεύς, δῆμος τῆς Λεοντίδος οἱ Λευκονιεῖς.

Ibid. Λευκόπυγος, δειλὸς, ὡς πελαμπύγους, τοὺς ἀνδρείους. Vitio typographico pro μελαμπύγους legitur πελαμπύγους, quemadmodum et *Photium* scripsisse arbitror: Λευκοπύγους, δειλοὺς, ut in *Suida* legitur. Confer *Eustathium* p. 863, 29.

Ibid. Λευκορύτους, δειλούς. Corrupta est vox Λευκορύτους, in nullo scriptore Graeco obvia, ex Λευκοπύγους. Confer notata ad antecedentem articulum.

Ibid. Λεῦκτρα, χωρίον Βοιώτιον περὶ Θεσπιάς. *Harpocrationem* exscripsit *Photius.* Mentionem ejus facit *Demosthenes* in *Oratione* pro *Ctesiphonte.*

Ibid. Λέχαιον, ἐπίνειον Κορινθίων. Excerpta sunt haec ex *Harpocratione.*

Ibid. Λεχὼ, ἡ ἀρτίτοκος. Scribendum ἡ ἀρτιτόκος. Confer *Anthol. Gr.* Tom. I. p. 193. ed. *Iacobs* seu p. 261. ed. *Brunckii.*

Ibid. Λεωκόρητος, ἐξωλοθρευμένος. Τὸ γὰρ λέως ἐστὶ τελέως. Ἀρχίλοχος, λείω γὰρ οὐδὲν ἔφρόνεον. καὶ λεουργὸς ἀπὸ τούτου ὁ μεγαλουργός. Loco λείω apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 460. n. 14. λεῶς habet. Recte quidem, modo scribatur λεῶς, quod teste *Galeno Lex. Hippocrat.* p. 514. παντελῶς, ἅπαν notat: et sic quoque in antecedentibus emendandum erit. Pro λεουργὸς autem *Photio* reddendum est λεωργὸς, quod vide infra.

Ibid. Λεωκόρειον, ἐν μέσῳ τῷ Κεραμεικῷ ἡρῷον κ. τ. λ. Verba haecce habet quoque *Harpocration,* quem vide.

Col. 160. Λεωργὸν, ἐν τῷ ω Ἀττικοὶ καὶ Ἴωνες, καὶ Ξενοφῶν (nempe in *Memorab.* S. I, 3, 9.) θερμουργότατον καὶ λεωργότατον κ. τ. λ. *Hesychius:* Λεωργὸν, κακοῦργον, πανοῦργον, ἀνδροφόνον. Confer *Aeschyli Prometh. Vinct.* v. 5. ibique Schol. Hinc apparet, quomodo explicanda sit vox μεγαλουργὸς, quae supra s. v. λεωκόρητος legebatur. Significat nempe *eum, qui magna scelera patrat.*

Ibid. Λήθην κυνῶν, λήθην ἐμποιούντων φαρμάκων. Verba λήθην ἐμποιούντων φαρμάκων interpretationem verborum λήθην κυνῶν continere nullo modo possunt. Aliquando statuebam, coaluisse in hoc articulo duas diversas glossas: Λήθην κυνῶν, quam etiam *Suidas* sine interpretatione posuit, et:

Λήθην ἐμποιούντων φαρμάκων, cujus interpretatio est a *Suida* adjecta, sed aliena. Quum autem plane non appareat, quid sibi verba λήθην κυνῶν velint, nunc mallem omnem locum ex conjectura ita refingere: Λήθην, κακῶν λήθην ἐμποιούντων φαρμάκων, ut scilicet verba κακῶν λήθην κ. τ. λ. ex ullo aliquo scriptore, fortasse medico, desumta sint. Posset etiam scribi: Ληθεδανῶν φαρμάκων, λήθην ἐμποιούντων φαρμάκων. *Phavorinus* col. 1173. l. 47. Ληθεδανὸν (lege Ληθιδανὸν) φάρμακον, τὰ λήθην ἐμποιοῦν.

Ibid. Λήδιον, ἱμάτιον, τριβώνιον. Distinctionis nota deleta scribendum est: ἱμάτιον τριβώνιον, h. e. vestis *trita atque lacera*. Non enim quodvis vestimentum λήδιον notat, sed εὐτελὲς et παλαιὸν, teste *Zonara* in *Lexico* col. 1305. ubi conferendus Doct. *Tittmannus*. Probari quoque potest haec correctio glossa proxime sequente: Ληϊδίῳ δὲ, τριβωνώδης ἡ χλαμὺς, ad quam vide notata a me in *libello animadversionum* c. 37. *Macho* apud *Athenaeum Deipn.* lib. XIII. p. 592. Κορινθίου παρὰ πῆχυ καινὸν ληΐδιον, ubi vox, versus gratia, in λήδιον contrahenda est. Ληϊδάριον est apud *Aristoph.* in *Avib.* v. 716. ubi vide *Scholion*, et v. 916. Confer quoque *Eustathium* p. 193, 35. et 1146, 56. 60.

Ibid. Λήϊον, ὁ χλωρὸς σῖτος. Omnes reliqui Lexicographi Graeci in eo consentiunt, Λήϊον esse πεδίον σιτοφόρον. Existimo itaque, verba haec post Λήϊον excidisse, et verba ὁ χλωρὸς σῖτος (pro quibus χλωρὸς γὰρ σῖτος, aut ὅτι χλωρὸς σῖτος reponendum erit) continere observationem mere etymologicam. Etymologiam enim hujus vocabuli *Hesychius* s. h. v. his verbis tradidit: διὰ τὴν ἐπιφαινομένην κατὰ καιρὸν λειότητα τῶν ἀσταχύων. Jam satis constat, χλωρὸν inter reliquas notiones hanc quoque habere, ut sit: *molle, tenerum*. Confer quoque *Photium* infra s. v. Λήϊα, *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 438. ac *Eustathium* p. 193, 32 sequ.

Ibid. Ληΐζεται, αἰχμαλωτίζει, διαρπάζει κ. τ. λ. Confer *Dukerum* ad *Thucyd.* lib. III. cap. 85.

Ibid. Ληστικὸν καὶ ληστρικὸν διαφέρει. —— Θουκυδίδης ά. (nempe cap. 4. ubi videndi Intt. nec non *Index Gr.* s. h. v.) τὸ δὲ ληστικὸν καθῄρει ἐκ τῆς θαλάττης.

Ibid. Λήκυθον, τὴν τοῦ μύρου Ἀττικοὶ καλοῦσιν ἀλάβαστρον. ἀρσενικῶς δὲ τὸν ἀλάβαστρον εἶπεν Ἡρόδοτος. Scilicet lib. III. c. 20. ubi vide Intt. Confer *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 136 sequ.

Col. 161. Λημαὶ, κάνθοι, ὄμματα. Scribendum est Λῆμαι. Confer ipsum *Photium* infra s. v. Λήμη, ac *Foesii Oecon. Hipp.* p. 383.

Ibid. Λημματίας, φρονηματίας, γεννάδας. Scribendum est ex *Hesychio* Ληματίας. Confer *Cod. MS. Lugd. Batav.* laudatum a *Valckenario* ad *Ammonium* p. 143.

Ibid. Λήμνιον κακὸν βλέπων, πυρῶδες. καὶ παροιμία, Λήμνιον κακόν κ. τ. λ. Prioris hujus articuli partis, quae totidem verbis apud *Suidam* quoque reperitur, emendationem felicissimam debemus *Toupio*, qui in *Curis novissimis* in *Suidam* scribendum judicat: Λήμνιον βλέπων, πυρῶδες βλέπων. κ. τ. λ. In verbis autem proxime sequentibus: ἐκ γὰρ Ἀθηνῶν ἁρπάσαντες γυναῖκας οἱ Λήμνιοι, καὶ τεκνοποιησάμενοι ἐξ αὐτῶν, κατέσφαξαν αὐτὰς μετὰ τέκνων, emendandus est e *Suida Photius*. Non enim Lemnii Atticas mulieres raptas una cum liberis procreatis jugularunt, sed Lemnios mulieres Atticae, ut *Suidas* diserte tradit. Reponendum igitur est in *Photio*: ἐκ γὰρ Ἀθηνῶν ἁρπάσαντες γυναῖκας οἱ Λήμνιοι ἐτεκνοποίησαν μετ' αὐτῶν. αἱ δὲ κατέσφαξαν αὐτοὺς μετὰ τῶν τέκνων. — Vitiosa sunt quoque verba, quae haec statim excipiunt: ἐπεὶ δὲ Θόαντος αἱ γυναῖκες κ. τ. λ. Sponte enim vel ex orationis serie apparet, legendum esse: ἐπὶ δὲ Θόαντος κ. τ. λ., h. e. *imperante Thoante*. Narratur enim in sequentibus historia ex *Hygini* Fab. XV. (ubi vide *Intt.*) et *Apollonii Rhod. Argonaut.* lib. I. v. 620 sequ. satis nota, Lemnias

mulieres scilicet viros suos ac parentes omnes trucidasse, excepto Thoante, Lemni rege, (Liberi patris filio ex Ariadne, Minois filia, et patre Hypsipyles) solo filiae pietate servato. Reddenda quoque sunt *Suidae* verba ἐπὶ δὲ Θόαντος pro eo, quod nunc legitur: ἐπεὶ δὲ πάντας. Verba ἅμα ταῖς τῶν Θρακῶν γυναιξὶν mihi non sollicitanda esse videntur. Confer quoque *Eustathium* p. 158, 12 sequ. ac *Erasmi Adagia* Chil. I. Cent: IX. n. 27. p. 302.

Col. 162. Λῆνος, γεωργικὸν σκεῦος, ἢ ἄγγος ξύλινον, οἴνου δεκτικόν. Scribendum est Ληνὸς ex *Eustathio* p. 1307, 27.

Ibid. Ληξιαρχικὸν γραμματεῖον, εἰς ὃ ἐνεγράφοντο οἱ τελειωθέντες τῶν παίδων, κ. τ. λ. Sunt haec ex *Harpocratione* desumta. Confer *Isaeum* p. 178. ed. *Reisk.*, et *Valckenarium* ad *Herodotum* p. 493. l. 22.

Ibid. Λῆξις, τὰ ἔγκλημα, καθ' οἷον (scribendum ὃν) λόγον φαμὲν καὶ λαχεῖν δίκην. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Λῆξις, παῦσις, ἡ μερὶς, κληρονομία. Confer *Koenium ad Gregor. Corinth.* p. 252 sequ.

Ibid. Λῆραι, κόσμος γυναικεῖος χρυσοῦς. Confer *Toupii emendatt. in Suidam* T. III. p. 72. ed. *Lond.*

Col. 163. Ληστοσαλπίγκτας, τοὺς Τυργυνοὺς, ἀπὸ Πισαίου τοῦ εὑρόντος. Scribendum sine dubio est Ληστοσάλπιγγας, τὰς Τυῤῥηνοὺς, quam emendationem verba sequentia postulant. Confer praeterea ad fidem huic conjecturae faciendam *Strabonis* lib. V. *Geogr.* §. 5. T. II. *Opp.* ed. *Tzschuckii* p. 131. *Plinii H. N.* lib. VII. c. 57. (*aeneam tubam invenisse Pisaeum Tyrrhenum*) *Hygin. Fab.* 274. *Clement. Alex.* apud *Eusebium* in *Praeparat. Evang.* lib. X. p. 475. (Τυῤῥηναῖοι δὲ σάλπιγγα ἐπενόησαν) et *Athenaeum* lib. IV. p. 184. Videntur autem ληστοσάλπιγγες esse *buccinae, quibus praedones aut piratae signum sibi invicem dare, aut classicum edere solebant.* Confer tamen *Pollux. Onom.* lib. IV. cap. 11. sect. 87. pag. 398. ibique *Intt.* — Similis vox est λῃστοδίωκτοι, quam *Xenophonti Ephesio* lib. I. cap. 6. pro λυσσοδίωκτοι restituit *Hemsterhusius.*

Ibid. Λιάζειν, λίαν ἐσπουδακέναι. Perperam. Λιάζειν enim Graecis, maxime poetis, (v. c. *Homero Iliad.* ά. v. 349.) est ἐκκλίνειν, ἐκφεύγειν, aut, secundum *Tzetzam* ad *Lycophr.* v. 21. i. q. λύειν. Legendum est Λιγάζειν, quod *Hesychius* per λίαν σπουδάζειν interpretatus est.

Ibid. Λιαινούσης, πραΰνούσης. In textum recipienda est lectio Cod. B. Λειανούσης, seu Λειανούσης potius. *Hesychius:* Λειανῶ, λείαν καὶ ὁμαλὴν ποιήσω: e *Schol.* ad *Homer. Iliad.* ό. 261.

Ibid. Λιβάδεια, πόλις τῆς Βοιωτίας. Scribendum est Λεβαδεία. Sic quoque *Suidas.*

Ibid. Λιβάζεις, ἀποῤῥυεὶς, ἢ ἀποφθερεὶς. Loco Λιβάζεις reponendum est Λιβασθεὶς. Sic etiam in proxime sequente articulo.

Ibid. pro Λιβάζω, φθερῶ, scribendum est Λιβάσω, aut potius Λιβάξω, φθερῶ. Confer *Interpretes* ad *Hesychium* s. v. Λιβάξει Tom. II. p. 470. n. 16.

Ibid. Λίβανον, τὸ δένδρον, θηλυκῶς Πίνδαρος. Idem tradit quoque *Zonaras Lex.* col. 1307. ad quem locum bene monuit *Tittmannus*, locum *Pindari*, quem *Zonaras* his verbis adducit: αἵ τε τὰν χλωρὰν λίβανον ξανθὰ δάκρυα θυμιᾶται, longe aliter legi apud *Athenaeum* lib. XIII. p. 574. et loco χεῖρας scribendum esse χλωρᾶς. Vide etiam *Fragmenta Pindari a Schneidero* edita p. 11. et in *nova Pindari editione* Vol. III. p. 18. Occurrit etiam apud *Eurip. Bacch.* v. 144. Συρίας λιβάνου.

Ibid. Λίβρον, τὸ σκοτεινὸν καὶ ἀόρατον. οἱ τραγικοί. Male hic excusum est Λίβρον. Scribendum est Λιβρὸν, pro quo etiam λιμβρὸν ponitur. *Suidas:* Λιμβρὸς, ἡ νὺξ ἡ σκοτεινή. Confer etiam *Etymol. M.*

Ibid. Λιγαίνειν, τὸ τύπτειν, ὥςπερ λέγειν εἰώθαμεν τὸ ξαίνειν. Admodum memorabilis est locus *Eustathii* in *Iliad.* λ'. p. 860. l. 44. Σημείωσαι, ὅτι ἐν Ῥητορικῷ Λεξικῷ εὕρηται.

εὑρηται. Μιγαίνειν, τὸ τύπτειν. ὥσπερ ἡμεῖς, φησὶ, τὸ ξαίνειν. Non vana enim exinde oritur conjectura, *Lexicon* hoc *Rhetoricum*, quod saepius laudatur ab *Eustathio*, esse *Photianum*, ut infra pluribus aliis exemplis demonstrabitur.

Ibid. Λιγαίνειν, ὀξέως ἑρμᾶν. Hinc *Homero Iliad.* λ'. v. 532. λιγυρὰ μάστιξ est λιγεῖς καὶ ὀξεῖς τοὺς ἵππους ποιοῦσα.

Ibid. Λιγαίνων, κηρύσσων. *Homer. Iliad.* λ'. v. 684. κήρυκες δ' ἐλίγαινον. ubi *Schol.* ἐβόων, ὀξέως ἐκήρυσσον. Confer *Eustathium* p. 878. l. 11. et in Il. ό. p. 1033, 38.

Ibid. Λίγδην, οὐ κατὰ βάθους, ἀλλ' ἐκ τῆς ἐπιφανείας. Pertinet haec glossa ad *Hom. Il.* ρ'. v. 599. ubi vid. *Schol.* Adde Od. χ'. v. 278. Vide *Eustathium* p. 1926, 41.

Ibid. Λίγδος, χῶνας, τρήματα ἔχων συνεχῆ τέσσαρα παραπλήσια, δι' ὧν ὁ χαλκὸς ἠθεῖται. Eadem quoque leguntur apud *Eustathium* ad Il. φ'. p. 1229, 28. ex quo apparet, loco τέσσαρα παραπλήσια apud *Photium* scribendum esse τῷ Δ παραπλήσια. Figuram Δ librarius pro nota numerali habuit, ut jam bene monuit *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 475. n. 2.

Ibid. Λίγνυς (Scribe Λιγνὺς), ἡ ἀνάδοσις τοῦ καπνοῦ. Confer *Etymol. M.* col. 565. l. 24. ubi legitur: ἡ ἀνάδοσις τοῦ πυρὸς, καπνὸς, quae verba quoque *Photio* reddenda videntur. *Zonaras* quoque col. 1310. Λιγνὺς ἡ κνίσσα, ἤ ἡ ἀνάδοσις τοῦ πυρός. Consentit etiam *Suidas*. *Hesychius* quoque sub λιγνὺς et ἡ λιγνὺς per καπνὸν interpretatus est. In *Etymol. M.* l. l. non solum traditur, hanc vocem aliquoties apud *Homerum* reperiri, sed etiam ex eodem adducuntur verba λιγνὺν αἰθαλόεσσαν. Sed in *Odyss.* ώ. v. 315. ad quem locum sine dubio respicitur, legitur nunc κόνιν αἰθαλόεσσαν, nec locus *Homeri* mihi succurrit, ubi λιγνὺς legatur.

Ibid. Λιθολόγοι, οἰκοδόμοι. Est glossa *Timaei* p. 174. (ubi videndus *Ruhnkenius*), quam etiam *Suidas* in Lexicon suum transtulit. Λόγοι Graecis interdum esse idem quod οἰκοδομεῖν notum est.

Ibid. Λιθολευστὸς, λιθοβόλητος. Scribendum accentu retracto Λιθόλευστος.

Ibid. Λίθων ποιμαν, μήποτε τῶν πώρων (in *Suida* perperam τῶν πόρων legitur) λέγει. Scribendum λέγε. [Non opus, si μήποτε vertas *fortasse*, quo sensu Grammaticis frequentatur. V. *Phrynich.* p. 34. et 86. Pauw. SCHAEFER.] Intelligitur autem lapis, qui graece πῶρος, latine *tofus* dicitur. Confer *Pollux. Onom.* VII, 27. X, 43. *Theophrast. de lapid.* p. 22. A. — Verba sequentia: οἱ πίνοντες τὸ ὕδωρ ἰσχυρότεροι γίνονται, ad lapides referenda et in parenthesi ponenda, observationem physicam continent, de cujus veritate nunc disputandi locus non est. — Quod ad sequentia *Photii* verba attinet: ἢ τῶν (scil. λίθων) τὴν σάρκα τῶν ἐντιθεμένων ἀναλισκόντων σωμάτων, sensum eorum hunc esse puto: *aut (lapidum), qui consumunt carnem cadaverum, quae in iis conduntur.* Intellexit *Photius* et *Suidas* lapidem, quem a vi exedendi corpora σαρκοφάγον dixerunt, ex quo fiebant conditoria seu loculi mortuorum. Confer *Plinii H. N.* II, 98. et XXVI, 27.

Ibid. Λίθων χοαὶ (h. e. ἐκχύσεις), ἄργυρος καὶ χρυσός. κ. τ. λ. Hanc glossam *Suidas* quoque habet. Confer *Zenob. Vatic.* II, 57.

Col. 164. Λίθος. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος (Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 1265, 6.)· τῶν τε παρόντων καθ' ἕνα ἡμῶν (scribendum e *Demosthene* et *Harpocratione*, e quo hic articulus desumtus est: τῶν τε παρόντων ἡμῖν καθ' ἕνα) οὑτωσὶ πρὸς τὸν λίθον ἄγοντες καὶ ἐξορκοῦντες (*Demosthenes* et *Harpocration* habent ἐξορκίζοντες) κ. τ. λ. Loco πρὸς τὸν λίθον in *Demosthene* l. l. nunc legitur: πρὸς τὸν βωμὸν, sed rescribendum est λίθον. Lectio βωμὸν est merum glossema.

Ibid. Λιχμήσονται, λήξουσιν. Jam *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 478. not. 19. recte monuit, scribendum esse apud *Photium* Λιχμήσονται, λείξουσιν, uti apud eundem infra legatur. Sed glossa haec in editione

Hermanniana desideratur, nescio quo casu. *Hesychius:* Λιχμήσουσι, λείξουσι.

Ibid. Λιμοδωρεῖς, Πελοποννησίων οἱ διὰ λιμὸν μετοικήσαντες εἰς Ῥόδον καὶ Κνίδον. Scribendum Λιμοδωριεῖς, ut legitur apud *Suidam* ac *Hesychium*. In Apographo *Alberti* scriptum exstabat Λιμωδωριεῖς.

Ibid. Λιμῷ Μηλίῳ, παροιμία, ἐπεὶ Ἀθηναῖοι κ. τ. λ. Confer *Aristophanem in Avib.* v. 186. ac notata a me supra ad Λιμένι Μηλίῳ c. 155.

Ibid. Λικνίτης, ἐπὶ δὲ τοῦ Διονύσου, ἀπὸ τῶν λήκνων (Legendum λίκνων), ἐν ᾗ (Scribe οἷς) τὰ παιδία κοιμᾶται. Vide *Lennep. Obss. in Coluthum* I, 14. p. 67 sequ.

Ibid. ΛικνοΦόρος, ὁ φέρων τὸν λίκνον. Scribendum τὸ λίκνον. Confer etiam articulum sequentem.

Ibid. ΛικνοΦόρος, τὸ λίκνον πρὸς πᾶσαν τελετὴν καὶ θυσίαν ἐπιτήδειον κ. τ. λ. Sunt haec verba desumta ex *Harpocratione*, ac uberius explicata a *Maussaco* in *Dissertatione Critica* p. 377. Pertinet autem haec glossa ad *Demosthenis Orat. pro Ctesiphonte* Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 313. fin.

Ibid. Λίμνη, τὴν θάλασσαν κ ῶ. Jam monui in *libello animadversionum* ad h. l. vocem per hoc compendium significatam non κυρίως esse, quae *Hermanni* fuit sententia, sed καὶ Ὠκεανόν. Confirmatur haec conjectura testimonio *Apollonii Soph. Lex. Hom.* p. 439. ubi haec leguntur: Λίμνη, ἐπὶ μὲν τῆς θαλάσσης — Βαθείῃ δ' ἔμπεσε λίμνῃ (*Odyss.* ζ'. 116.), ἐπὶ δὲ τοῦ Ὠκεανοῦ — λιπὼν περικαλλέα λίμνην. *Odyss.* γ'. 1.

Ibid. Λιμὸν, ἀῤῥενικῶς οἱ Ἀττικοὶ τὴν λιμόν. Perperam haec verba distincta sunt. Lege: Λιμὸν, ἀῤῥενικῶς, οἱ Ἀττικοὶ, τὴν λιμόν. *Schol. Aristoph.* ad *Acharn.* v. 742 sequ. scribit, apud Dores λιμὸν foemininum esse. LXX 3 Regg. XVIII. 2. λιμὸς κραταιά.

Ibid. Λινὸν λινῷ συνάπτεις (Scribendum Λίνον λίνῳ συνάπτεις), ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ διὰ τῶν αὐτῶν δρώντων κ. τ. λ. *Scholia* ad *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 98. Λίνον λίνῳ συνάπτεις, ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ διὰ τῶν αὐτῶν ἢ λεγόντων ἢ δρώντων, ἢ τὰ ὅμοια εἰς Φιλίαν συναπτόντων. Μέμνηται δὲ αὐτῆς Ἀριστοτέλης ἐν τῷ γ' τῆς Φυσικῆς ἀκροάσεως (cap. VI.)· οὐ γὰρ λίνον λίνῳ συνάπτειν ἐστὶ, καὶ Στράττις Ποταμοῖς, καὶ Πλάτων Εὐθυδήμῳ. nempe §. 63. p. 295. f. ed. *Lugdun.* Confer quoque *Erasmi adagia Chil.* I. *Cent.* VIII. n. 59. p. 281. ac Celeb. *Heindorfium* ad *Platonem* Vol. III. p. 389.

Ibid. Λινὸν, κοινῶς μὲν ἄνθος κ. τ. λ. Scribendum necessario est Λίριον, quod vide infra suo loco.

Col. 165. Λινόν. Ἡρακλείδης ὁ Ποντικός. Post haec verba excidisse puto χορδὰς ἐκάλεσε, id quod luculenter docent verba sequentia: ἐπειδὴ οἱ παλαιοὶ λινοῖς ἀντὶ χορδῶν ἐχρῶντο. Loco Λινὸν scribendum esse Λίνον, clare docet locus *Homeri Iliad.* σ'. 570. ad quem in sequentibus sine dubio respicitur, ubi lectu dignissima *Heynius* habet. *Gloss. Herodoti* p. 174. Λίνον, ᾠδῆς ὄνομα, ἢ λύρας χορδή. *Herodot.* II, 179. — Caeterum in fine hujus articuli pro Ἀλκιόπης ex *Eustathio* p. 1164. l. 14. legendum est Χαλκιόπης, et loco Κροτίου ex *Conone Narrat.* XIX. p. 15. repone Κροτώπου.

Ibid. Λίπα ἀλείψασθαι, τὸ ἐλαίῳ ἀλείψασθαι λέγουσιν. Legitur haec formula loquendi apud *Thucyd.* I. c. 6. ubi *Schol.* τὸ λίπα Ὅμηρος (v. c. *Iliad.* κ'. 577. et ξ'. 171.) ἐπιθετικῶς λέγει τὸ ἔλαιον. Confer etiam eundem lib. IV. c. 68. *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 387. ac *Pollucis Onom.* lib. III. sect. 153.

Ibid. Λιπάρα, μία τῶν καλουμένων Αἰόλου νήσων. περὶ δὲ τὴν Σικελίαν ἡ Λιπάρα. Confer *Harpocrationem*, quem descripsit *Photius*. Meminit quoque ejus *Athenaeus Deipnos.* lib. I. p. 4. C. De insulis Aeoliis vel Vulcaniis Λιπάραις dictis vide *Schweighaeuseri* notas ad *Polybium* I, 25, 4.

Ibid. *Λιπαρέετε μένοντες*, *προσεδρεύετε μένοντες καὶ ἐπιμελεῖσθε μένοντες.* Est glossa *Herodotea* pertinens ad lib. IX. cap. 45.

Ibid. *Λιπέρνητες*, *ἤτοι λιποπόλεις, ἢ πένητες. τὸ δὲ ὄνομα καὶ παρὰ τοῖς κωμικοῖς, ὅταν παρῳδῶσι τοὺς Ἴωνας.* Confer *Etymolog. M.* col. 566, 50. et *Schol. Aristoph.* ad *Pac.* v. 602. Vox *λιποπόλεις*, quam etiam *Suidas* habet, addenda est Lexicis. Caeterum pro *ἢ πένητες* reponendum est *οἱ πένητες*. Non enim hoc vult *Photius*, *λιπερνῆτας* esse *λιποπόλεις*, sed *λιπερνῆτας* aeque ac *λιποπόλεις* *pauperes* significare. *Λιπερνήτης* enim aut *λιπερνίτης* est *qui ex agro in urbem fugit* (Confer *Analecta Brunckii* III. p. 120.) *Λιπόπολις* autem significat *eum, qui paupertate urbem migrare cogitur.* Similis vox est *λιπόνεως*.

Ibid. *Λιπομαρτύριον.* *Λυσίας. καὶ λιποτάξιον. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου, καὶ Πλάτων ἐν Ἀδώνιδι.* Apud *Demosthenem* (Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 999, 12. et 1190, 5.) et *Lysiam* (ibidem Vol. V. p. 520, 10.) legitur *λειπομαρτύριον* et *λειποτάξιον*.

Ibid. *Λιπῶσι*, *λιπαρῶσι.* Ita etiam *Suidas*. Nihilominus tamen scribendum puto *λιπαροῖς*. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Nubes* v. 120.

Col. 166. *Λίριον* (melius scribitur *Λείριον*, veluti *Erotiano* p. 244. qui *λείριον* apud *Hippocratem βοτάνης εἶδος, ἣν κρίνον ὀνομάζουσι,* exponit) *κοινῶς τὸ ἄνθος* (idem tradunt *Hesychius* et *Suidas*), *καὶ ἰδίως τὸν νάρκισσον καλοῦσιν Ἀττικοί.* Hoc etiam memoratur *Theophrasto* lib. VI. *hist. plant.* cap. 6. *Suidas* *λείριον* ab Atticis dici scribit *τὸ ἄνθος τοῦ ναρκίσσου.*

Ibid. *Λισσανεῖε*, *ἀγαθὲ, ὦ φίλε. Λάκωνες.* Pro *Λισσάνεις* Cod. D. habet *Λισσάνεε*; sed apographum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 486. n. 24. *Λυσσάνις*, quae est vera lectio. Respexit *Photius* ad *Aristoph. Lysistr.* v. 1173. seu 1175. ubi hodie legitur *λυσσάνις*.

Ibid. *Λίσκας. ἐκωμῳδοῦντο λίσκιοι Ἀθηναῖοι ἀπὸ Θησέως κ. τ. λ.* Articulus hic in fine imprimis non solum mutilus, sed etiam corruptus, e proxime sequente suppleri quidem, non autem corrigi potest. Multum ac diu de restituendo hoc loco cogitavi, nihil autem eorum, quae conjeceram, mihi satis probabatur. Fortasse tamen verba: *ἐπεὶ Ἡρακλῆς δοκεῖ ἁρπάσαι ἀπὸ τῆς πέτρας τὸν Θησέα, ὁ τὴν ἐν ᾅδου ὤσμειαν τὴν πρὸς τὴν πέτραν,* ita ex conjectura haud improbabili refingenda sunt: *ἐπεὶ Ἡρακλῆς δοκεῖ ἁρπάσαι ἀπὸ τῆς πέτρας ἐν ᾅδου τὸν Θησέα, ὡς μείουρον πρὸς τὴν πέτραν τὸ τῶν ἰσχίων μέρος καταλιπόντα.* Hinc conjecturae praeter ea, quae in sequente articulo leguntur, favet observatio ex *Etymologico MS.* in *Bibl. Regia* a *Ruhnkenio* ad *Timaeum* p. 176. adducta: *Λίσφοι τὰ ἰσχία, οἱ Ἀττικοὶ παρὰ τὸ λιπεῖν αὐτὰ σαρκῶν.* Confer etiam *Suidam* s. h. v. *Μείουρος* autem Graecis non solum *is* dicitur, *qui est cauda truncatus*, sed etiam *omnis in fine mutilus.* Certiora his non habeo.

Ibid. *Λισπαῖοι*, *μέσοι διαπεπρισμένοι ἀστράγαλοι καὶ ἐκτετριμμένοι κ. τ. λ.* Scribendum est: *Λίσπαι* (aut cum *Suida* ac *Polluce Onom.* lib. II. sect. 184: *Λίσποι*), *οἱ μέσοι διαπεπρισμένοι κ. τ. λ.* ut habet *Timaeus* in *Lexico Platonico* s. h. v. ubi videndus *Ruhnkenius*. Aliam ac sine dubio praeferendam explicationem hujus vocis dedit *Scholiastes Euripidis* ad *Medeam* v. 613. Vide *Pierson.* ad *Moer.* p. 245. et *Scheid.* ad *Lennep.* p. 378.

Ibid. *Λιταργίσαι*, *κνίσαι.* Alienum est *κνίσαι* et incommodum. Num legendum est *κινῆσαι*? *Hesychius*: *λιταργίζειν, τροχάζειν.* Confer quoque *Suidam* s. v. *λιταργοῦμεν*, ac ipsum *Photium* s. v. *λιταργίζειν*.

Ibid. *Λιτῇ* (Scribendum est *Λιτὴ*), *τῆς Μακεδονίας* (scil. *πόλις*), *ἧς Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου μνημονεύει.* Ex *Harpocratione*.

Ibid. *Λιτοῖς*, *ψιλοῖς, εὐτελέσιν.* Confer *Schweighaeuserum* ad *Polybium* Tom. V. p. 33.

Col. 167. Λίτρον, οὐ νίτρον, Ἀττικοὶ, οὕτως Ἀριστοφάνης. Ita quoque *Moeris* p. 426. Confer *Küsterum* ad *Aristoph. Ran.* v. 724. et *Nicand. Alexiph.* v. 337. Hinc λιτρωδέστερα apud *Athenaeum* p. 43. A.

Ibid. Λιτυέρσης, εἶδος ᾠδῆς. Μένανδρος Χαλκηδονίῳ. Scribe: Καρχηδονίῳ (quae voces saepe confusae sunt a librariis, ut recte ad *Pollucem* lib. X. c. 20. sect. 73. Tom. II. p. 1237. observavit *Tib. Hemsterhusius*), ut legitur apud *Athenaeum* lib. IX. cap. 35. Alii numero multitudinis inscribunt, v. c. *Scholiastes Aristophanis* ad *Vesp.* v. 1493. μέσατος ἀντὶ τοῦ μέσος. Μένανδρος Καρχηδονίοις. Caeterum Λιτυέρσην fuisse ᾠδὴν θεριστῶν, *messorum cantilenam*, tradit praeter *Athenaeum* lib. XIV. p. 619. a (ubi vide Intt.) *Eustathius* p. 1164, 10. et 1236, 60. Adde *Pollucis Onom.* lib. IV. sect. 54 et 55.

Ibid. Λοβὸς, τὸ ἄκρον τοῦ ὠτίου. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 440. Λοβοῖσι (*Iliad.* ξ'. 182.), τοῖς ἄκροις τῶν ὠτίων. Confer etiam *Eustathium* p. 976, 32. ed. *Rom.* cujus verba suum in Lexicon transtulit *Phavorinus* s. v. λοβοί.

Ibid. Λογγάσα, στραγεύσομαι — — Αἰσχύλος δὲ ἐξ ὧν τὰ ἀπόγεια δοῦσιν λογγάσια. Quanquam *Hesychius* laudat δοῦσι pro δέουσι *Moeris*que p. 130. tradit: Δοῦσιν, Ἀττικῶς, δεσμεύουσιν, Ἑλληνικῶς, ac apud *Aristoph. Plut.* v. 589. legitur ἀναδῶν pro ἀναδέων, tamen in *Photio* loco δοῦσιν rescribendum esse judico δέουσιν ex apographo *Küsteri* ad *Suidam* s. v. λογχῶνος.

Ibid. Λογάδην, ἐπίλεκτος. Observatis a me in *libello animadversionum* adde: Legi quoque potest Λογάδης.. *Hesychius:* Λογάδας, τοὺς ἐπιλέκτους. Vide *Schol. Eurip. ad Electr.* v. 827. ibique *Barnesium*, et *Wesselingium* ad *Diodor. Sic.* lib. XII. p. 534. [Hesychii Λογάδας παρὰ τὸ λογάς. Schaefer.]

Col. 168. Λογισμὸν, ἡ λογιστικὴ τέχνη, ὡς Ἰσοκράτης Βουσίριδι. Desumta sunt haec ex *Harpocratione*. Forte scribendum est ἡ λογικὴ τέχνη, ut correxit *Gronovius* in notis ad *Harpocrationem* p. 89.

Ibid. Λογισταὶ καὶ Λογιστήρια, ἀρχή τις κ. τ. λ. Haec quoque sunt ex *Harpocratione* excerpta. In fine hujus articuli legitur: λογιστήρια δέ ἐστι τὰ τῶν λογιστῶν ἀρχεῖα, ὡς Δείναρχος καὶ Ἀνδοκίδης (Confer Vol. IV. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 57, 4.) δηλοῦσιν.

Ibid. Λογοποιὸς, ὁ ὑφ' ἡμῶν ἱστορικὸς λεγόμενος. Ἰσοκράτης (scilicet Βουσίριδι cap. 15.) καὶ Ἡρόδοτος ἐν τῇ δευτέρᾳ) c. 134. Adde lib. I. c. 141.). Ex *Harpocratione*. Confer *Reinesii Varr. Lectt.* p. 473.

Ibid. Λογοποιῶν, πλάττων (mallem πλαττόντων) λόγους ψευδεῖς. Confer *Zonarae Lex.* col. 1314.

Ibid. Λόγου τυχεῖν, ἀντὶ τοῦ ἐπαίνου. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ (scribendum ὑπὲρ) Κτησιφῶντος. Hausit sua *Photius* ex *Harpocratione*. Occurrit autem haec formula Vol. I. *Oratt. GG.* p. 229, 13. ubi autem λόγου τυχεῖν significat: *ad dicendum admitti;* et sic in omnibus orationibus *Demosthenis*, ubi haec formula occurrit.

Ibid. Λογάρια, Φαίδων Σωκρατικῶς Ζωπύρῳ. Scribendum Φαίδων Σωκρατικὸς seu potius Φαῖδρος Σωκρατικὸς Ζωπύρῳ. Confer *Indicem auctorum*, atque *Fabricii Bibliothecam Graecam.*

Ibid. Λοιδίας, ποταμὸς Μακεδονίας, οὗ Αἰσχίνης μέμνηται. Ex *Harpocratione*, ubi videndus *Valesius*. Locus *Aeschinis* reperitur Vol. III. *Oratt. GG.* p. 294. ubi Λυδία scribitur.

Ibid. Λοιδορησμὸς (aut Λοιδορισμὸς) λέγουσιν ἀντὶ . . . . Lacuna haec explenda est verbis: τοῦ λοιδορία e reliquis Lexicographis graecis. Vide *Aristophanem* in *Ranis* v. 770. et *Philostrat.* de *Vit. Soph.* lib. II. cap. 3. p. 617. *Thomas Mag.* Λοιδορισμὸς μὴ εἴπῃς, ἀλλὰ λοιδορία.

Ibid. Λοιμεύεται, φθοροποιεῖ. Lege Λοιμεύηται, φθοροποιῇ. Desumta enim haec glossa videtur ex loco, in *Trommii Concordantiis* quoque omisso, *Proverb.* XIX, 19. ἐὰν δὲ λοιμεύηται, καὶ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ προσθήσει.

Ibid. Λοῖσθῳ, ἐσχάτῳ. *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 440. Λοῖσθος, ἔσχατος.

(*Iliad.* ψ'. 536.) λοῖσθος ἀνὴρ ὥριστός, ubi videndus *Villoisonius.* Eandem significationem habet λοίσθιος apud *Theocrit. Idyll.* XXIII, 16. Vide quoque *Eustathium* p. 46, 6.

Ibid. Λοκροξυνθήματα, παροιμία, τάσσεται ἐπὶ τῶν παρακρουομένων. Scribendum est Λοκρῶν ξυνθήματα, ut habent *Hesychius* (qui addit: Λοκροὶ γὰρ τὰς ξυνθήκας παρέβησαν τὰς πρὸς τοὺς Πελοποννησίους. Confer *Erasmi adagia* Chil. II. Cent. V. n. 33. p. 496.), *Zenobius* (IV, 97. p. 112. et V, 4. p. 114.), et *Diogenianus* VI, 17. In *Suida* reperitur: Λοκρῷ ξυνθήματι.

Col. 169. Λοξίας, εἰώθασι τὸν πρὸ τῶν θυρῶν ἱδρυμένον βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος Λοξίαν καὶ Ἀπόλλω προσαγορεύειν καὶ ἀγυιᾶ. Nuspiam, quantum equidem scio, narratum legitur, aram seu columnam acuminatam ante fores, sacram Apollini, viarum in urbe praesidi, dictam esse Λοξίαν. Imo Λοξίας erat epitheton ipsius Apollinis, ita dicti, quia secundum *Suidam* λοξὴν ἴαν ἀποπέμπων ἦν aut λοξῶς ἐμαντεύετο, h. e. *obliqua et obscura oracula edebat.* Confer *Macrobii Saturnal.* lib. I. c. 17. p. 300. ed. *Zeunii*, ac *Eustathium* p. 794, 54. Ara Apollini ante fores posita dicebatur Ἀγυιεὺς, teste *Hesychio*, qui habet: Ἀγυιεὺς, ὁ πρὸ τῶν θυρῶν ἑστὼς βωμὸς ἐν σχήματι κίονος. Confer etiam *Schol. Euripidis* ad *Phoenissas* v. 634. ubi vid. *Valckenarium* et quos laudat Interpretes ad *Hesychium* l. l. Corrupta igitur sine dubio et perturbata est glossa nostra, ac ita restituenda: Λοξίας. εἰώθασι τὸν Ἀπόλλωνα Λοξίαν, καὶ τὸν πρὸ τῶν θυρῶν ἱδρυμένον βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος προσαγορεύειν Ἀγυιέα.

Ibid. Λοπάσιν, κλέπταις. Idem quoque legitur in *Suida.* Merito autem suspecta fuit *Küstero* vox λοπάσιν, quam ex λωποδύταις detortam esse existimat. Sed magis ad textum impressum accederet Κλοπάσιν.

Ibid. Λοπάδα, τὴν θεὸν, Θεόπομπος. Mendum latere in voce τὴν θεὸν, quilibet emunctae naris sentiet. Scribendum sine dubio λίθον. Hoc enim diserte tradit *Suidas* (καλεῖται δὲ οὕτω καὶ ὁ ἐν τῇ Ἑλλάδι γενόμενος λίθος) et *Hesychius* (λοπὰς, τὸ τήγανον καὶ λίθος ἐν Ἑλλάδι). Vide quoque *Aristoph. Vesp.* v. 509. — Vox Θεόπομπος ad antecedentem articulum: Λοπὰς, σορὸς, pertinere mihi videtur. Certe *Suidas* s. h. v. habet: παρὰ δὲ Θεοπόμπῳ, ἡ σορός. Fortasse etiam in nostro loco pro τὴν θεὸν rescribendum erit τὴν σορόν.

Ibid. Λόρδον, τὸ ὑπόκυρτον κ. τ. λ. Confer *Toupii Emendatt. in Suidam* T. I. p. 392. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 388.

Ibid. Λοῦσθαι λέγουσιν, οὐχὶ λούεσθαι (*Herodot.* III, 124. p. 131. l. 12. *Homer. Odyss.* ζ'. v. 216.), καὶ λούμενος, οὐχὶ λουόμενος. οὕτως Ἀριστοφάνης. scilicet in *Pluto* v. 672.

Ibid. Λουσιεὺς, δῆμος τῆς Οἰνηΐδος. Ex *Harpocratione.* Confer *Stephan. Byzant. Onomast.* p. 518.

Ibid. Λουτρὰ, ἔθος ἐστὶ κομίζειν — — καὶ λουτροφόρους ἐπετίθεσαν τοῖς ἀγάμοις ἐπὶ τῶν τάφων. Pro ἀγάμοις legitur quidem in Cod. B. γάμοις, sed vera lectio est ἀγάμοις, quam tuetur quoque auctoritas *Hesychii* s. v. λουτροφόρος, et *Harpocrationis* sub eadem voce.

Ibid. Λούτριον, ἀπόλουμμα καὶ ἀπόνιμμα. *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 498. n. 17. hanc glossam *Photii* ex apographo suo ita protulit: Λούτριον (fortasse Λουτρεῖον, pro Λουτρεῖον apud *Polluc.* VII, 167.) ἀπόλουμα (ita enim legendum est, non ἀπόλουμμα, ut jam monui in *libello animadversionum*), καὶ ἀπόνιμμα.

Ibid. Λουτροφόρος καὶ λουτροφορεῖν. ἔθος ἦν κ. τ. λ. Confer *Harpocrationem*, a quo sua mutuatus est *Photius*, ac *Pollucis Onom.* lib. III. sect. 43. et VIII, 66.

Col. 170. Λοφάδια, κατὰ τοῦ αὐχένος. Est glossa *Apollonii Soph.* in *Lex. Homer.* p. 441. Ante Λοφάδια omissa est praepositio κατά. Teste *Hesychio* enim Λοφαδία est αὐχήν. Pertinet autem haec glossa ad *Homer. Od.* κ'. 169. ubi nunc conjunctim

καταλοφάδια legitur. Confer etiam *Hesychium* s. v. Κατὰ λοφάδια, ibique Interpretes, ac *Pollucis Onom.* lib. II. sect. 178.

Ibid. Λοφιὰς, ὁ τράχηλος. In *Suida* impressum legitur Λοφίας. Idem etiam habet *Phavorinus* col. 1192. l. 47. Sed neutrum rectum mihi videtur. Scribendum est Λοφία seu Λοφίη, quod reperitur apud *Homer. Odyss.* τ'. v. 446. ac *Pollucem* lib. I. sect. 135. et II. sect. 178.

Ibid. Λοφᾷν, λόφον ἐπιθυμεῖν· οὕτως Ἀριστοφάνης. Scilicet Εἰρήνῃ (v. 1210. ubi vid. *Schol.*) quod diserte additum legitur in *apographo Alberti ad Hesychium* T. II. col. 499. n. 4.

Ibid. Λόφος, γῆς ἀνάστημα, ἢ περικεφαλαία. In posteriore notione legitur apud *Homerum Iliad.* ν'. v. 615. teste *Apollonio Soph.* in *Lex. Hom.* p. 441. Confer *I. Lipsii Opera* Vol. III. p. 141.

Ibid. Λοφοπωλεῖν, ἐπινεύειν. οἱ γὰρ τοὺς λόφους πωλοῦντες ἐπὶ τὴν κεφαλὴν ἐπιτιθέμενοι συνεχῶς ἔνευον, ἵνα παραδείξωσιν ὑγιεῖς τὰς τρίχας καὶ ἀβρόχους τοῖς ὠνηταῖς. Idem quoque *Suidas* habet. *Pollux Onom.* lib. VII. sect. 157. καὶ λοφοπωλεῖν δὲ ὁ αὐτὸς (scilicet Ἀριστοφάνης) εἴρηκε. *Florens Christianus* ad *Aristophanis Pacem* (v. 1209.) p. 714. pro ἀβρόχους legendum potius existimat: ἀβρώτους, h. e. *putredine non exesos, nec corruptos*, cui quoque accedit *Alberti* ad *Hesychium*, qui s. h. v. habet: ὅτι αἱ τρίχες οὐ βέβρωνται τῶν λόφων. Fortasse uterque scripserat: ἀβροχαίτας, h. e. *molliter et pulcre comatas*.

Ibid. Λούτριον, τὸ τῶν νενιμμένων ῥυπαρὸν ὕδωρ. Supra brevius ἀπόλουμα dixerat. *Schol. Aristoph.* ad *Equit.* v. 1398. λοῦτρον, τὸ ἀπόλουμα καὶ ῥυπαρόν· ὅ ἐστι τὸ ἀπόλουτρον. Idem fere tradit *Eustathius* p. 1037, 40. et 1560, 31. Adde *Pollucis Onom.* lib. X. sect. 78.

Ibid. Λοχαῖος, σῖτος ὁ βαθὺς, ἢ ὃ δι' ἐπομβρίαν κεκλιμένος. Prava distinctione articulus hic, alioquin sanus, est corruptus. Scribendum est: Λοχαῖος σῖτος, ὁ βαθὺς κ. τ. λ. Loco ἐπομβρίαν apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 500. n. 24. ἐπομοίαν habet, quod non notatum est ab *Hermanno*. Βαθὺς, pro quo aliquando βαρὺς conjiciebam, est *crassus, plenus*. Confer *Hesychium* s. v. Λοχαῖος, et Λοχιὰς Λοχίαν.

Ibid. Λόχμη, πλαγία σύμφυτος καὶ λοχμώδης. Eadem habet *Scholiastes Aristophanis* ad *Aves* v. 202. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 441. habet: Λόχμη, σύμφυτος τόπος, adducto simul loco *Homeri Odyss.* τ'. v. 439.

Ibid. Λόχος, ἐνέδρα. Idem quoque habet *Apollonius Soph.* l. l. cum hoc additamento: ἀπὸ τοῦ λέχους. οἱ γὰρ ἐνεδρεύοντες κατακλίνουσιν ἑαυτούς. Confer *Iliad.* ά. v. 227. et ϑ'. v. 522.

Ibid. Λυγιζόμενος, στρεφόμενος, καμπτόμενος, ἀπὸ τῶν λύγων. — — Γοργίᾳ. *Platonis* verba allata frustra in memorato dialogo quaeruntur, nec mirum; sunt enim lib. III. de Rep. p. 440. B. seu Vol. VI. p. 300. ed. *Bipont. Themist. Orat.* XXI. p. 249. B. καμπτόμενοι καὶ λυγιζόμενοι. Caeterum de voce λυγίζειν vide *Lennep.* ad *Phalarid.* p. 72. *Ez. Spanhem.* ad *Aristoph. Ran.* v. 788. ac *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 156.

Col. 171. Λυγῶδες, ὄργανον, ἐν ᾧ τῶν συμπηγνυμένων ξύλων οἱ τέκτονες συνάγουσι τὰς ἁρμονίας. Sine dubio scribendum est conjunctim Λυγῶδες ὄργανον, ita ut caput articuli, nempe λυγὸς, omissum sit. Certe congruunt haec verba cum iis, quae apud *Hesychium* leguntur: Λυγὸς, ὄργανον, ἐν ᾧ τὰ κολλώμενα ἐμβάλλεται. οἱ δὲ, τὸ στρεβλωτήριον ὄργανον. ubi bene *Alberti*: Συμπηγνύμενα autem et κολλώμενα convenire quis neget? Quod autem addit *Hesychius*: οἱ δὲ, τὸ στρεβλωτήριον ὄργανον, congruit cum iis, quae *Suidas* s. v. Λυγιζόμενος habet: τινὲς δὲ καὶ τὸ μετὰ τινὸς τιμωρίας βασανίζειν, λυγίζειν: ubi videndus *Küsterus*. Sed haec obiter.

Ibid. Λυδιάζων. Λύδοι Μαγνῆτος τοῦ κωμικοῦ διεσκευάσθησαν. Glossa haec Λυδίζων

(ita enim legendum esse in *libello animadversionum* docui) referenda est ad *Aristophanis Equit.* v. 520. ubi vid. *Schol.* Confer quoque *Athenaei Deipnos.* lib. XII. cap. 11 sequ.

Ibid. Λύειν τέλη, ἀντὶ τοῦ λυσιτελεῖν. Pertinere videtur haec glossa ad *Sophocl. Oedip. Tyr.* v. 324. ubi legitur: Φρονεῖν ὡς δεινὸν, ἔνθα μὴ τέλη λύει φρονοῦντι. Alibi simplex λύει, *Hesychio* quoque per λυσιτελεῖ redditum, eodem modo usurpatur, v. c. in *Sophocl. Electr.* v. 1011. ubi vide *Schol.* Confer quoque *Valckenarium* ad *Eurip. Hippolyt.* v. 441.

Ibid. Λύθρος, φόνος, ἢ ὁ ἐκ τοῦ αἵματος μολυσμὸς κ. τ. λ. Scribendum fortasse est Λύθρον, ut legitur apud *Hesychium*, (ubi vid. Intt.) ac *Hippocratem*. Vide *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 392. Sed etiam Λύθρος masculina forma dicitur ab *M. Antonino* lib. II, 2 et 3. ubi videndus *Gatakerus* p. 37. et laudatus ab hoc *Eustathius* ad *Iliad.* ψ'. p. 1309, 36. Confer *Hieron. de Bosch Obss. et notas* ad *Anthol. Gr.* p. 184.

Ibid. Λυκάβιττος, ὄρος τῆς Ἀττικῆς. Scribendum est cum *Hesychio* Λυκάβηττος, quod *Timaeus Lex. Plat.* p. 176. ὄρος τραχὺ interpretatus est. *Suidas* Λυκάβυτος habet. Est mons Atticae, Athenis proximus Hymettoque finitimus, a quo Phainus et Mero stellarum motus speculari solebant (Vid. *Salmasium* ad *Solinum* p. 742.), ita dictus secundum *Hesychium*, διὰ τὸ λύκοις πληθύειν.

Ibid. Λύκαμβις. ἀρχὴ τοῦ πολεμάρχου, ψυχρῶς· ἐπεὶ ἐπολέμησεν Ἀρχίλοχος τῷ Λυκάμβει κ. τ. λ. Lege et distingue: Λύκαμβις ἀρχὴ, τοῦ πολεμάρχου. Ψυχρῶς. ἐπεὶ ἐ. Ἀ. τ. Λ. aut: ἐπεὶ ἐπολέμησεν Ἀρχίλοχος τῷ Λυκάμβει. Ψυχρῶς.

Ibid. Λύκειον, ἓν τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων κ. τ. λ. Desumta sunt haec ex *Harpocratione*.

Col. 172. Λύκιος, ἐκ τῆς Λυκίας. Ἀπόλλων δὲ Λυκείως ἐκτεταμένως. Scribendum est: Ἀπόλλων δὲ Λύκειος ἐκτεταμένως. Apollinem Lycium vocatum esse satis constat. Vide *Pausan. Corinth.* 19. *Sophocl. Electra* v. 7. (ubi vid. *Schol.*) et *Aeschyl. Theb.* 145.

Ibid. Λυκιουργὶς, (Lege: Λυκιουργεῖς) Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Τιμόθεον (Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 1193, 11.) κέχρηται τῇ λέξει — — — ὡς κλίνη Μηλιουργὶς (Lege Μιλησιουργίς. Sic *Harpocration* et *Athenaeus*.) — — καὶ παρ' Ἡροδότῳ ἐν τῷ ή (lib. VII. cap. 76. ubi vide Intt.) ἀντὶ τοῦ κ. τ. λ. ' Sunt haec desumta ex *Harpocratione*, qui ne mutata quidem syllaba haec omnia descripsit ex *Athenaeo Deipnos.* lib. XI. c. 72. p. 486. seu Vol. IV. *Opp.* ed. *Schweighaeus.* p. 302 sequ. Confer quoque *Eustathium* p. 907, 21, 26.

Ibid. Λυκάβας, ἐνιαυτὸς, ἀπὸ τοῦ ταχέως βαίνειν, ἢ λυγαίως βαίνειν, ὅ ἐστι σκοτεινῶς καὶ ἀδήλως. Eandem Etymologiam inculcat quoque *Schol. Apollon. Rhod.* ad lib. II. v. 1123. et *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 441. Confer etiam *Homer. Od.* ξ'. 161. *Eustathium* p. 1756, 27. ac *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* c. 1320.

Ibid. Λύκος αἰετὸν φεύγει. παροιμία ἀπὸ τῶν ἀφυλάκτων. *Suidas* habet: ἀφύκτων, *Hesychius:* φευγόντων, ubi *Heinsius* legere mavult: μάτην φευγόντων. Vox ἀφύκτων videtur *Photio* reddenda esse, quam etiam tuetur auctoritas *Zenobii Proverb.* Cent. XII, 18. Caeterum conferendus est *Erasmus Adag.* Chil. II. Cent. VII. n. 78. p. 558.

Ibid. Λύκος ἔχανεν, παροιμία κ. τ. λ. Loco κατὰ κενοῦ reponendum est κατὰ κενόν. Confer *Toupii emendatt.* in *Suidam* T. III. p. 80. *Athenaeus Deipnos.* lib. IX. c. 24. p. 380. b. τοῦ γὰρ μὴ χανεῖν λύκον διακενῆς κ. τ. λ. Aristaenet. lib. II. Epist. 20. λύκος οὖν χανὼν, ὦ Λύκων, ἄπιθι διακενῆς. Vide quoque quos laudat *Erasmus* in *Adagiis Chil.* II. *Cent.* III. n. 58. p. 445. — Caeterum de *Aristophanis Thesmophoriazusis secundis* in fine hujus articuli laudatis, quae etiam a *Suida* in voce πύλη et λακω-

νίζω commemorantur, videndus est *D'Arnaud* in *Specimine Animadverss. Critt. ad aliquos scriptores graecos* p. 140 sequ.

Col. 173. Λύκος περὶ Φρέαρ χορεύει, παροιμία ἐπὶ τῶν πονούντων ἐπί τι μάτην κ. τ. λ. Loco ἐπί τι scribendum est περί τι. Meminit hujus proverbii (de quo videndus *Erasmus Adag.* Chil. II. Cent. II. n. 76. p. 414.) quoque *Plutarchus* de *discrim. adulat. et amici* Vol. VI. ed. *Reisk.* p. 250. τὴν περὶ τὸ Φρέαρ ὄρχησιν ἀτεχνῶς ὀρχούμενοι. Caeterum recte monuit *Küsterus* ad *Suidam* s. h. v. articulum hunc in fine esse mutilum, e *Zenobio* ita supplendum: ἀλλὰ καὶ διώκοντος αὐτοῦ τι, ἐὰν τὸ διωκόμενον ἐμπέσῃ εἰς Φρέαρ, περίεισι καὶ τηνικαῦτα τὸ Φρέαρ, μηδὲν ἀνύων.

Ibid. Λυκοσπάδες ἵπποι. αἱ Ἐνετίδες. De his equis vide *Aeliani Hist. anim.* VIII, 10.

Ibid. Λυκόποδας, Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ (nempe v. 665. ubi vide *Schol.* et *Intt.*) τοὺς πρὸς Ἱππίαν ἀγωνισαμένους ἐπὶ Ψυλιδρίῳ. Scribe: Λειψυδρίῳ. Teste enim *Suida* Lipsydrium in monte Parnethe situm muniverant.

Ibid. Λυκοῦργος, εἷς τῶν δέκα ῥητόρων, οὗ πάππος Λυκοῦργος ἐνομοθέτησεν. Sunt ipsa *Harpocrationis* verba.

Ibid. Λύματα, καθάρματα, αἱ τῆς γαστρὸς εἰς ἀΦεδρῶνα ἐκκρίσεις. *Erotianus* p. 244. λύματα, καθάρματα. Vide *Foesii Oecon. Hipp.* p. 392. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 442. Λύματα, ποτὲ μὲν, τὰ ῥυπάσματα τοῦ σώματος· ποτὲ δὲ τὰ περικαθάρματα; ubi *Villoisonius* laudavit loca *Homeri Iliad.* ά. 314. et ξ΄. 171. Vide *Eustathium* p. 108, 24.

Col. 174. Λυπρὸν, λυπηρόν. Vide *Eurip. Alcest.* v. 273. et *Homer. Od.* ν΄. v. 243.

Ibid. Λυσανίας, λύων τὰς ἀνίας. οὕτως Ἀριστοφάνης. Scilicet in *Nubibus* v. 1162. ubi vid. *Schol.*

Ibid. Λύσανδρος, ναύαρχος Λακεδαιμονίων. Ex *Harpocratione.* Confer *Eustathium* p. 1839, 4. ac *Athenaei Deipnos.* VI. 271. f.

Ibid. Λύσῃ, ἀντὶ τοῦ λυθάτω. Νόμων θ΄. Locus hic, prout impressus est, reperitur apud *Platonem* lib. IX. *de legibus* in fine Vol. IX. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 63.

Ibid. Λυσίμαχος, οὗ μὲν Δημοσθένης (Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 491, 26. ubi vide *Scholion*) ἐν τῷ περὶ ἀτελειῶν μνημονεύει κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*, ad quem conferendus *Valesius* p. 121.

Ibid. Λυσιτελὲς καὶ λυσιτελεῖν —— ἡ μέν γε λυσιτέλεια βάρβαρον. Λυσιτέλεια occurrit 2 *Maccab.* II, 28. *Lexic. Cyrilli MS. Brem.* Λυσιτέλεια, ὠΦέλεια, συμΦέρον.

Ibid. Λυλιτελὲς, τὸ λῦον εἰς τὰ δαπανώμεθα. Vix opus est monere, scribendum esse δαπανώματα, aut potius δαπανήματα.

Ibid. Λυσόμενος, λυτρωσόμενος. Ex *Homeri Iliad.* ά. 13. et Schol. Confer etiam *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Λύτρα, μισθὸς, ἢ τὰ παρεχόμενα ὑπὲρ ἐλευθερίας ἐπὶ τὸ λυτρώσασθαι βάρβαρον δουλείας. Loco βάρβαρον reponendum esse e *Suida* βαρβάρων, quilibet videt.

Col. 175. Λύχνα, οὐδετέρως Ἡρόδοτος. Scilicet lib. II. c. 62 et 133. ac praeter eum plures alii, quos laudavit *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. Confer *Eustathium* p. 108, 21. ac *Intt.* ad *Pollucis Onom.* lib. X. sect. 115.

Ibid. Λυχνίον, ἡ λυχνία. λυχνία λεκτέον, οὐχὶ λυχνίαν. Vox λυχνίαν pro λυχνίον posita est merum sphalma typothetae. Apud *Eustathium* p. 1571, 19. et 1854, 54. λύχνιον προπαροξυτόνως scribitur.

Ibid. Λυχνόκωσα, λυχνοκαυτοῦσα. οὕτως Τηλεκλείδης. Reponendum est Λυχνοκῶσα. *Hesychius*: Λυχνοκῶσαν, λυχνοκαυστοῦσαν, ubi videndi *Interpretes.*

Ibid. Λύων, καὶ ἐκτείνοντες καὶ συστέλλοντες λέγουσι, ὡς τὸ λίαν. Confer *Etymolog. M.* c. 458, 1. Loco λίαν suspicor scribendum esse λῦμα.

Col. 176. Λωβητῆρα, ὑβριστήν. Est glossa Homerica pertinens ad *Iliad.* β΄. 275. Confer et λ΄. v. 385. ώ. 239. ac *Eustathium* p. 1347, 64.

Ibid.

Ibid. Λώπη, ἱμάτιον, περίβλημα. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 442. Λώπη, τὸ ἱμάτιον. Θηλυκῶς δὲ εἶπε (*Odyss.* ν'. v. 224. ubi vide *Scholion.*) ἀντὶ τοῦ λῶπος, ὅθεν καὶ λωποδύτης ὁ κλέπτης λέγεται. Confer *Eustathium* p. 1237, 34. et 1421, 63.

Ibid. Λωποδύτης, ἱματίων κλέπτης. Scilicet ἐν λουτροῖς. Confer *Hesychium* s. h. v. ibique Interpretes, ac Interpretes ad *Petron.* c. 30. et quos ibi laudat *Burmannus.* Hos fures *balnearios* vocat *Catullus* XXXIII, 1.

Ibid. Λωτὸς, βοτάνη εὐώδης, ἣν ἔνιοι μυρόλωτον καλοῦσι. Eadem habet quoque *Schol. Luciani de mercede conductis* cap. 8. Vol. III. p. 226. ed. *Bip. Athenaeus* lib. XV. p. 685. a. λειμὼν λωτοφόρος. *Eustathius* ad *Iliad.* σ'. p. 1157, 43. Λιβυκὸν λωτὸν appellat. Idem tradit *Dioscorides* c. 112. p. 229. λωτὸς ἄγριος, οἱ δὲ Λίβυον καλοῦσι. φύεται μὲν πλεῖστος ἐν Λιβύῃ. Hinc emendandus est *Hesychius*, apud quem pro Λιβάσι ex his locis restituendum est Λιβύαις. Confer etiam de hac voce *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 442. ibique Intt.

Ibid. Λωφήσομεν, ἀντὶ τοῦ παύσομεν. κυρίως δὲ εἴρηται κ. τ. λ. Λωφῆσαι proprie significare τὸ ἀποθέσθαι τὸ ἐπὶ τῷ λόφῳ, ὅ ἐστι τραχήλῳ, ἄχθος, tradit quoque *Eustathius* p. 1237, 32. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 443. Λωφήσεις, παύσαιτο καὶ λήξειεν. *Odyss. ι.* v. 460.

Ibid. Λώφησις, παῦσις, πτῶσις. Πτῶσις habet h. l. hanc rariorem notionem, ut sit ἀποβολὴ τοῦ βάρους. Confer notata ad articulum proxime antecedentem.

Col. 175. Μὰ, τοῦτο Ὅμηρος ὡς συλλαβῆς τάξιν ἔχον τίθησι —— τὸ (lege τῷ) καὶ χρῆται, ὡς καὶ μὰ τόδε σκῆπτρον (*Iliad.* α'. v. 234.) —— οἷον, οὐ μὰ γὰρ Ἀπόλλων (Scribendum est Ἀπόλλωνα. Locus est *Iliad.* α'. 86.) καὶ ἐν Ὀδυσσείᾳ (scilicet υ'. v. 339.), οὐ μὰ Ζῆν' Ἀγέλαε —— ὡς μέρος λόγου ἀπομνύντες (lege ἀπομνύντος, ut habet *Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 236.) παραλαμβάνομεν κ. τ. λ. Confer *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 444. *Thom. Mag.* s. h. v. ibique Intt. ac prae caeteris *Berglerum* ad *Alciphr.* lib. II. Ep. 4. Tom. I. p. 343 sequ. ed. *Wagner.*

Ibid. Μαγάδις, ψαλτικὸν ὄργανον. οὕτως Σοφοκλῆς. Copiose de hoc instrumento musico exposuit *Athenaeus Deipnos.* lib. XIV. cap. 36. Vol. V. *Opp.* p. 301. ed. *Schweighaeuseri*, ubi videndi Interpretes, ad quos lectores remittendi sunt. Confer etiam *Philostrat. Vit. Soph.* p. 487. *Photium* in *Bibliotheca* p. 1052. ac *Eustathium* p. 1157, 42.

Col. 176. Μαγὰς, σανὶς τετράγωνος ὑπόκυφος, δεχομένη ἐφ' ἑαυτῆς τὰς τῆς κιθάρας νευράς. Haec totidem verbis habet *Scholiastes Luciani* ad *Dialog. Mortuor.* VII, 2. Vide quoque *Olearium* ad *Philostrat. Vit. Soph.* I. p. 487.

Ibid. Μαγίδες, μάζαι (ita apud *Athenaeum* lib. XIV. p. 663.). καὶ τὰ τῇ Ἑκάτῃ συντελούμενα δεῖπνα. Ἀριστοφάνης. Scilicet in *Nubibus* v. 507. ubi videndi Interpretes in *Beckii Commentario* Vol. II. p. 211. Confer quoque *Sturzium de dialecto Macedonica* et *Alexandrina* p. 105. *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 393. ac *Eustathium* p. 462, 37. et 1761, 33.

Ibid. Μαγίστερ, διδάσκαλε. *Suida* teste pertinet haec glossa ad *Theoph. Simoc.* Ἱστορ. Πρεσβ. p. 58.

Ibid. Μάγνον, Σοφοκλῆς Ὀδυσσεῖ· τὸν μέγαν τὸν ἀπομάσσοντα καὶ καθαίροντα. Duplici mendo laborat haec glossa. Pro Μάγνον enim sine dubio scribendum vel Μαγμὸν, quod vide apud *Hesychium*, vel Μάγον. Certe posterior vox *Photio* reddenda est in sequentibus pro μέγαν. Caeterum ex *Hesychio* constat, ἀπομάσσειν proprie de iis dici, qui περικαθαίρουσι τοὺς ἐνοχλουμένους τινὶ πάθει, quo sensu etiam simplex μάσσειν eodem teste adhibetur. *Suidas* Μαγῆα per τὸν ἀπομάσσοντα interpretatus est.

Col. 177. Μὰ Δία, οὐκ ἐπὶ τοῦ μὰ τὸν Δία ἔλεγον —— —— ὅθεν καὶ τὸ ναὶ Δία λέγου-

σιν, καὶ ναὶ . . . Glossa haec in fine mutila, e *Suida* est ita supplenda: καὶ ναὶ μὰ Δία. Ἀριστοφάνης Πλούτῳ. Caeterum hunc locum praeterea corruptum *Hemsterhusius* ad *Thom. Mag.* p. 590. sequ. hunc in modum restituendum judicavit: Μὰ Δία, οὐκ ἐπὶ τοῦ μὰ τὸν Δία ἔλεγον, ὡς οἴονταί τινες· ἐχρῶντο δὲ αὐτῷ τῷ μὰ Δία, ὥσπερ καὶ τῷ νὴ Δία ἐπὶ τοῦ ναί. ὅθεν καὶ ναὶ Δία λέγουσιν, ὡς καὶ ναὶ μὰ Δία κ.τ.λ. Confer *Eustathium ad Odyss.* B. p. 1540. l. 38. et *Bergler.* ad *Alciphr.* II. Ep. 4.

Ibid. Μάζαν, τὴν τροφὴν ἐνίοτε ἔλεγον. *Suidas*, apud quem idem legitur, laudat locum *Aristophanis Equitt.* v. 56.

Ibid. Μαζονομία (pro Μαζονομεῖα, ut apud *Suidam* ac *Etymologum* scribitur, pariterque apud *Pollucem* X, 84. p. 1254. Sed apud eundem VI, 87. atque *Athenaeum* lib. V. cap. 30. Μαζονόμια vulgatur.) οἱ μεγάλοι καὶ κοῖλοι πίνες. Loco πίνες scribendum est πίνακες. Vitiosa haec lectio e compendio scribendi orta est.

Ibid. Μαζουρὼθ, τὰ συστήματα τῶν ἀστέρων, ἃ ἐν τῇ συνηθείᾳ ζώδια καλοῦνται κ. τ. λ. Est glossa biblica referenda ad 2 Reg. XXIII, 5. et Iob. XXXVIII, 32. Confer *Biehi Thesaur. Philol.* s. h. v.

Ibid. Μάθος, ζήτησις. Scribendum sine dubio Μᾶθα, Dorice pro Μάθη. Simili modo etiam in proxime sequente articulo

Ibid. pro Μάθος λέγουσι τὴν μάθησιν. οὕτως Ἀριστοφάνης. reponendum est: Μᾶθαν λέγουσι τὴν μάθησιν. κ. τ. λ. *Hesychius*: Μᾶθας, μαθήσεως.

Ibid. Μαῖαν, ὡς ἡμεῖς τὴν ὀμφαλήτομον, ἡ δὲ ὀμφαλήτομος Ἀττικὸν μᾶλλον ὄνομα. Repono ὀμφαλητόμον et ὀμφαλητόμος. Verba sequentia: καὶ μαιεύεσθαι λεκτέον, οὐχὶ μαιοῦσθαι, reperiuntur quoque apud *Thomam Mag.* p. 593. ubi videndi Intt. Confer quoque *Eustathium* p. 971, 36. 43. ac *Pollucis Onom.* lib. IV. sect. 208.

Ibid. Μαιευόμενοι, ζητοῦντες, ἐρευνῶντες. Eandem significationem quoque Μαίεσθαι habet apud *Homerum Odyss.* Ξ'. 356. teste *Apollonio Soph.* in *Lex. Homer.* s. h. v. ac *Eustathio* p. 1763, 29.

Ibid. Μαίμακον, τὸ χαλεπὸν καὶ δύσμαχον. τραγικὴ ἡ λέξις. Non dubito reponere: Μαίμαχον, τὸν χαλεπὸν καὶ δύσμαχον, ut quoque legitur in *apographo Albenti* ad *Hesychium* T. II. c. 525. n. 3. Confer *Zonarae Lex.* col. 1327. ibique *Tittmannum.*

Col. 178. Μαιμάσσει, σφύζει, προθυμεῖ. Scribendum: προθυμεῖται, ut legitur apud *Hesychium* et in *Zonarae Lex.* col. 1337. In sequentibus pro impresso κάγχλάζει reponendum est καχλάζει. Confer *Montfauconii Biblioth. Coislin.* p. 473.

Ibid. Μαιμακτηριὼν ὁ ε΄ μὴν κ. τ. λ. *Harpocrationi* sua debet *Photius.*

Ibid. Μαιμόωσα, ἐνθουσιῶσα. Scribendum Μαιμώωσα. Est enim glossa *Homerica*, pertinens ad *Iliad.* ε΄. v. 542. Αἰχμὴ δὲ στέρνοιο διέσσυτο μαιμώωσα. Aeque male apud *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 444. legitur: Μαιμόωσιν pro Μαιμώωσιν (*Iliad.* ν΄. 76.) quod per ἐνθουσιῶσιν interpretatus est.

Ibid. Μαινόμενος οἶνος, μανιοποιός. Tollenda est separans distinctio; atque hic articulus connectendus cum proxime praecedente Μαινόμενον. Idem tradit *Hesychius.*

Ibid. Μακκοᾶν, παραφρονεῖν. κοᾶν γὰρ καὶ κοεῖν, τὸ νοεῖν, τὸ φρονεῖν. *Photius* in *Bibl.* col. 1581. μακκοᾶν, ἀρχαϊκῶς ἐστὶ τὸ μὴ ἀκούειν, ἢ τὸ μὴ κοεῖν, ὅπερ τὸ νοεῖν ἐδήλου. Καλλίμαχος δ' ἐν Ἑκάλῃ ἐκόησε φησὶν, ἀντὶ τοῦ ἐνόησεν.

Ibid. Μάκελλα, δίκελλα. Damnat hanc interpretationem *Apollonius Soph.* in *Lex. Hom.* p. 445. scribens: Μάκελλαν, δίκελλαν, κακῶς· ἔστι γὰρ τὸ πλατὺ σκαφίον. Vide *Homer. Iliad.* Φ΄. v. 259. Apud *Hesiod. Oper.* v. 468. μακέλῃ scribitur. Adde *Polluc.* I, 245. et X, 146. ac *Eustathium* p. 1235, 56.

Col. 179. Μακροκεφάλους, ἔθνος ἐστὶν οὕτω καλούμενον. Παλαίφατος κ. τ. λ. *Harpocration*, e quo hic articulus desumtus est, pro ἐν τῇ λίμνῃ habet ἐν τῇ Λιβύῃ.

Codex D. Photii cum *Suida* Λιβύη. *Scylax* in *Periplo* (p. 79. *Geogr. antiqu.*) habet: Μετὰ τοὺς Βέχειρας Μακροκέφαλοι ἔθνος, καὶ Ψωρῶν λιμὴν, Τραπεζοῦς πόλις Ἑλληνίς. Cum quo consentit *Pomp. Mela* lib. I. cap. 19. *Stephanus Byzantinus Onom.* p. 530. Μακροκέφαλοι, πρὸς τοῖς Κόλχοις etc. ubi videndus *Berkelius.*

Ibid. Μάκτραν καὶ κάρδοπον διχῶς λέγουσιν. Non sejungenda erant haec verba ab antecedente articulo, cum quo etiam cohaerent in *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 529. n. 13. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Plutum* v. 545. et *Ran.* v. 1190.

Ibid. Μαλακὸς καὶ μαλθακὸς, ἑκατέρως. Θουκυδίδης δὲ ἄνευ τοῦ θ. κ. τ. λ. Confer *Thucyd.* VI, 13. VIII, 23. VI, 29. et VII, 77.

Ibid. Μάλαν, ἀντὶ τοῦ οὐ καλόν. Nullibi reperitur illud Μάλαν, quod mihi ideo suspectum est. Suspicor, *Photium* scripsisse vel Μάλα κακὸν, ubi deinceps illud οὐ καλὸν per litotita explicandum esset, vel Μαλὸν, quod *exitiosum* notat. Posset quoque scribi Μᾶλλον, ἀντὶ τοῦ καλῶς. Confer *Phavorinum* col. 1210. lin. 3.

Ibid. Μαλάχη, οὐ μολόχη, παρ' οὐδενὶ γὰρ κεῖται. εἴρηται δὲ διὰ τὴν μαλακότητα. Teste *Zonara Lex.* col. 1332. μαλάχη est εἶδος βοτάνης. Confer *Interpretes* ad *Moeridem* p. 263.

Col. 180. Μάλευρον, τὸ ἄλευρον. Ἀχαιός. Confer *Zonarae Lex.* c. 1334. et *indicem auctorum* s. v. *Achaeus.*

Ibid. Μαλθακὸν, εὔλυτον, μαλθακόν. Observatis a me in *libello animadversionum* ad h. l. adde: Obvia est haec forma Dorica apud *Homerum* (*Il.* ρ΄. v. 588.), *Pindarum* (*Nem. Od.* IV. v. 155.), *Hippocratem* lib. III. *Epidem. st. pest.* p. 419, 15. et *Theocritum Idyll.* VII, 105. Vide *Eustathium* p. 1119, 22. et 1385, 30.

Ibid. Μάλθη, ὁ μεμαγμένος κηρός. Ita editum est sine dubio ex errore librarii aut typothetae. Scribendum est: ὁ μεμαλαγμένος κηρός. Ita *Hesychius*, *Suidas* et *Harpocration*, e quo hic articulus desumtus est. Confer *Demosthenem* Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 1132, 13. ac *Foesii Oecon. Hipp.* s. v. Μαλθώδεα p. 395.

Ibid. Μαλκίομεν. Δημοσθένης θ' Φιλιππικῶν φησίν. Idem habet *Suidas.* Sed *Harpocration*, ex quo uterque sua hausisse videtur, p. 236. ubi videndus *Maussacus*, haecce habet: Μαλακιζόμεν, Δημοσθένης ἐν ἐννάτῳ Φιλιππικῶν φησὶ, Μένομεν καὶ μαλακιζόμεθα. ἐν ἐνίοις γράφεται μαλακίομεν, ὅπερ δηλοῖ τὸν ὅρον φρίττειν. κ. τ. λ. Locus reperitur in *Philippica tertia* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 120, 7. ubi videndus *Reiskius.* Caeterum luculenter ex allato *Harpocrationis* loco apparet, apud *Suidam* pariter ac *Photium* loco Μαλκίομεν reponendum esse Μαλακίομεν. Eadem medela afferenda quoque est *Schol.* ad *Demosthenem* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 112. ubi legitur: μαλκίομεν Δημοσθένης θ'. Φιλιππικῶν φησὶ, ἀντὶ τοῦ ἀσθενοῦμεν.

Ibid. Μάλιστα, ἀντὶ τοῦ ἀκριβῶς ὁ Θουκυδίδης λαμβάνει. Verba haec sumta sunt e *Scholiasta Thucydidis* ad lib. I. cap. 17.

Ibid. Μαμμᾶν (Scribendum Μαμμᾷν). Ἀργεῖοι τὸ ἐσθίειν. οὕτως Καλλίας. Confer infra s. v. Μαμμίαν. *Hesychius*: Μαμμᾶν, ἐπὶ τῆς παιδικῆς φωνῆς ἐσθίειν. Respicitur ad *Aristoph. Nubes* v. 1386. ubi Schol. ἄσημος φωνὴ τῶν παιδίων λαλούντων.

Col. 181. Μαμμίαν Ἀττικοὶ τὴν μητέρα ἀπὸ τοῦ τὰ παιδία μαμμᾶν τὸ φαγεῖν λέγειν. Desumta hinc est haec glossa a *Biseto* ad *Aristoph. Lysistr.* v. 878. Vide quoque *Eustathium* p. 565, 4.

Ibid. Μανὰ, ἀραιὰ, καὶ μανότης, ἀραιότης. οὕτως Πλάτων. scilicet in *Timaeo* p. 544. B. et 550. C. ac *Leg.* VII. p. 687. D.

Ibid. Μανία, θυσία, σπονδή. *Suidas* μάννα habet cum eadem interpretatione. Scribendum est vel Μαναὰ vel Μάναα, quod secundum *Theodoretum* ad librum *Baruch* cap. I. T. II. Opp. p. 630. θυσίαν οἱ Ἑβραῖοι καλοῦσιν. Est enim ipsa vox he-

braica מנחה *oblatio*, quam οἱ ὁ μαναὰ verterunt, et alii interpretes vel θυσίαν vel δῶρον, ut 2 Paral. VII, 7. et 2 Reg. XX, 12. et XVII, 13. ubi vid. *Theodoretus*. Confer *Bielii Thes. Philol.* s. h. v.

Ibid. Μανδαλωτὸν, εἶδος φιλήματος, ὡς γιγγλιμωτὸν καὶ δράπετον, καὶ ἕτερα. Confer *Aristoph. Thesmoph.*, v. 139. et *Acharn.* v. 1200. ubi vid. *Schol.* ac praeterea *Hesychium* ac *Suidam* s. h. v.

Ibid. Μανδύας, εἶδος ἱματίου (Περσικοῦ secundum *Eustathium* p. 1854, 32.), ὅπερ καλεῖται λιβρίκιον. *Pollux Onom.* lib. VII. sect. 60. ἡ δὲ μανδύη, ὅμοιόν τι τῷ καλουμένῳ φαινόλῃ. Confer *Sturzium de dialecto Macedonica et Alexandrina* p. 179. ac quos laudat *Reimarus* ad *Dion. Cass.* lib. LVII. cap. 13. Vol. II. p. 858, 69.

Ibid. Μάνης, ποτηρίου εἶδος. Confer *Pollux. Onom.* VI. s. 99. et *Athenaeum* lib. XI. c. 12. p. 487. C.

Ibid. Μανὸν, ἀραιὸν, ἢ χαῦνον, ἢ ἀνωφερὲς, ὡς φλόξ. κ. τ. λ. Confer *Timaei Lexicon Platonicum* s. h. v. p. 176. ibique *Ruhnkenium*. — In fine hujus articuli, ubi legitur: καὶ ἡ μανία ἀπὸ τοῦ τετρίφθαι ὠνόμασται, ante τετρίφθαι inserendum erit μανῶς.

Ibid. Μάραγμα, μάστιγος γένος, οἷον ταυριά τις. Reponendum est Μαράγνα et ταυρεία aut ταυρία, ut habet apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 539. n. 3. ubi videndi *Interpretes*. Ipse *Photius* in proxime antecedente articulo Μάραγνα, μάστιξ. Confer Intt. ad *Pollucis Onom.* lib. X. sect. 56.

Ibid. Μαράθω καὶ λευκή. ταῦτα φυτὰ μυστικά ἐστι. καὶ ἡ μὲν μάραθος ἀγωγός ἐστιν ὄφεων, καὶ ἐπ' αὐτῆς τὸ γῆρας ἀποδύονται. ἡ δὲ λεύκη, ὅτι Ἡρακλῆς αὐχθὼν ἐστέψατο τούτῳ. In hoc articulo, quot verba, tot fere vitia reperiuntur. Quod ad vocem Μαράθω attinet, nemo facile inficias ibit, Μάραθρον aut Μάραθον aut Μάραθρα (vide *Pollucis Onom.* lib. VI. sect. 66.) legendum esse. (Est autem Μάραθρον *foeniculi genus*, *quod ad oculorum caliginem levandam utile esse putabant*. Vide *Harduinum* ad *Plinii H. N.* XX. sect. 95. p. 297. et *Bod. a Stapel* ad *Theophr.* VI. p. 548.) Ita enim *Aelianus* in *Hist. anim.* lib. IX. 9 16. de serpentibus: ὅταν ἀποδύσηται τὰ γῆρας ὁ ὄφις, ὑπαρχομένου δὲ τοῦ ἦρος δρᾷ τοῦτο, ἐνταῦθά τοι καὶ τῶν ὀφθαλμῶν τὴν ἀχλὺν, καὶ τὸ ἀμβλὺ τῆς ὄψεως ῥίπτεται, καὶ ἐκεῖνο ὡς γῆρας ὀφθαλμῶν. τῷ δὲ μαράθρῳ προσυποθήγων τε καὶ περιψήχων τὸ ὄμμα ἑκάτερον, εἶτα ἐξάντης τοῦδε τοῦ πάθους κ. τ. λ. et paulo post: μαλακιοῦσαν ἐκ τῶν κρυμμῶν τῶν ζώων τὴν ὄψιν ὑποθερμαῖνον τὸ μάραθρον καθαίρει, καὶ ὀξυωπέστερον ἀποφαίνει, ubi vid. *Gronovius*. — Pro λευκὴ sine dubio reponendum est λεύκη, *populus alba*, quae Herculi sacra erat. Confer *Virgil. Eclog.* VII, 61. *Theocrit. Idyll.* II, 121. ac *Vossii Theologia gentilium* lib. IX. c. 32. — Ex *Aeliani* l. l. apparet porro, per τὸ γῆρας tantum τὸ γῆρας ὀφθαλμῶν intellegendum esse. — Pro τούτῳ scribendum esse ταύτῃ, dubio caret, pendet enim a voce λεύκῃ. Herculem autem populi frondibus coronatum esse, diserte docet *Virgil. Georg.* II, 66. ubi populus vocatur *Herculeae arbos umbrosa coronae*. Confer quoque *Ez. Spanhemii Comment.* in *Callimachi H. in Cerer.* v. 38 sequ. — Denique pro αὐχθὼν fortasse legendum est αὐτόχθων. Certiora non habeo.

Ibid. Μαντιναίων διωγμός κ. τ. λ. In *Harpocratione*, unde haec desumta sunt, legitur Μαντινέων διοικισμός. Μαντινέων quoque habet *Isocrates* in Συμμαχικῷ cap. 53. (ubi videndus *Corayus*), quem adduxit quoque *Harpocration*, quo teste verba εἰς πέντε κώμας — — — οἱ Λακεδαιμόνιοι, quae proxime apud *Photium* sequuntur, desumta sunt ex *Ephori* libro vigesimo. — Confer quoque *Steph. Byz.* p. 534.

Col. 182. Μαντιποσύνων, μαντείων. Loco Μαντιποσύνων rescribendum est Μαντοσύνων. *Hesychius*: Μαντοσύνη, μαντεία. *Suidas*: Μαντοσύνων, μαντειῶν, καὶ μαντοσύνη. *Homer. Od.* ι. v. 509. ὅς μαντο-

κώνη ἑκάστη. Neutrum μαντόσυνον habes apud Eurip. Androm. v. 1031.

Ibid. Μαγνῆτις. Αἰσχίνης, ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος (Vol. III. Oratt. GG. ed. Reisk. p. 76, 24.) ἐπωνυμίαν Ἀλεξάνδρῳ Μαργίτην ἔθετο (scilicet Demosthenes) κ. τ. λ. Sunt haecce ex Harpocratione desumta.

Ibid. Μαργαίνει, μαίνεται. Apollon. Soph. Lex. Homer. p. 445. Μαργαίνειν, ἐνθουσιᾶν καὶ κινεῖν μαίνεσθαι. Vide Homer. Iliad. ε. v. 882. (μαργαίνειν ἀνέηκεν ἐπ' ἀθανάτοισι θεοῖσι) et Eustath. p. 617, 52.

Ibid. Μαργῶσαν χεῖρα, μαινομένην χεῖρα. Loco Μαργῶσαν χεῖρα rescribendum est Μαργῶσαν χέρα. Est enim finis versus senarii, scilicet ex Eurip. Hecub. v. 1128, ubi Schol. τὴν μαινομένην χεῖρα. Confer Hesychium s. h. v. ibique Alberti.

Ibid. Μαρείνη, ἡ μεμαρασμένη ὕλη, καὶ τοὺς ἀνθρακευτάς. Σοφοκλῆς. Vix sana haec esse possunt. Si quid video, reponendum est: Μαρίλη (Confer articulum sequentem), ἡ μαρμαρασμένη (ita recte exhibet Cod. B.) ὕλη. — Verba sequentia: καὶ τοὺς ἀνθρακευτάς. Σοφοκλῆς. pertinere mihi videntur ad vocem omissam Μαριλοκαύτης aut Μαριλοκότης, a μαρίλη, pulvis carbonum. Ipse Photius paulo post habet: Μαρίλη. ὁ χνοῦς τῶν ἀνθράκων, καὶ ἡ ἀπ' αὐτῶν ἀσβόλη. Gregor. Corinth. de dialectis p. 263. Τοὺς δὲ φρυγανώδεις ἄνθρακας, μαριληνούς· μᾶλλον δὲ ἡ θερμὴ σποδιὰ μαρίλη λέγεται. ubi videndus Koenius.

Ibid. Μαρίλη, ὁ χνοῦς τῶν ἀνθράκων. κ. τ. λ. Confer notata a me ad proxime antecedentem articulum, ac Foesii Oecon. Hippocr. p. 397.

Ibid. Μαρμαρέην, λαμπράν. Aristoph. Nub. v. 287. μαρμαρέαις ἐν αὐγαῖς, ubi videndus Hermannus.

Ibid. Μαρμαρυγή, ἀστραψις, λαμπηδών. Musaeus de Her. et Leand. v. 56. Μαρμαρυγὴν χαρίεντος ἀπαστράπτουσα προσώπου: ubi Schol. λαμπηδόνα κεχαριτωμένην κ. τ. Copiose de hac voce exposuit Foesius in Oeconomia Hippocratis p. 398.

Ibid. Μαρτύρονται, ὅταν ἀντὶ τοῦ μαρτυρία ἐπάγωνται καὶ παρέχωνται. Πολιτείας β. τὸν Ὅμηρον μαρτύρωνται. Loco μαρτύρωνται et initio glossae et in allato loco Platonis (T. VI. Opp. ed. Bip. p. 221.) e Suida et Platone μαρτύρονται per o legendum, adeoque in addita explicatione ἐπάγονται et παρέχονται reponendum est, ut jam Küsterus monuit. Illud ὅταν autem ante ἀντὶ τοῦ vel, ut supervacaneum, prorsus delendum, aut in ἐνίοτε mutandum est.

Ibid. Μαρώνεια, τόπος ἐστὶ τῆς Ἀττικῆς, οὗ Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Πανταίνετον παραγραφῇ (Vol. I. Oratt. GG. ed. Reisk. p. 681, 26.) μνημονεύει κ. τ. λ. Ex Harpocratione. In eodem articulo commemoratur quoque urbs ejusdem nominis in Thracia sitae, (de qua vide Steph. Byz. p. 537. ac Athenaeum lib. VII. p. 324. b.) quae ab Homero (Iliad. ι. 39.) Ἴσμαρος vocatur.

Col. 183. Μασσαλία. Ἰσοκράτης φησὶν ἐν Ἀρχιδάμῳ (nempe cap. 35. p. 131. ed. Coray), ὡς Φωκαεῖς, φυγόντες (legendum φεύγοντες) τὴν τοῦ μεγάλου βασιλέως δεσποτείαν κ. τ. λ. Sunt haec ex Harpocratione desumta. Confer Corayum ad Isocratem T. II. p. 333.

Ibid. Οἰσύμη, πόλις τῆς Θρᾴκης. Confer *Harpocrationem*, ex quo sua hausit *Photius*, ac *Stephanum Byzantinum* p. 607. nec non *Indicem Schweighaeuseri* in *Athenaeum* p. 503.

Ibid. Οἰσυπηρὸς, ῥυπαρός. Confer *Aristoph. Acharn.* v. 1177. et ibi *Schol. Eustathium* p. 1809, 24. ac *Interpretes* ad *Gregor. Corinth. de dial. l. gr.* p. 543. ed. *Schaeferi.*

Ibid. Οἰωνοὶ, σαρκοφάγα ὄρνεα, ἢ σύμβολα. Illustratur haec glossa iis, quae s. h. v. habet *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 494. ubi videndi *Intt.*

Ibid. Ὁ κάτωθεν νόμος. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους. Δίδυμος ἤτοι φησὶ, τὴν Ἡλιαίαν λέγει ὁ ῥήτωρ, διὰ τὸ κ. τ. λ. Ita partim interpungendum partim supplendum esse hunc locum (qui nunc in *Hermanniana* editione ita legitur: Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους ἢ τὴν Ἡλιαίαν λέγει, διὰ τὸ κ. τ. λ.) vel ex *Harpocratione* disci potest. — Ex eodem in sequentibus, sublata distinctionis majoris nota, post γεγραμμένης, loco verborum: ἢ ἀπὸ τῶν εὐωνύμων ἀρχομένων νόμων κάτωθεν ὀνομάζει ὁ Δημοσθένης, quae nullum sensum habent, scribendum est: τὸν ἀπὸ τῶν εὐωνύμων ἀρχόμενον νόμον κάτωθεν ὀνομάζει ὁ Δημοσθένης. Confer Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 629, 18. — In verbis sequentibus: ὅτι γάρ φησι βουστροφηδὸν κ. τ. λ. illud φησὶ delendum est, quod etiam paulo post ante τοὺς ἄξονας inepto loco positum reperitur. — Quae autem inde a verbis: ὅτι διαμαρτάνει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Νεαίρας (Vol. II. *Oratt. GG.* p. 1377, 8.) λέγων, usque ad finem hujus articuli reperiuntur, unde hauserit *Photius*, equidem ignoro. In *Harpocratione* certe non inveniuntur. Caeterum confer *Langbaenium* ad *Dionys. Longin.* de *sublimit.* sect. II. p. 36. ed. *Tollii.*

Col. 238. Ὀκέλλει, προσορμεῖ, ἐκρίπτεται. εἴρηται ἐπὶ τῶν νηῶν. Confer *Aristoph.* in *Acharn.* v. 1159. et *Schol.* ac *Eustathium* p. 605, 47.

Ibid. Ὀκλαδίας, δίφρος, ὃν οἱ ἀκόλουθοι τοῖς πλουσίοις εἰς ἀγορὰν ἠκολούθουν φέρον-

τες. Vide *Interpr. ad Iul. Polluc. Onom.* lib. X. cap. XI. sect. 47. Tom. II. p. 1199.

Ibid. Ὀκνεῖ, εὐλαβῶς ἔχει. Sumsit hanc glossam a *Timaeo Photius*, apud quem in antecedentibus legitur: Ὀκνεῖν, τὸ φοβεῖσθαι δηλοῖ παρὰ τοῖς παλαιοῖς, v. c. ap. *Homerum Il.* ε. v. 255. quem etiam laudat *Schol. Sophocl. ad Electr.* v. 321.

Ibid. Ὀκνῶν, ἀναδυόμενος. Pertinere videtur haec glossa ad *Sophoclis Electr.* v. 314. quem locum *Suidas* quoque laudavit.

Ibid. Ὀκρίβας, σχῆμα ἡνιόχου. Scribendum: τὸ βῆμα ἡνιόχου. Eadem menda reperitur quoque in *Hesychio* s. v. Ὀκρίβατον. Confer *Bastium* ad *Gregor. Corinth. de dialectis l. gr.* p. 902.

Ibid. Ὀκρίβας, τὸ λογεῖον, ἐφ' ᾧ οἱ τραγῳδοὶ ἠγωνίζοντο. καὶ Πλάτων ἐν Συμποσίῳ κέχρηται τῷ ὀνόματι. Locus est in *Symposio* §. 17. p. 149. ubi videndus *Fischerus*. Usus quoque est hac voce *Philostratus* de *vita Apollon. Tyan.* p. 245. Confer *Timaei Lex. Platon.* p. 190. ubi videndus *Ruhnkenius*, ac *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio collecta* p. 47.

Ibid. Ὄλας, οὐχὶ ἄλας λεκτέον. Repone: Ὀλὰς, οὐχὶ οὐλὰς λεκτέον. *Suidas* utrumque agnovit: Ὀλαὶ καὶ Οὐλαί. αἱ μεθ' ἁλῶν μεμιγμέναι κριθαὶ, καὶ τοῖς θύμασιν ἐπιβαλλόμεναι. quae ipsa verba quoque apud *Schol. Aristoph.* ad *Equit.* v. 1175. reperiuntur.

Col. 239. Ὄλβιος, πλούσιος, εὐδαίμων, μακάριος. Eadem quoque habet *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 495.

Ibid. Ὠλέκρανον, ἀγκὼν, οἷον τῆς ὠλένης κράνιον. Series literarum jubet, ut Ὀλέκρανον reponatur, prout scribitur apud *Aristophanem* in *Pace* v. 445. ubi vid. Schol. Eadem medela afferenda quoque est duobus proxime sequentibus articulis.

Ibid. Ὀλετῆρα, φονέα. Fortasse *Photius* scripsit Ὀλέτειρα, quod legitur apud *Homer.* in *Batrach.* v. 116. et *Callim. Hymn.* in *Pallad.* v. 12.

Ibid. Ὀλίγα ἄττα, ὀλίγα τινά. Scribendum; Ὀλίγ' ἄττα, usurpatum ab *Aristoph. Vesp.* v. 55. et *Max. Tyrio Diss.* XXXII. §. 7. p. 385. Confer *Koenium* ad *Gregor. Corinth.* p. 5.

Ibid. Ὀλιγίστου, παρὰ μικρόν. Scribendum Ὀλιγιστοῦ (ut habet *apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 741. n. 5.) aut fortasse Ὀλιγοστοῦ ex Psalm. CIV, 12. [Recte habet ὀλιγίστου, a nominativo proparoxytono ὀλίγιστος. SCHAEFER.]

Ibid. Ὄλιγγος, ὁ γόνος τῶν ἀκρίδων. Recte quidem se habet haec glossa, prout edita est, ac *Suidae* auctoritate confirmatur: notari tamen debuisset, in apographo suo *Alberti* (ad *Hesychium* T. II. col. 741. n. 4.) reperisse: Ὄλιγγοι, γένος τῶν ἀκρίδων, quae lectio quodam modo convenit iis, quae nunc apud *Hesychium* leguntur: Ὀλίγιοι, εἶδος ἀκρίδων.

Ibid. Ὀλιγοδρανὴς, ὀλίγα ἰσχύων. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 495. ὀλιγοδρανέων, ὁ ὀλίγον ἰσχύων. τὸ γὰρ δραίνειν, ἰσχύειν. *Homer. Il.* ό. 246. et κ'. v. 96.

Ibid. Ὀλιγωρήσεται, ἀντὶ τοῦ ἀμελήσεται. (Scribendum: Ὀλιγωρήσετε, ἀντὶ τοῦ ἀμελήσετε. Ita *Harpocration*, quem compilavit *Photius.*) Δημοσθένης ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς (Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 14, 10.) —— ἐστὶ δὲ τὸ μὲν ὀλίγην ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγην (Hic pariter ac in antecedentibus ὀλίγον scribendum esse, exemplum subjectum docet.), ὡς ἐν τῷ, ἦ ὀλίγον οἱ παῖδα ἐοικότα γείνατο Τυδεύς. Est locus *Homeri Iliad.* ε. v. 800. ubi *Schol.* ὀλίγον. ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγον, οὐδὲ ὅλως.

Col. 240. Ὅλκοις, ἄγειν καὶ ἐφέλκεσθαι δυνάμενον. Scribendum est aut Ὁλκὸν, aut δυναμένοις.

Ibid. Ὅλος, θόλος. Vide *Lindani Exercitatt.* in *Hipp.* p. 92. et *Bernard.* ad *Synes. de Febr.* p. 127.

Ibid. Ὀλοσχοίνων. Αἰσχίνης, ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας (Vol. III. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 31, 5. ὁλοσχοίνῳ ἀβρόχῳ). Θεόφραστος (in *Hist. Plant.* IV, 13. ubi vide *Bod. a Stapel* notas p. 488.) δὲ τρία κ. τ. λ. —— Caeterum ut hoc obiter moneam, quod

leve est, loco Ὁλοσχοίνων initio hujus articuli Ὁλοσχοίνῳ legendum esse arbitror, partim ob locum *Aeschinis*, cujus interpretationi glossa sua inservire voluit auctor hujus articuli, partim ductus auctoritate *Harpocrationis*, quem exscripsit *Photius*.

Ibid. Ὀλόλους, τοὺς δεισιδαίμονας ἐκάλουν οἱ οἰωνιζόμενοι κ. τ. λ. Num fortasse *Photius* scripsit Ὀλολύττοντας? quod literarum ordo postulat. Potest tamen etiam recepta lectio defendi. Hoc vero certum est, pro οἱ οἰωνιζόμενοι e conjectura Viri docti Cod. D. adscripta reponendum esse οἱ κωμικοί.

Col. 241. Ὀλόσχοινος, ἡ σχοῖνος. καὶ Δημοσθένης, καὶ οἱ ἄλλοι. De mendo mihi suspecta est haec glossa. Apud *Demosthenem* certe nec haec nec illa vox reperitur.

Ibid. Ὀλοίτροχος, στρογγύλος λίθος, ἢ ὁ ἐπ' ὀλέθρῳ τρέχων. Ob additam explicationem non dubito reponere Ὀλοοίτροχος, ab ὀλοὸς, *perniciosus*, *exitiosus*. Pertinet enim haec glossa ad locum *Homeri Iliad.* ν'. 137. ἀντικρὺ μεμαὼς, ὀλοοίτροχος, ὡς ἀπὸ πέτρης. Eadem scriptura reperitur quoque apud *Hesychium*, *Etymol. M.* (col. 622. l. 33.) et *Apollonium Soph. Lex. Hom.* p. 496. cujus verba haec sunt: Ὀλοοίτροχος. ὁ Κομανὸς ἰδίως ἀποδίδωσιν, ὅλος τρέχων, ἐπεὶ στογγύλος, καὶ παντὶ μέρει ἐφαπτόμενος τῆς γῆς. ὁ μὲν γὰρ τετράγωνος ἑνὶ μέρει ἐφάπτεται. ἢ ὀλοοίτροχος, ὅλος τροχώδης καὶ περιφερής. βέλτιον δὲ, ὥς τινες, τὸν ὀλοὸν γινόμενον ἐν τῷ τρέχειν, οἷον ὀλοθρευτικὸν, καθ' οὗ ἂν ἐπενεχθῇ.

Ibid. Ὀλούφειν (*Hesychius* Ὀλουφεῖν habet. Fortasse scribendum est Ὀλόπτειν, quod vide apud *Hesychium*, aut, quod mihi magis placet, Ὀλοπύειν.), τίλλειν, ἢ κατασπᾶν, οἷον ὀλοσφίζειν. Vox ὀλοσφίζειν jam offendit *Alberti* ad *Hesychium*, nec ullo modo hic locum habere potest. Fortasse legendum est Ὀλοσπάζειν (*Phavorinus* col. 1352. lin. 52. Ὀλοσπαδεῖς, ὅλαι κατασπώμεναι καὶ κατατεινόμεναι), aut ὀλοσφύζειν, ut haec vox exempli, non autem interpretationis caussa sit apposita. Sed dent alii meliora.

Ibid. Ὀλοφυκτὶς, οἷον ἐπινυκτὶς κ. τ. λ. Glossam hanc misere perturbatam esse nemo facile inficias ibit. Loco ἐπινυκτὶς *Alberti* ad *Hesychium* legere malebat ἐπιφλυκτὶς, quam vocem Graecia ignorat. Nec video, cur sollicitanda sit lectio recepta. Ὀλοφυκτὶς enim est *pustula*, quasi Ὀλοφλυκτίς. Eandem autem notionem habet quoque ἐπινυκτὶς, quae est *pustula noctu in eminentibus corporis partibus erumpens, et noctu maxime etiam eruvians.* Confer *Plinii H. N.* XX, 6. ac *Foesii Oeconom. Hipp.* p. 229 et 452. — Sequitur in textu *Photiano* vox ἠδοθείην, ubi divisim legendum est: ἢ δοθείην, aut potius: ἢ δοθιήν. Δοθιὴν autem est *furunculus*, seu *tumor in carnosis corporis partibus.* Confer *Foesii Oeconom. Hippocr.* p. 169. — Reliquis autem hujus articuli verbis medela facile afferri poterit e *Schol. Theocrit.* ad *Idyll.* IX. v. 30. qui habet: ὅταν δὲ αὕτη γένηται ἐπὶ τῇ γλώττῃ, εἰώθασιν λέγειν αἱ γυναῖκες, ὡς ἀποτεθεῖσάν σοι μερίδα οὐκ ἀποδεδώκασιν, quae sine dubio reddenda sunt *Photio* loco eorum, quae nunc ita leguntur: ὅταν δὲ ἐπὶ τῆς γλώττης τοῦτο γένηται, λέγουσιν αἱ γυναῖκες. ὅσα προθεὶς, τίς σοι μερίδα ἐπέδωκεν. Verba postrema autem hujus articuli sunt ita refingenda: δοκεῖ δὲ ταῦτα ἐπιγίγνεσθαι τῇ γλώττῃ, ὅταν ὑπὲρ ἀπόντος καλοῦ ἢ καλῆς κακῶς διαλέγηται.

Ibid. Ὅλῳ ποδὶ, ὅλῃ δυνάμει. Legitur haec formula apud *Apollonium Rhod.* IV, 1166. τρηπωλῆς ἐπέβημεν ὅλῳ ποδὶ, pro quo παντὶ ποδὶ dixit *Libanius* Tom. II. p. 724. C.

Ibid. Ὁμαδὸς, θόρυβος, ἀπὸ τοῦ ὁμοῦ αὐδᾶν. Sunt ipsissima verba *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 497. Confer *Homer. Iliad.* β'. v. 96. et *Hesiodi Scut. Herc.* v. 155. Caeterum loco Ὁμαδὸς scribendum est Ὅμαδος, ut recte legitur apud *Eustathium* p. 180, 8. et 682, 39.

Ibid. Ὁμάμαιτα, τὰ οὐρήματα. Αἰσχύλος. Loco ὁμάμαιτα necessario rescribendum est Ὀμίχματα, quod *Hesychius* per τὰ οὐρήματα interpretatus est. Idem: Ὀμιχεῖν, οὐρεῖν, ubi vide *Intt.* *Lobeckius* legere mavult: Οἰμήματα, ὁρμήματα. *Hesychius*: Οἶμημα, ὅρμημα. Idem: Οἶμᾶτα, ἀετοῦ ὁρμήματα. Vide *Eustathium* in *Homer. Il.* π'. p. 1084. in fine.

Ibid. Ὄμμα ῥαπτὸν, ἐπὶ τῶν παλευτριῶν περιστερῶν. Respicitur hac glossa ad consuetudinem aucupum, aves quasdam, v. c. columbas, excoecatas aut oculis consutis in reti ponendi, ut alias allicerent, cujus mentionem quoque facit praeter *Aristotelem Hist.* lib. IX. c. 7. *Suidas* in voce Παλεῦσαι, ἐξαπατῆσαι —— καὶ παλεύτρια, περιστερὰ πλάνος. Ἀριστοφάνης Ὄρνισιν (v. 1083.)·

Κἀκκαγκάζει παλεύειν δεδεμένας ἐν δικτύῳ.

εἰώθασι γὰρ ἐκτυφλοῦν τινὰ τῶν ὀρνέων, καὶ ἱστᾶν ἐν δικτύῳ. Confer quoque *Hesychium* s. v. Παλεύσας, ac *Photium* ipsum s. v. Παλεύετε, Παλευτὰ et Παλεῦσαι. Videtur autem ὄμμα ῥαπτὸν fuisse dictio proverbialis, cujus elegantiam auget usus metaphoricus vocis ῥάπτειν, quae, ut latinorum *consuere*, etiam absolute posita adhibetur pro: *mala struere*, *dolose agere*, v. c. in *Eurip. Androm.* v. 911. Confer *D'Arnaud lectt. Graec.* p. 95. ac *Bocharti Hieroz.* P. II. lib. I. c. 4. T. II. p. 552. ed. *Rosenmülleri*.

Ibid. Ὀμβρήσαντος, πηγάσαντος. Potius Ὀμβρίσαντες legendum est ab ὀμβρίζω. Ὀμβρήσαντος enim est ab ὀμβρεῖν, quod *pluere* significat.

Col. 242. Ὁμηρεύτας (Legendum Ὁμηρεύσοντες ex *Harpocratione*, cui sua debet *Photius*), Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος (Vol. III. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 72, 35.) —— οἱ ἐπὶ συμβάσει (Scribe: συμβιβάσει, *pactionis causa*) διδόμενοι κ. τ. λ.

Ibid. Ὁμηρίδαι, γένος ἐν Χίῳ ἀπὸ τοῦ ποιητοῦ ὠνομασμένοι κ. τ. λ. Excerpta sunt haec ex *Harpocratione*, ubi in sequentibus pro ἀλλήλους rectius legitur ἀλλήλοις.

Ibid. Ὁμηρίδαι, οἱ τὰ Ὁμήρου ὑποκρινόμενοι. A *Timaeo* glossam hanc sumserunt *Photius* ac *Suidas*.

Col. 243. Ὁμοερκές. Δείναρχος. ἀντὶ τοῦ ὑφ' ἓν ἕρκος κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*.

Ibid. Ὁμογάλακτες, οἱ τοῦ αὐτοῦ γάλακτος, οὓς καὶ γεννήτας ἐκάλουν. Si lectio γάλακτος vera est, addi debet μετέχοντες aut μεταλαμβάνοντες. Sed sine dubio loco γάλακτος legendum est γένους, et οἱ ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους, ut habet *Hesychius*.

Ibid. Ὁμόγνιοι θεοί, ὅσοι συγγενεῖς κοινῶς ὀργιάζουσι. Est glossa *Timaei*, ad quem *Ruhnkenius* recte monuit, pro ὅσοι legendum esse οἷς οἱ κ. τ. λ., h. e. *quibus cognati communiter sacra faciunt.* Eandem correctionem dedit quoque *Toupius Curis Novissimis in Suidam* p. 108.

Ibid. Ὁμοίας λαβὰς, ἀντὶ μεταλήψεις καὶ ἀντὶ μεταθέσεις. Sumta haec videntur ex *Platonis Phaedr.* p. 340. E. ubi legitur: περὶ μὲν τούτου, ὦ φίλε, εἰς τὰς ὁμοίας λαβὰς ἐλήλυθας. Inter *Proverbia metrica* relatum exstat v. 561.

Ibid. Ὁμολώϊος Ζεὺς, ἐν Θήβαις καὶ ἐν ἄλλαις κ. τ. λ. De *Aristophane* ἐν δευτέρῳ Θηβαϊκῶν, qui in medio hujus articuli laudatur, nihil relatum legimus. Admodum ingeniosa ac docta igitur est conjectura *Lobeckii* loco *Aristophanis* olim in textu *Photii* fuisse *Aristomenem*, de cujus Thebaicis confer *Valckenarium* ad *Schol. Eurip. Phoen.* p. 732. Sed pro Ἀριστοφάνης potius est substituendus Ἀριστόδημος, quem *Suidas* (in v. Τελμισία) et *Phavorinus*, ac *Scholiastes Theocriti Idyll.* VII. v. 103, agnoscunt. Laudat eundem scriptorem quoque *Scholiastes* ad *Apollon. Rhod.* II, 906. citans Ἀριστόδημον ἐν πρώτῳ Θηβαϊκῶν ἐπιγραμμάτων, ubi sine dubio scribendum fuerat ὑπομνημάτων.

Ibid. Ὁμορρόθεῖ, συμφωνεῖ. Vox ὁμορροθεῖν speciatim de iis adhibetur, *qui sociam operam alicui remiganti praestant.* Confer

Schol. Aristoph. ad *Aves* v. 852. et *Orph. Argon.* v. 254. Nam ῥόθος dicitur strepitus, quem pulsantes maria remi efficiunt, teste *Hesychio.* Sed tropice idem est quod συμφωνεῖν. Vide *Soph. Antigon.* v. 536.

Ibid. Ὁμοῤῥόφιον, ὁμόσκηνον. Scribendum est Ὁμορόφιον: nam ὁμοῤῥόφιος est *compotor*, ex ὁμοῦ et ῥοφέω, *haurio.* Confer *Pollucis Onom.* lib. III. segm. 61.

Ibid. Ὁμόσε, ὁμοῦ, εἰς τὸν αὐτὸν τόπον, ἢ ἐξ ἐναντίας, σφοδρῶς, θρασέως. Lucem foeneratur haec glossa e *Timaei Lexico Platonico* p. 191. ubi legitur: Ὁμόσε, εἰς ταὐτὸ ὑπὸ τῶν ἐναντίων εἰς μάχην φερόμενοι, et videndus *Ruhnkenius.* Confer quoque glossam proxime sequentem.

Ibid. Ὁμόσε ἰέναι, ἀντὶ τοῦ παραβάλλεσθαι (*Harpocration* habet: παραβάλεσθαι.). λέγεται δὲ κ. τ. λ. In hoc articulo duae coaluerunt glossae. Prior inde a verbis Ὁμόσε ἰέναι usque ad verbum φεύγειν est ex *Harpocratione* desumta. Posterior incipit a voce Ὁμοῦ, quae in editione *Hermanniana* perperam cum φεύγειν conjuncta reperitur, atque etiam *Harpocrationem* auctorem habet, e quo ante τοῦ τίκτειν inserendum est ἐστὶ, hoc sensu: *jam prope partum est mulier.* Locus *Demosthenis* in hoc articulo adductus reperitur Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 785, 23.

Col. 244. Ὁμοτέρμονας, πλησιοχώρους, τοὺς ὁμοῦ τὰ τέλη ἔχοντας. Confer *Timaei Lex. Platon.* p. 193. ibique *Ruhnkenium.*

Ibid. Ὁμοῦ. Δημοσθένης τῷ ὁμοῦ κέχρηται κ. τ. λ. Prior hujus articuli pars jam supra adfuit, s. v. Ὁμόσε ἰέναι. Locus *Homeri*, qui in fine laudatur, reperitur *Iliad.* ψ'. v. 83 sequ. Caeterum conferenda sunt cum hoc articulo *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* edita p. 10.

Ibid. Ὀμπήν. Ἀθηναῖοι ὅταν τὸν νεὼν ἱδρύονται κ. τ. λ. Loco Ὀμπὴν videtur scribendum esse Ὄμπνην, ut habet *Hesychius*, qui ὄμπνην per τροφὴν, εὐδαιμονίαν interpretatus est. Sic quoque legitur in apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 757. n. 9. in quo etiam pro εὐθένειαν reperitur εὐθηνίαν. Vide *Ez. Spanhemium* in *Callimachum* p. 657 et 747.

Ibid. Ὄμπναι, πυροὶ μέλιτι πεφυραμένοι. Confer *Schol. Nicandri* ad *Alexipharm.* v. 450. et *Lycophr.* v. 621.

Col. 245. Ὀμφὴ, θεία κλῃδὼν (scribendum κληδὼν) ἢ φήμη. E *Schol. Homer.* ad *Iliad.* β'. 41. Confer *Eustathium* p. 48, 30. et 711, 53.

Ibid. Ὀμφὴν, φωνὴν (Vide Schol. *Eurip.* ad *Medeam* v. 175.), κλῃδόνα (scribendum κληδόνα), φήμην θείαν, ἢ ὄνειρα, φάσματα. Verba ὄνειρα, φάσματα, pro quibus *Suidas* ac *Hesychius* ὀνείρου φαντάσματα habent, ad vocem Ὄμφορα referenda esse judicat *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 758. n. 31.

Ibid. Ὀμώμοκα. Ἄρχιππος Ὄνῳ. Confer *LXX. Intt. Ezech.* VI, 9. et *M. Maittaire de dialectis l. graecae* ed. *Sturzii* p. 73.

Ibid. Ὀμωχέτας (Apud *Suidam* scribitur Ὀμαχαίτας. Confer *Küsterum* ad illum locum.). Θουκυδίδης (lib. IV. c. 97. Βοιωτοὺς ἐπικαλουμένους τοὺς ὁμωχέτας δαίμονας.) τοὺς συννάους θεοὺς καὶ ὁμοῤῥοφίους (legendum ὁμοροφίους). Βοιωτιακὴ ἡ λέξις. *Schol. Thucydid.* οἱ συμμετέχοντες τῶν αὐτῶν νεῶν καὶ τῶν αὐτῶν ἱερῶν.

Ibid. Ὀνειροπολεῖ, φαντάζεται. Scilicet ἐν ὀνείρασι. Respicit sine dubio haec glossa *Aristoph. Nub.* v. 16. ubi vid. *Schol.*

Ibid. Ὀνητὴν, ἀγοραστὴν, ἐναπόλαυστον. Mallem legere: ἢ vel καὶ ἀπόλαυστον.

Ibid. Ὀνήτωρ, πρὸς ὃν Δημοσθένης ἔγραψεν τῆς ἐξούλης (Scribendum: περὶ τῆς ἐξούλης) λόγους (Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* a pag. 864. usque ad pag. 880.). εἷς δὲ ἦν τῶν χορηγησάντων, οὗ καὶ ὁ Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ ἀντιδόσεως μέμνηται. Confer *Corayi animadv. ad Isocratem* T. II. p. 341.

Ibid. Ὄνθος, βόλβιτον, τοῦτ' ἔστιν ἡ τῶν βοῶν κόπρος. Est glossa *Homerica*, pertinens ad *Iliad.* ψ'. v. 777 et 781. ubi vid. *Schol.* ac *Eustathium* p. 1329, 12.

Ibid. Ὀνίνησιν, ὠφελεῖ. Sumta est haec glossa e *Platonis Critone* §. 8.

Ibid. Ὄνος, ἐν ᾧ κρόκην νήθουσιν. Confer *Iul. Pollucis Onomast.* VII, 32. et X, 125. ac *Foesii Oecon. Hipp.* p. 455.

Ibid. Ὄνοι κανθήλιοι. Divisim scribendum videtur: Ὄνοι, κανθήλιοι. Vel enim hoc voluit *Photius*, homines bardos et stolidos (Confer supra s. v. Κανθήλιος) ὄνους dictos esse, vel ὄνους μεγάλους vocatos esse Κανθηλίους. *Schol. Aristoph. Vesp.* v. 710. Κανθηλίοις, ὄνοις μεγάλοις. Habet tamen *Plutarchus Sympos.* IX, 5. ὄνους κανθηλίους, *asinos clitellarios*, ad quem locum etiam respicere potuit *Photius*.

Ibid. Ὀνοκίνδιος, ὀνηλάτης, ἀστραβηλάτης. Confer *Schol. Aristoph. in Aves* v. 1555. et *Polluc. Onom.* VII, 185.

Ibid. Ὀνομήνω, ὀνομάσω. Fortasse desumta est haec glossa ex *Hom. Iliad.* β'. 488. Πληθὺν δ' οὐκ ἂν ἐγὼ μυθήσομαι, οὐδ' ὀνομήνω. Confer quoque *Hesiod.* ἔργ. v. 80. ac *Eustathium* ad *Iliad.* ί. p. 739, 55.

Ibid. Ὀνομάζων, ἀντὶ τοῦ Φράζων, ἑρμηνείᾳ χρώμενος. Δημοσθένης. Sunt haec ex *Harpocratione* desumta. Confer *Reiskii Indic. Graecit. Demostheneae* p. 538 sequ.

Col. 246. Ὄνος λύρας (nempe: ἀκούων, κινεῖ τὰ ὦτα, ut plene legitur apud *Apostolium Proverb. Cent.* XIV, 53.) Μένανδρος Ψοφοδεεῖ —— λέγεται δὲ ἐπὶ τῶν μὴ συγκατατιθεμένων, μηδὲ ἐπαινούντων. Lege ἐπαϊόντων, h. e. *dicitur de iis, qui approbant quidem aliquid, nec tamen intellegunt.* Confer praeter ea, quae ad hunc articulum a me notata sunt in libello animadversionum col. 63. *Erasmi adagia Chil.* I. *Cent.* IV. n. 35. p. 143.

Ibid. Ὄνος κόσπριος, ζῷον πολύπουν σκωληκῶδες, ὃ συνειληθὲν ὅμοιον κυάμῳ Φαίνεται. In *apographo Alberti ad Hesychium* T. II. c. 763. n. 13. pro κόσπριος legebatur ἰσώπριος, pro quo e Cod. D. *Hermannus*, sine dubio oculorum lapsu, ἰσώτριος edi jussit. Confer *Iunium* de *anim.* l. V. c. 15. p. 229. *Athenaei Deipnos.* lib. VII. c. 99. *Plinii H. N.* XXVII, 11. et *Dioscorid.* IV, 121. p. 289.

Ibid. Ὄνου θάνατος, ἐπὶ τῶν ἀλλόκοτα διηγουμένων. *Suidas* habet: Ὄνου θανάτους, consentiente *Mich. Apostolio Proverb. Cent.* XIV. n. 64. Mallem equidem θάνατον legere, ita ut suppleatur διηγεῖται. Confer *Erasmi adagia* Chil. III. Cent. II. num. 58. p. 674.

Ibid. Ὄνου πόκαι, ἐπὶ τῶν ἀνηνύτων καὶ τῶν μὴ ὄντων λέγεται ἡ παροιμία ὑπὸ τῶν Ἀττικῶν κ. τ. λ. Occurrit haec formula proverbialis apud *Aristoph. Ran.* v. 186. ubi vid. *Schol.* ubi πόκες scribitur, quemadmodum supra apud *Photium* πόκοι.

Col. 247. Ὄνου σκιά, καὶ περὶ ὄνου σκιᾶς. κ. τ. λ. Confer *Scholia in Platonem a Ruhnkenio collecta* p. 64 sequ. — Formula aeque proverbialis περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς πολεμῆσαι, quae in fine hujus articuli commemoratur, reperitur apud *Demosthenem* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 63. ult.

Col. 248. Ὄξις, λαγύνιον ὀξηρόν. Scribendum est Ὀξὶς, ut legitur apud *Aristoph. Plut.* v. 813. ubi Schol. ὀξὶς ἀγγεῖον ὄξους δεκτικόν. Occurrit praeterea in *Vesp.* v. 1549. ubi *Schol.* εἶδος ἀγγείου ὀξηροῦ interpretatus est.

Ibid. Ὀξυθύμια. Ὑπερίδης ἐν τῷ κατὰ Δημάδου Φησί κ. τ. λ. Totum hunc articulum ex *Harpocratione* desumsit *Photius*, e quo in fine pro τὴν οἰκίαν reponendum est τὰς οἰκίας. Confer etiam articulum sequentem.

Col. 249. Ὀπασθεὶς, ἐκ τῶν ὀπίσω δεθείς. Eadem quoque habet *Hesychius*, ad quem bene monuit *Alberti*, rectius Ὀπισθεὶς scribi. Confer *Ez. Spanhemium* ad *Callim. H. in Delum* v. 322. p. 521.

Ibid. Ὀπιάντορον, τὸν πεπηγότα ὑπὸ ὀποῦ. Loco Ὀπιάντορον, quod est vocabulum nihili, reponendum est necessario: Ὀπίαν τυρὸν, τὸν πεπηγότα ὑπὸ ὀποῦ, scilicet τῆς συκῆς. Confer *Eurip. Cyclop.* v. 136. καὶ τυρὸς ὀπίας ἐστὶ, καὶ βοὸς γάλα, quem quoque laudat *Athenaeus* lib. XIV. p. 658.

C. seu Vol. V. *Opp.* p. 396. ed. *Schweighaeuseri*, ubi legitur: Εὐριπίδης δὲ ἐν Κύκλωπι ὀπίαν καλεῖ τυρὸν τὸν δριμὺν, τὸν πηγνύμενον τῷ τῆς συκῆς ὀπῷ. Confer etiam *Aristoph. Vesp.* v. 353. ac *Eustathium* p. 619, 41. et 1485, 31.

Ibid. Ὀπικίαν, τὴν τῶν Ὀπικῶν χώραν. Θουκυδίδης. nempe lib. VI. cap. 4. Confer quoque *Stephanum Byzant.* p. 616.

Ibid. Ὀπιπεύειν, παρατηρεῖν. Confer *I. Toupii animadverss.* in *Scholia Theocritea* p. 213.

Ibid. Ὀπισθόδομος. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ συντάξεως (Confer Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 170, 6. et 743, 1.) ἀνέῳξαν δήπου κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione*. Vide quoque *Schol. Demosthenis* e *Cod. Bavar.* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 54.

Col. 250. Ὀπὸς, τὸ τῶν δένδρων δάκρυον, καὶ τὸ ἀποστάλαγμα τοῦ γάλακτος. Confer praeter *Hesychium* (ubi videndi Interpretes) *Etymolog. M.* p. 628. l. 39. et *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 506. Adde *Homer. Iliad.* ε. 902. et *Schol. Aristoph. ad Pacem* v. 1184.

Ibid. Ὁποτέρωθεν, ἀπὸ ποίου μέρους. Lege: ἀπὸ ὁποίου μέρους, *utralibet a parte*. Sicut ὁπότερος vertit ὁποῖος. Ὁποτέρωσε est *utram in partem*.

Ibid. Ὄπωπα, ἐθεασάμην. *Aeschyl. Eumen.* v. 57. et *Iliad.* β'. v. 799.

Ibid. Ὀργὰς, τὰ λοχμώδη καὶ ὀρεινὰ χωρία, καὶ οὐκ ἐπεργαζόμενα, οὕτω καλεῖται. κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*. Pro λοχμώδη in *Schol. Demosthenis* e *Cod. Bavarico* (Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 54.) legitur λαχανώδη. Idem pro ἐπεργαζόμενα habet ἐπεξεργαζόμενα.

Ibid. Ὀργεῶνας. Ἰσαίου λόγος ἐστὶν ὡς (legendum πρὸς) Ὀργεῶνας. — — — καὶ τὰ νομιζόμενα ὁρᾶν (reponendum est δρᾶν). ἢ παρὰ κ. τ. λ. Totus hic articulus desumtus est ex *Harpocratione*. Confer quoque *Montfauconii Biblioth. Coislin.* p. 489.

Col. 251. Ὀργάσας, μαλάξας. Est glossula *Timaei*. Confer *Eustathium* p. 229, 28. cui ὀργάζειν et ὀργάζεσθαι πηλὸν est τὸ κυκᾶν καὶ ἀναταράττειν.

Ibid. Ὀργιάζων, θύων, ἐπιτελῶν. Glossam hanc *Timaei* cum *Suida* transscripsit *Photius*.

Ibid. Ὀργὰς, ἡ εὔγειος, καὶ σύμφυτος καὶ λιπαρὰ καὶ ἀκμαία. Omissis verbis καὶ σύμφυτος, eadem leguntur apud *Timaeum*, ad quem jam recte monuit *Ruhnkenius*, in glossae fine vel addendum vel intellegendum esse e *Suida* vocabulum γῆ.

Ibid. Ὀργεῶνες, οἱ τοῖς ἰδίᾳ ἀφιδρυμένοις θεοῖς ὀργιάζοντες κ. τ. λ. In medio hujus articuli leguntur verba: τοὺς συνόλους ἔχοντας περί τινας ἥρωας ἢ θεούς. Mihi aliquando συλλόγους e *Suida* reponendum videbatur loco συνόλους, nunc autem mallem *Lobeckio* assentiri, qui συνόδους scribere mavult. Literas Δ et Λ in Codd. MSS. saepe invicem permutari notissimum est. — Quod autem attinet ad locum *Antimachi*, qui paulo post adducitur, remittendi sunt lectores ad *Antimachi Colophonii reliquias* ed. *Schellenberg.* p. 82 sequ.

Col. 252. Ὀργιασταὶ, οἱ τὰ μυστήρια ἐπιτελοῦντες. Est glossa *Timaei*, quam etiam *Suidas* recepit.

Ibid. Ὀργιουμένοις, ἐπιθυμοῦσιν. Scribendum est: Ὀργωμένοις, ab ὀργᾶν, quod, ipso *Photio* sub Ὀργάδες et Ὀργῶσα teste, est ἐπιθυμεῖν.

Ibid. Ὀρεγνὺς, ἐκτείνας. Adde: τὴν χεῖρα. Ex *Homeri Iliad.* ά. v. 351. ubi confer *Scholion*.

Ibid. Ὀρεωκόμιος, ὁ ἐπιμελητὴς τῶν ἡμιόνων. Ὀρεὺς γὰρ ὁ ἡμίονος. Loco Ὀρεωκόμιος scribendum est Ὀρεωκόμος. Confer *Aristoph. Thesmoph.* v. 498. ubi vid. *Schol. Eustathium* p. 656, 26. ac *Suidam* s. h. v. Apud *Pollucem* VII. sect. 185. legitur ὀρεοκόμος et ὀρεοκομεῖν, ubi videndi Interpretes. Confer quoque *Reitzium* ad *Luciani convivium* cap. 16. Vol. I. ed. *Bipont.* p. 361.

Ibid. Ὀρεῖς, ἡμιόνους. καὶ ὀρεωκομένους, τοὺς ἐπιμελουμένους τῶν ἡμιόνων. In apo-

grapho *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 777. n. 9. legebatur: καὶ Ὀρειοκόμους, τοὺς ἐπιμελητὰς τῶν ἡμιόνων, sed dubio caret, scribendum esse in *Photio* Ὀρεωκόμους. Confer notata ad proxime antecedentem articulum.

Ibid. Ὀρδάνιον, ἐν ᾧ ἦν ὕδωρ, ἵν' οἱ περιῤῥαινόμενοι καθαροὶ ἀπέρχωνται. Inepto loco posita praetereaque corrupta est haec glossa. Loco Ὀρδάνιον enim scribendum est Ἀρδάνιον. Est autem ἀρδάνιον, teste *Suida*, κεράμιον, ὃ ἐτίθετο πρὸ τῆς θύρας τῶν τετελευτηκότων τοῖς εἰσιοῦσιν καὶ ἐξιοῦσιν, ἵνα περιῤῥαίνωνται. *Eustathio* autem p. 707, 32. ἀρδάνιον est ἀγγεῖον, ἐν ᾧ ἄρδουσι τὰ θρέμματα.

Ibid. Ὀρθάνης, Πριαπώδης θεός. ἐντέτεκται Ἑρμοῦ καὶ νύμφης. *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. legendum videtur: Ὀρθάνης, Πριαπώδης Θεὸς, ὃς ἐντέταται, Ἑρμοῦ καὶ Νύμφης, scilicet υἱός. *Hesychius:* Ὀρθάνης (perperam olim Ὀρηθάνης), τῶν ὑπὸ (sive περὶ, cum *Heringa Obss.* cap. 24. p. 206.) τὸν Πρίαπον ἐστὶ θεῶν, καὶ αὐτὸς ἐντεταμένον ἔχων τὸ αἰδοῖον.

Ibid. Ὀρθόκερως, ὀρθόθριξ. Σοφοκλῆς. *Pollux* II, 31. Κέρας ἡ κόμη. ὃ καὶ Ὅμηρον δηλοῦν τινες ἔφασαν, εἰπόντα τὸν Πάριν, Κέρ' ἀγλαὸν (*Iliad.* λ'. 385.). ὅθεν καὶ παρὰ Σοφοκλεῖ, Ὀρθόκερως φρίκη, οἷον ὀρθόθριξ.

Ibid. Ὀρθῆς δὲ τῆς πόλεως οὔσης ἐπὶ τούτοις κ. τ. λ. Locus hic est ita constituendus ac interpungendus: Ὀρθῆς δὲ τῆς πόλεως οὔσης ἐπὶ τούτοις, ἀντὶ τοῦ κεκινημένης καὶ πεφορημένης, Ὑπερίδης φησίν. Αἰσχίνης δὲ (nempe Vol. III. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 326.) ὀρθῆς δ' ἡμῖν τῆς πατρίδος οὔσης, ἀντὶ τοῦ ἀπαθοῦς καὶ ἀκεραίου. Eadem medela afferenda quoque est *Suidae*.

Ibid. Ὄρθιον νόμον, καὶ τροχαῖον κ. τ. λ. Confer Intt. ad *Luciani bis accusatum* cap. 11. Tom. VII. p. 406. ed. *Bipont.* et *Schol. Aristoph.* ad *Eccles.* v. 735.

Col. 253. Ὀρθογόη, χελιδών. In textum recipienda est lectio Ὀρθρογόη, quam exhibuit apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 780. n. 12. ut nomen habeat ἀπὸ τοῦ πρὸς ὄρθρον γοᾶν: primae enim et primo diluculo canunt vel gemunt hirundines. Sumta autem sine dubio est haec vox ex *Hesiod.* Ἔργ. καὶ Ἡμ. v. 566. ubi etiam ὀρθρογόη legitur.

Ibid. Ὀρθοστάδιοι, οἱ στατοὶ χιτῶνες. οἱ γὰρ συρόμενοι, Συρτοί. Desumta haec sunt e *Schol. Aristoph. ad Lysistr.* v. 45. in *Cod. Barocc. MS.*, quo usus est *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. Eadem quoque in *Commentarium* suum transtulit *Eustathius* pag. 1166, 55. Vide quoque *Pollucis Onom.* lib. VII. sect. 49. ac *Reimarum* ad *Dion. Cass. Histor. Rom.* Vol. II. p. 1039. Apud *Aristophanem* l. l. ὀρθοστάδια scribitur.

Ibid. Ὀρθριάζειν, μαντεύεσθαι. Sine dubio ex *Hesychio* reponendum est Ὀρθιάζειν. Vide *Ruhnkenium* ad *Homeri Hymn. in Cerer.* v. 20. p. 8 sequ. et *Valesium* ad *Harpocrat.* p. 16. Confer tamen Intt. ad *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Ὀριγνηθῆναι, ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμῆσαι. *Harpocration*, in quo eadem verba reperiuntur, laudat *Antiphontem in prima de veritate.* Confer quoque *Eustathium* pag. 1173, 52.

Ibid. Ὀρικὰ ζεύγη, τὰ τῶν ὀρέων, τουτέστι τῶν ἡμιόνων. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Ὀρκάνη. Λυκοῦργος κατὰ Λυκόφρονος β'. κ. τ. λ. Haec quoque ex *Harpocratione* desumta sunt. Locus *Homeri*, qui in fine hujus articuli laudatur, reperitur in *Odysseae* ώ. v. 223. Confer *Eustathium* p. 233, 41. ac *Schol.* ad *Aeschyli Sept. c. Theb.* v. 352.

Ibid. Ὀρκύπτεσθαι, ὑπερκύπτειν, ἐπ' ὀνύχων ἱστάμενον. Scribendum est Ὀρκύπτεσθαι, nam ex ὀρθοκύπτειν contractum videtur.

Ibid. Ὀρμώμενους, προθυμουμένους. E verbis sequentibus: λέγεται δὲ καὶ ὁ γενεαλογούμενος luculenter apparet, dedisse *Photium*: Ὀρμώμενος, προθυμούμενος, quod etiam *Suidas* habet. Vox γενεαλογούμενος est

est corrupta, certe suspecta. Num fortasse dederat *Photius:* γενναῖα λογούμενος. Verbo λογοῦσθαι usus est *Gregor. Pal.* p. 13. ἢ τὸ πεφυκὸς λογοῦσθαι καὶ ῥυθμίζεσθαι.

Col. 254. Ὀρκωμοτεῖν, τὸ ὀμνῦναι. Ἀριστοφάνης Βαβυλωνίοις. Reperitur quoque haec vox apud *Eurip. Suppl.* v. 1190. et *Aeschyl. Sept. c. Theb.* v. 46.

Ibid. Ὀρμιάν. Ἀντιφάνης Ἁλιευομένῃ. Ὁρμιᾷν exhibet apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 784. n. 16. Sed mihi non sollicitanda videtur lectio recepta. Suspecta mihi potius sunt verba Ἀντιφάνης Ἁλιευομένῃ, quae praeter hunc locum in *Photio* non amplius reperiuntur, cum voce ὁρμιὰ usus quoque sit *Lucianus* in *Piscatore* cap. 47. Vol. III. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 165. ubi *Schol.* ὁρμιὰ λεπτὸν σχοινίον, ἀπὸ τοῦ εἴρω, τὸ συμπλέκω.

Ibid. Ὀρνιθευτής, ὁ ὀρνιθοθήρας. Plura habet *Harpocration*, e quo haec desumta sunt.

Ibid. Ὀρνιθοκλόνοι, ὀρνιθοσκόποι. Suspicor, *Photium* scripsisse: Ὀρνιθολόχοι, recepta enim lectio nullo modo locum habere potest. Vox ὀρνιθοσκόποι reperitur apud *Sophoclem Antigone* v. 1012. quemadmodum ὀρνιθοθήρας in *Aristoph. Nub.* v. 731. et *Schol. in Aves* v. 62.

Ibid. Ὄρνις Ἀττικοί, Ἴωνες δὲ ὄρνιξ κ. τ. λ. Confer *Eustathium* ad *Homerum* p. 1419. l. 16. et 1439. l. 35.

Col. 255. Ὄρος, οὕτως ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione.* Confer *Reiskii indicem graecit. Demosthen.* s. h. v. atque *Maussacum* ad *Harpocrationem* l. l.

Ibid. Ὄρον (Scribendum Ὀρόν), σκεῦός τι γεωργικὸν κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Ὀῤῥωδεῖν, ἀντὶ τοῦ φοβεῖσθαι, καὶ ὀῤῥωδία, τὸ δέος. *Harpocration,* quem compilavit *Photius,* tradit quidem, ὀῤῥωδεῖν apud *Andocidem* in *Oratione* de *impunitate* (Vol. IV. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 78.), ὀῤῥωδίαν autem apud *Demosthenem* in *exordiis concionum* reperiri. Sed apud *Demosthenem* quidem ὀῤῥωδεῖν (v. c. Vol. I. *Oratt. GG.* p. 127, 25. et 152, 9.) exstat, non autem ὀῤῥωδία. Confer *Eustathium* p. 527, 45. *Schol.* in *Aristoph. Equit.* v. 126. ed. *Inverniz.* ὀῤῥωδῶν, φοβούμενος, εὐλαβούμενος. ἐπειδὴ συμβαίνει τοῖς φοβουμένοις τὸν ὄῤῥον, τουτέστιν τὸν πρωκτὸν ἱδροῦν. Vide quoque *Beckii Comment.* in *Aristoph.* Vol. I. p. 69.

Ibid. Ὄροφος καὶ ὀροφή, στέγη. Idem tradit *Schol. Aristophanis ad Nubes* v. 174. qui bene attulit loca *Aristophanis* in *Vespis* v. 1215. et in *Lysistrata* v. 229.

Ibid. Ὄρπηξ, κλάδος. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 510. Ὄρπηκας, κλάδους, παρὰ τὸ ὀρούειν. Nomine hoc usus est *Homerus Iliad.* φ'. v. 38. Vide *Eustathium* p. 1222. l. 20.

Ibid. Ὀρσοθύρη, θύρα ἐν ὕψει τοῦ τοίχου. Est vox *Homerica Odyss.* χ'. 132. obvia, de qua copiose exposuerunt *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 506 sequ. ac *Eustathius* p. 1921. l. 13. 21.

Ibid. Ὀῤῥός, ὁ ταῦρος. Uberius de hac significatione exposuit *Suidas* s. h. v. Vide quoque *Eustathium* p. 906, 58 sequ.

Ibid. Ὀρτάλιχοι, οἱ μηδέποτε πετόμενοι νεοττοί. Vox Ὀρταλίχων de *pullis vulturum* adhibetur ab *Aeschyl. Agamemn.* v. 54. Adde *Theocrit. Idyll.* XIII, 12. ac *Eustathium* p. 753, 55.

Ibid. Ὄρτυγας, συστέλλοντες οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι τὸ υ. κ. τ. λ. *Athenaeus Deipnos.* lib. IX. cap. 11. p. 393. C. τὴν μέσην τοῦ ὀνόματος (ὄρτυγος) συλλαβὴν ἐκτείνουσιν Ἀττικοί, ὡς δοίδυκα (*Aristoph. Plut.* v. 711.) καὶ κήρυκα (*Homer. Iliad.* μ'. v. 342.), ὡς ὁ Ἰξίων φησὶ Δημήτριος, ἐν τῷ περὶ τῆς τῶν Ἀλεξανδρέων διαλέκτου. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Εἰρήνῃ (v. 788.) συνεσταλμένως ἔφη διὰ τὸ μέτρον, Ὄρτυγας οἰκογενεῖς. *Schol. ad Aristoph. Pac.* l. l. ἀεὶ τὸ ὄρτυγας ἐκτείνεται, νῦν δὲ διὰ τὸ μέτρον συνέσταλται. Confer quoque *Eustathium* p. 1108. l. 49.

Col. 256. Ὄρυγμα, ἰδίως οὕτως ἐκαλεῖτο, ἐφ' οὗ οἱ κακοῦργοι ἐκολάζοντο. nempe Ἀθή-

νησι, quod addit *Harpocration*, e quo haec desumta sunt, simulque monet, reperiri hoc sensu apud *Lycurgum contra Aristogitonem* Vol. IV. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 221. Confer quoque *Meursii Lectt. Attic.* I, 25.

Ibid. Ὀρφναίην, σκοτεινήν. Pertinet haec glossa ad *Homer. Iliad.* κ'. 83. ubi legitur: νύκτα ὀρφναίην. Ὄρφνη enim est secundum *Scholiasten ineditum Vitebergensem* ad *Lycophronis Cassandram* v. 383. νὺξ γνοφώδης. Confer *Etymolog. M.* c. 634. l. 28. *Eustathium* p. 805, 17. ac *Hesychium* s. v. Ὀρφαναία seu potius Ὀρφναία.

Ibid. Ὀρχήστρα, πρῶτον ἐκλήθη ἐν τῇ ἀγορᾷ κ. τ. λ. Punctum post ὠρχοῦντο positum delendum est. Verba ᾤκει τ' ἐκεῖ, quae in fine hujus articuli leguntur, aliis explicanda aut potius restituenda relinquo. Cel. *Sturzius* in literis ad me datis de hoc articulo ita mihi sententiam suam aperuit: „Nisi adesset illud γὰρ post ἔτι, suspicari liceret, scribendum esse: εἰς τὴν ὀρχήστραν ἴθει, ἐπὶ τὴν θέαν, ᾤκει τ' ἐκεῖ. Ne sic tamen haec verba poetae esse possent, quia metrum non convenit." In aliis literis postea mihi scriptis, mutata priori sententia, haec mecum communicavit: „Quid, si legamus εἶδε γὰρ τὴν θέαν, ᾤκει τ' ἐκεῖ? Posteriora verba vertam, *totusque in eo erat.* Quanquam vel sic metrum male me habet: nam locum habeo pro fragmento poetae. In Aristophane quidem, quod sciam, frustra quaeras."

Ibid. Ὄρχους, τὰς κατὰ στίχον φυτείας. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 511. Ὄρχατος est κῆπος secundum *Schol. Lycophronis ad Cassandr.* v. 857. Vide etiam *Scholiasten Theocriti* ad *Idyll.* I, 47.

Ibid. Ὀρχήστρα, τὸ νῦν τοῦ θεάτρου λεγόμενον σίγμα κ. τ. λ. Eadem glossa reperitur quoque in *Lexico Rhetor. MS.* teste *Ruhnkenio* ad *Timaei Lex. Platon.* p. 196.

Ibid. Ὅσα μὴ ἀπῆν τό γε ἀτρεμεῖν (Sunt verba *Aristidis* T. II. p. 245.), ὅσον, καὶ ἐφ' ὅσον χρόνον οὐκ ἀπῆν αὐτοῦ τὸ ἀτρεμεῖν.

Ibid. Ὅσα μὲν τὸ δοκεῖν κακωθεῖσαι, τὸ δ' ἀληθὲς κακῶν ἀπαλλαγεῖσαι, ἀντὶ τοῦ τὸ μὲν δοκεῖν κακωθεῖσαι καὶ ἑξῆς. *Suidas* pro κακωθεῖσαι habet κακοπαθοῦσαι, et in sequentibus κακῶς παθοῦσαι pro eadem voce.

Ibid. Ὁσημέραι, διαπαντὸς, πάντοτε, καθ' ἡμέραν. Eadem leguntur quoque in *Scholiis* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collectis p. 93. Confer *Platonis Charmid.* p. 245. C. ed. *Lugd.* ac *Interpretes* ad *Gregor. Corinth. de dial.* p. 64 sequ. ed. *Lips.*

Ibid. Ὅσια, τὰ ἰδιωτικὰ, καὶ μὴ ἱερά. Est glossa *Timaei.* Confer *D'Orvill. ad Chariton.* p. 112. et *Taylor.* ad *Aeschin.* in *Timarch.* p. 90.

Col. 257. Ὅσιον χωρίον, τὸ βέβηλον καὶ μὴ ἱερὸν, εἰς ὃ ἔξεστιν εἰσιέναι. Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ. Scilicet v. 743 sequ.

Ibid. Ὅσιον. Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονά φησιν κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.* Locus *Isocratis* ab utroque laudatus reperitur in *Areopagit.* cap. 27. ubi videndus *Corayus* T. II. p. 115. Verba autem *Demosthenis* in sequentibus allata exstant Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 738, 7.

Ibid. Ὀσμὴ, ἡ δὲ ὀδμὴ Ἰακόν. Conf. *Maittaire de dialectis l. gr. ed. Sturz.* p. 122. 188 et 457. ac *Eustathium* p. 1570, 9.

Ibid. Ὀσμύλια, ἰχθύδια εὐτελῆ. Ὀσμύλια καὶ μενίδια (legendum μαινίδια, ut scribitur apud *Athenaeum*) καὶ σηπίδια, φησὶν Ἀριστοφάνης. scilicet ἐν Δαναΐσιν, teste *Athenaeo* lib. VII. cap. 124. p. 324. b. et 329. a.

Ibid. Ὄσσος, ὀφθαλμός. ἐν τῇ τραγῳδίᾳ ἀρσενικῶς. παρ' Ὁμήρῳ οὐδετέρως. *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 511. Ὄσσε. ὀφθαλμοί. *Homer. Iliad.* ν'. 3. 7. 435. *Eurip. Hecub.* v. 916. Vide *Eustathium* p. 58, 25. et 75, 25.

Ibid. Ὀστακὸς, οἱ δὲ ἀστακὸς, καράβου εἶδος κ. τ. λ. *Athenaeus* lib. III. cap. 65. p. 105. B. τὸν ἀστακὸν οἱ Ἀττικοὶ διὰ τοῦ ο ὀστακὸν λέγουσι. Confer quoque *Eustathium in Homerum* p. 218. l. 22. — In fine hujus articuli reperiuntur verba: κάρ'

ὦ Χάρων, quae quid sibi velint, nemo facile divinaverit. Suspicor latere in his verbis nomen *Epicharmi*, cujus locum *in Terra et Mari Athenaeus* l. l. ad vocem ἀστακὸς adduxit, adeoque legendum esse: καθὼς ὁ Ἐπίχαρμος, quem *Photius* saepius laudavit.

Ibid. Ὄστινον, οὐκ ὀστεῖνον (Scribendum ὀστεῖνον). Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσι. scilicet v. 863.

Col. 258. Ὀστράκου περιφορά, παροιμία ἐπὶ τῶν ταχέως τι ποιούντων λεγομένη. Reperitur hoc adagium apud *Platonem Polit.* VI. p. 483. b. ed. *Lugd.* ubi *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* edita p. 179. habent: παροιμία ἐπὶ τῶν ταχέως τι ποιούντων λεγομένη. ἐστὶ δὲ καὶ ὄνομα παιδιᾶς. Ἄλλως· ἐπὶ τῶν διὰ τάχους εἰς φυγὴν ὁρμώντων, ἢ ἐπὶ τῶν εὐμεταβόλων.

Ibid. Ὄστριμα, περίβολοι κτηνῶν καὶ οἷον ἐπαύλεις. Ἀντίμαχος Θηβαΐδι· βοῦς ὀστρίμου ἐξήλασεν. Addenda sunt haec verba *Fragmentis Antimachi Colophonii* a *Schellenbergio* collectis ac editis, pariter ac ea, quae infra s. v. Πυρσολόφους et Σταθερὸν reperiuntur.

Ibid. Ὀσφραίνεσθαι λέγουσιν ὡς ἡμεῖς. *Georgius Lecapenus* in *Grammatica* (in *Matthaei Lectt. Mosquens.* P. I. p. 72.): Ὀσφραίνομαι, τὸ κοινῶς ὀσμῶμαι. ὡς καὶ Ἀριστοφάνης· κακόδαιμον ὀσφραίνῃ τι, ἐξ οὗ καὶ ὄσφρησις λεγομένη, καὶ τοῦ ὀσφραντοῦ, ἐπὶ τοῦ ὀσφραινομένου. ἀττικώτερον δέ ἐστι τὸ ὀσφρᾶσθαι, ἢ τὸ ὀσφραίνεσθαι. Confer quoque *Thomam Mag.* p. 660. ibique *Intt.*

Ibid. Ὀσχοφόροι, δύο ἦσαν τῶν γένει καὶ πλούτῳ διαφερόντων κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Ὅτι νόμος ἐστὶν, ὑπὲρ τεσσαράκοντα ἔτη γενόμενον χορηγεῖν παισίν. *Harpocration*, ex quo haec desumta sunt, laudat hanc in rem *Aeschinem contra Timarchum*, et *Aristotelem in republica Atheniensium.*

Ibid. Ὅτι ξένους τινὰς ἑαυτῷ αἰχμαλώτους σκάπτοντας κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*, quem descripsit *Photius*, loco ἑαυτῷ reponendum erit ἑαυτοῦ. Post δεδεμένους autem est comma ponendum. Locus *Aeschinis* reperitur Vol. III. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 49, 12. locus autem *Demosthenis* exstat ibid. Vol. I. p. 401, 16.

Col. 259. Ὅτι οἱ ἁλόντες ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ κ. τ. λ. Eadem habet *Harpocration.*

Ibid. Ὅτι οἱ ποιητοὶ παῖδες ἐπανελθεῖν κ. τ. λ. Plura habet *Harpocration*, cui sua debet *Photius.*

Ibid. Ὅτι τὰ ἐπικηρυττόμενά τισι χρήματα ἐπὶ τῶν βωμῶν ἐτίθετο. Hunc articulum pariter ac tres proxime sequentes articulos ab *Harpocratione* mutuatus est *Photius.*

Ibid. Ὅτι παιδὶ καὶ γυναικὶ οὐκ ἐξῆν ἐμβάλλειν πέρα μεδίμνου κριθῶν. Loco ἐμβάλλειν scribendum συμβάλλειν, ut habet *Harpocration.* Ita jam judicavit *Küsterus* ad *Suidam.*

Ibid. Ὁ τὸν πατέρα εὑρὼν χαλκοῦ χρέα. et

Ibid. Ὁ τὸν κῦσον τρωθεὶς ἤδη Αἰσώπου μάλιστα τοῦ κράνους χρεία. Unde uterque articulus desumtus sit, indagare, ejusque genuinam lectionem reperire nec mihi datum fuit, nec Celeb. *Sturzio*, quem de utroque articulo per literas consulueram. Suspicatur tamen, per ὁ τὸν πατέρα εὑρὼν *Oedipum* intellegendum ac loco χρέα legendum esse χρεία. Nec improbabile ei videtur, Αἰσώπου in Αἴσωπος mutandum esse. In literis postea ad me datis posteriorem articulum sic refingit: Ὁ τὸν κῦσον (aut κύσθον) τρωθεὶς ἐγγὺς Ἀσωποῦ, ut sequentia, μάλιστα — χρεία, referenda sint ad verbum omissum. Hoc verbum quodnam fuerit, suspicari nos posse, (e. c. ἔπεσε, ἀπώλετο,) definire non posse, cum locum scriptoris integrum ignoremus.

Ibid. Ὀτρηρὸς, ταχὺς, ὀξύτατος, δραστήριος. Pertinere videtur haec glossa ad *Homer. Il.* ά. v. 321. et *Odyss.* ά. v. 109.

Col. 260. Οὐδ' ἀπὸ γείτων ὕσεν, ἐπὶ τοῦ ἐλαχίστου. Ex *Suida* reponendum est: Οὐδ' ἀπὸ γῆς ὤνησεν. ἐπὶ τοῦ ἐλαχίστου. *Apostolius Prov. Cent.* XIV, 93. loco ὤνη-

αεν habet ὤνησις. In Cod. D. reperitur: γῆς ὤνυσεν, quod parum a vera lectione recedit.

Ibid. Οὐδ' Ἡρακλῆς πρὸς δύο. τοὺς γὰρ Μολιονίδας ἔφυγε. Δίων δὲ ἐν β' τῆς δευτέρας συντάξεως κ. τ. λ. *Dionem* hunc non esse *Cassium*, sed *Chrysostomum*, docuit *Reimarus* in *Commentario de vita et scriptis Cassii Dionis* §. 2. Vol. II. *Histor. Rom. Dion. Cassii* p. 1533. Confer quoque Cel. *Heindorfium* ad *Platonem* Vol. III. p. 385.

Ibid. Οὐδείς, οἱ παλαιοὶ διὰ τοῦ δ. οἱ δὲ νεώτεροι καὶ διὰ τοῦ θ, οὐθείς. *Phrynichus* p. 76. Οὐθεὶς διὰ τοῦ θ, εἰ καὶ Χρύσιππος καὶ οἱ ἀμφ' αὐτὸν οὕτω λέγουσι, σὺ δὲ ἀποτρέπου λέγειν. οἱ γὰρ ἀρχαῖοι διὰ τοῦ δ λέγουσιν οὐδείς. Οὐθεὶς reperitur apud τοὺς ό Genes. XXXI, 44.

Ibid. Οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου. οὐ γὰρ ἐγὼ τοιοῦτον δύναμαι εἰπεῖν, οἷον ὁ νόμος. Sunt verba *Demosthenis* in oratione contra *Mid.* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 529, 11. quae *Reiskius* in *indice graecit.* transtulit: *sed praestat ipsa legis verba audire.* Confer supra s. v. οἷον, ibique notata.

Ibid. Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον. Ἐπιγένους τοῦ Σικυωνίου κ. τ. λ. Loco βέλτιον δὲ οὕτως τὸ πρόσθεν κ. τ. λ. scribendum est: βέλτιον δὲ οὕτως. Τὸ πρόσθεν κ. τ. λ. Sic quoque *Suidas* habet.

Col. 261. Οὐδὲν φρονεῖ δίκαιον ἐστυκὼς ἀνήρ. Ita legitur quoque apud *Suidam* et *Eustathium* ad *Iliad.* δ'. p. 455. ubi videndum, annon in voce ἐστυκὼς aliquid obscoeni lateat. Est enim ἐστυκὼς *penem erectum habens* apud *Aristoph. Av.* v. 557. ex emendatione *Canteri Nov. Lectt.* V, 3., *Bergleri* atque *Küsteri.* Vide *Alberti* ad *Hesych.* Tom. I. p. 1471. At in prioribus *Suidae* editionibus reperitur ἀστυκὸς, quod mihi non probatur. Scilicet nimium odiose et parum vere hoc dictum fuisset de quolibet urbano viro, h. e. commorante in urbe, eum nihil aequi cogitare. Fortasse legendum est ἑστηκὼς, ut jocose dictum hoc sit respiciendo ad eos, qui stant cogitabundi, quum alioquin sedeant potius ii, qui aut quieto aut saltem minus inquieto sunt animo.

Ibid. Οὔθατα, οἱ μαζοὶ τῶν προβάτων. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 514. Οὔθατα. ὁ μὲν Ἀπίων, μαστοί. ὅτ' ἂν δὲ λέγει· — Οὖθαρ ἀρούρης (*Homer. Iliad. i.* v. 141.), μεταφορικῶς λέγει τὸ κάρπιμον τῆς γῆς. ἔνιοι δὲ, τὰ μέσα τῶν ἐντοσθεν, ἅπερ περιεκτικά ἐστι τῶν μαστῶν. Οὔθατα γὰρ σφαραγεῦντο. *Homer. Odyss. i.* v. 440. Reperitur praeterea vox οὖθαρ de mamma *Clytaemnestrae* apud *Aeschyl. Choëph.* v. 530. ex emendatione *Valckenarii* in *Diatribe* p. 286. Hinc οὐθάτιος apud *Crinagoram Epigr.* XXII. *Anal.* T. II. p. 146. et ὑπουθάτιος in *Huschkii analectis critt. ad Anthol. Gr.* p. 233.

Ibid. Οὐκ ἀθεεὶ, οὐ χωρὶς θείας προνοίας. Pertinet sine dubio haec glossa ad *Homer. Odyss.* σ'. v. 352. Οὐκ ἀθεεὶ ὅδ' ἀνὴρ Ὀδυσήϊον ἐς δόμον ἵκει.

Ibid. Οὐκ ἄλλως πονεῖται, ἀντὶ τοῦ οὐ μάτην. Referenda est haec glossa ad *Platonis Phaedr.* p. 338. G. ὅτι οὐκ ἄλλως αὐτοῖς πεπόνηται, ut recte monuit *Ruhnkenius* ad *Timaeum* p. 198.

Col. 262. Οὐκ ἐκφρῶσιν, οὐκ ἐξαφῶσιν. Σοφοκλῆς. Vide *Aristophanis Vesp.* v. 156. monente *Brunckio* in *Lexico Sophocleo* s. h. v.

Ibid. Οὐκ ἐπιγλωττίσομαι, οὐ βλασφημήσω. Ex *Aristophanis Lysistrata* v. 37. ut notavit *Küsterus* ad *Suidam*, ubi eadem leguntur.

Ibid. Οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμὴ τοῖς πολλοῖς Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος κ. τ. λ. Loco ὁρμὴ scribendum est ὁρμεῖ, ut habet *Harpocration*, ex quo haec desumta sunt, et *Demosthenes* Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 319, 18.

Ibid. Οὐκ ἐτὸς, οὐκ ἀπεικότως, ἢ οὐ μάτην κ. τ. λ Confer de hac glossa *Ruhnkenium* ad *Timaei Lexic. Platon.* p. 200. et *Aristoph. Plut.* v. 44 et 1167.

Ibid. Οὔκουν, οὐδαμῶς. Ita recte quidem *Hermannus* edidit hanc glossam, sed ex

ingenio emendatam. In Codice MS: enim legebatur: Οὐκοῦν, οὐδαμῶς, id quod ipse fassus est in *annotationibus* ad *Vigeri librum de idiotismis l. gr.* p. 769.

Ibid. Οὐκ ὤφιξεν, οὐ βλάπτει. Σοφοκλῆς ἐν Ἐπιτεράρῳ Σατύροις. Notatis a me ad hunc articulum in *libello animadversionum* addi potest, *Brunckium* in *Lexico Sophocleo* s. h. v. emendasse: Οὐ κωφίζει. Vide *Hesychii Interpretes* ad glossam: Οὐ κωφεῖ.

Ibid. Οὐλαμὸς, ἀπὸ τοῦ ἴλλω. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 516. Οὐλαμὸς, τάξις. — Ἀνὰ οὐλαμὸν ἀνδρῶν (*Iliad.* δ'. 251.), καὶ ἐστὶν κατὰ τὸ ἔτυμον, ἴλαμος, ἡ εἴλησις καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνάθροισις τῶν ἀνδρῶν.

Ibid. Οὐλὴ, ἐπιπόλαιον ἕλκος, εἰς ὑγείαν ἧκον. Pertinet haec glossa ad *Levit.* XIII, 10. 19. Confer *Bielii Thesaur. Philol.* s. h. v.

Ibid. Οὖλον, ἁπαλὸν, μαλακόν. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 513. Οὖλον. ἐπὶ μὲν τοῦ μαλακοῦ. — Οὔλων τε ταπήτων. *Iliad.* π'. v. 224. Adde *Od.* ρ'. v. 343.

Col. 263. Οὔπως, οὐδένα τρόπον, καὶ Θουκυδίδης ἐν έ (Respexit sine dubio *Photius*, seu potius *Suidas*, e quo sua hausit, locum *Thucydidis* lib. V. cap. 15. ἀλλ' οἱ Ἀθηναῖοι οὔπως ἤθελον.), καὶ Ὅμηρος (*Odyss.* γ'. 226.)· ὦ γέρον, οὔπως τοῦτο ἐγὼ τελέεσθαι οἴω. Apud *Homerum* rectius legitur: τοῦτο ἔπος τ. ὁ.

Ibid. Οὐ ῥαδίως, ἀντὶ τοῦ κακῶς. Θουκυδίδης κ. τ. λ. Locus in sequentibus adductus exstat lib. VI. cap. 57. ubi vid. *Schol.*

Ibid. Οὔρια πλεῖν, λέγουσιν. Forte scribendum est: Οὐρίᾳ πλεῖν. Confer de hac voce Interpretes ad *Alciphron.* lib. II. Ep. 4. Tom. I. ed. *Wagner.* p. 352.

Col. 264. Οὐρίσαι, ἀποκαταστῆσαι εἰς οὔριον. Eadem habet *Eustathius* p. 1452, 45.

Ibid. Οὐροδόκην, τὴν ἀμίδα. Ξενοφῶν. *Hesychius* habet: Οὐροδόχην, quod rectius est. Sed nec hoc nec illud vocabulum in *Xenophonte* reperitur. Vide *Interpretes* ad *Hesychium* in v. βίκκος et οὐριομβικόν.

Ibid. Οὔρους, ὀξυτόνως, τὰ νεώρια καὶ περιορίσματα τῶν νηῶν. Suspicor, *Photium* scripsisse περιορούσματα. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 518. λέγει καὶ οὔρους, τόπους, ἐν οἷς ἐνειώλκηνται αἱ νῆες. παρὰ τὸ ἑλκομένας τὰς ναῦς ὀρούειν εἰς τὴν θάλασσαν. Confer *Homer. Iliad.* β'. 153. ibique Schol.

Ibid. Οὐσίας δίκη. οἱ δικαζόμενοι περὶ χωρίου καὶ οἰκιῶν πρὸς τοὺς ἔχοντας οὐσίαν λέγονται δικάζεσθαι κ. τ. λ. Post verba πρὸς τοὺς ἔχοντας initio articuli necessario minor distinctionis nota ponenda fuisset, ut οὐσίας cum ἐδικάζοντο construendum esse apparuisset. — Paulo post pro ἐλοῦσι reponendum est ἀλοῦσι. — In verbis: καὶ τὴν δίκην τοῦ καρποῦ omissum est εἰ ante τὴν δίκην. Quae omnia a me nunc proposita confirmantur auctoritate *Harpocrationis*, e quo totus articulus descriptus est.

Ibid. Οὐσίαν, τὰ χρήματα — — Ἀριστοφάνης Πλούτῳ· κουσίαν τ' εἶχον συχνήν. Reperitur hic locus v. 754.

Ibid. Οὐτιδανὸς, οὐδενὸς ἄξιος. Confer *Schol. Homeri Iliad.* ά. v. 231 et 293. ac *Eustathium* p. 106, 22. et 852, 24.

Col. 265. Οὐχὶ καὶ ναιχὶ, Ἑλληνικά. *Phavorinus* s. v. Ἐπεκτάσεις· Ναιχὶ, οὐχὶ Ἀττικῶν. Ναιχὶ occurrit apud *Sophocl. Oedip. Tyr.* v. 702.

Ibid. Ὄφελμα, αὔξημα, Σοφοκλῆς. Ὀφέλλειν est αὔξειν apud *Homerum Iliad.* γ'. 62. teste *Apollonio Soph. Lex. Hom.* p. 519. Confer quoque *Hesiod.* ἔργ. v. 14. *Eustathio* p. 1887, 34. ὄφελμα est τὸ σάρωτρον, ὅτι παρὰ τὸ ὀφέλλω, ὅ ἐστιν αὔξω, ἀντιφραστικῶς λέγεται.

Ibid. Ὄφεις, ψέλια δρακοντωτά. Ex *Hesychio* scribendum videtur ψέλλια δρακοντώδη, ut etiam legitur in *Apographo Alberti.*

Ibid. Ὀφισυροφίας, λέγεται οὕτως. Multum me vexavit hic articulus, qui, uti nunc legitur, vix commodam explicationem admittit. Proponam duas de eo con-

jecturas, quarum posterior mihi praeferenda videtur. Scilicet vel legendum est: Ὄφις ὀροφίας (Vide *Pollucem* lib. VII. sect. 120. *Hesychius*: ὀροφίας, ὄφις τῶν κατ' οἰκίαν), h. e. *serpens domestica*, quales etiam apud nos reperiuntur; vel est scribendum: Ὀφιοῦσα, ἡ Ῥόδος λέγεται οὕτως. Sic habet *Hesychius*, ubi videndi *Interpretes*. Fortasse tamen conjicere aliquis posset, scripsisse *Photium*: Ὄφεις παρείας, adeoque hunc articulum a proxime sequente male separatum esse.

Ibid. Ὀφθαλμὸν βασιλέως. Cauda sua truncata est haec glossa, supplenda ex *Hesychio* additis verbis: τὸν πεμπόμενον κατάσκοπον. Pertinere videtur haec glossa ad *Aeschyli Persas* v. 985. ubi videndus *Scholiastes*.

Ibid. Ὀφιομάχης, εἶδος ἀκρίδος, μὴ ἔχων πτερά. Pertinet haec glossa ad Levit. XI, 22. Vide quos laudat *Bielius* in *Thesauro Philologico* s. h. v.

Col. 266. Ὀφλεῖν, ἀντὶ τοῦ ἡττᾶσθαι ἐν δικαστηρίῳ. Est glossa *Timaei* (ad quem conferendus *Ruhnkenius*), quae quoque apud *Suidam* reperitur.

Ibid. Ὄφρα, ὅπως, ἢ μέχρι, ἢ ἕως, ἢ ἵνα. Perturbatus mihi videtur ordo verborum in hoc articulo, ac ita restituendus: Ὄφρα, ὅπως ἢ ἵνα, καὶ μέχρι ἢ ἕως. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 519. Ὄφρα, ἀντὶ τοῦ ἵνα. ἢ ὅπως — Ὄφρα ἴδη Μενέλαον (*Iliad.* δ'. 195.) — ἐπὶ δὲ τοῦ ἕως· — Ὄφρα μὲν Ἠὼς ἦν. *Iliad.* ϑ'. 66. Praeter haec loca conferri quoque merentur *Iliad.* ά. 147. (ubi in notione *ut* reperitur) et v. 509. ubi *donec* significat. Vide *Eustathium* p. 578, 23. et 1775, 6.

Ibid. Ὀφρύην, τὸ μετέωρον. Εὐριπίδης. Scilicet in *Heracl.* v. 395.

Ibid. Ὀφρύνιον, πόλις ἐστὶ τῆς Τρωάδος. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Ἀπατούριον. Confer Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 899, 1. et *Harpocrationem*, e quo haec desumta sunt.

Ibid. Ὄχεις ἀκεσταίοισιν ἐμβεβαὼς πόδα. Videtur hic versus, quem etiam *Suidas* habet, alienum hic occupare locum, ac potius referendus esse ad articulum Ὄχος Ἀκεσσαῖος, qui infra reperitur, ubi vide quae sunt ab Hermanno ac me ipso notata.

Ibid. Ὄχα, ἐξόχως. Eadem verba reperiuntur quoque apud *Apollonium Soph. Lex. Homer.* p. 519. Confer *Iliad.* γ'. 110. Occurrit etiam apud *Homerum Odyss.* δ'. 629. et *Hesiodum* Ἔργ. v. 9. composita vox ἔξοχα. Vide *Eustathium* p. 54, 42. et 342, 32.

Ibid. Ὀχεῖον, ἀντὶ μὲν τοῦ ὄχημα Δείναρχος ἐχρήσατο κ. τ. λ. Loco ὠνοῦντό μοι τὸν ἵππον ὀχεῖον, quae in medio hujus articuli reperiuntur, ex *Harpocratione*, quem descripsit *Photius*, reponendum est: ὠνοῦντό μου τὸν ἵππον ὀχεῖον.

Ibid. Ὄχετλα, ὀχήματα, ἐν ἄλλῳ σχήματα. Verba ἐν ἄλλῳ σχήματα, aut observationem continent librarii, qui loco ὀχήματα in alio apographo σχήματα invenerat, aut sunt corrupta, ut loco σχήματα legendum sit ὀχλήματα, quod *Hesychius* habet, ad quem aut alium Lexicographum veterem illud: ἐν ἄλλῳ referendum esset.

Ibid. Ὀχετόκρανα, τὰς λεγομένας ἐκχύσεις τῶν μηχανημάτων. εἰσὶ δὲ αὗται ξύλιναι ἢ κεράτιναι κ. τ. λ. Haec omnia totidem verbis in *Etymol. M.* c. 644. l. 48. reperiuntur, e quo tamen apud *Photium* absonum illud ἢ κεράτιναι in ἢ κεραμαῖαι mutandum erit. Confer quoque *Pollucis Onomast.* X. sect. 30.

Ibid. Ὀχετηγὸς, ὑδρηγός. Scribe: ὑδραγωγός. Sic *Hesychius*, et *Zonaras Lex.* col. 1491. Confer *Homer. Iliad.* φ'. v. 257. ac *Eustathium* p. 1236, 11.

Ibid. Ὀχεὺς, ὁ ἱμὰς τῆς περικεφαλαίας —— καὶ ὁ συνέχων τὴν θωρακοζώνην ἱμάς. Loco θωρακοζώνην reponendum sine dubio τὴν τοῦ θώρακος ζώνην, ut habet *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 520. e quo haec desumta esse videntur. Confer *Iliad.* γ'. 372. et φ'. 537. ac *Eustathium* p. 426, 11.

Col. 267. Ὄχθας, τὰ χείλη τοῦ ποταμοῦ. Confer *Apollonium Soph.* in *Lex. Homer.*

p. 520. ibique *Tollium* ac *Eustathium* pag. 1619, 54.

Ibid. Ὀχμάζεται, συνέχεται, χειροῦται. *Aeschyl. Prometh. Vinct.* v. 5. coll. v. 61 et 74. ubi πορπάζειν et κιρκοῦν ponitur. *Schol. inedit. Vitebergensis* ad *Lycophronis Cassandr.* v. 41 et 625: ὀχμάζειν per κρατεῖν interpretatus est. Confer quoque *Eustathium* p. 998, 14. et *Strunzium* ad *Ruttgersii Gloss. Graec.* p. 66 sequ.

Ibid. Ὄχος Ἀκεσσαῖος. ἐδόκουν αἱ Σικελικαὶ ἡμίονοι εἶναι σπουδαῖαι. ἡ γὰρ Ἄκεσσα Σικελικὴ πόλις. Σοφοκλῆς Ὑδροφόροις. *Hesychius* habet rectius: Ὄχος Ἀκεσταῖος, et in sequentibus Ἄκεστος, pro quo ex *Stephano Byzantino* p. 76. (ubi videndus *Berkelius*) Ἀκέστη vel Ἀκέστα apud *Hesychium* pariter ac *Photium* reponendum erit. Sic etiam supra col. 267. legebatur: Ὄχοις Ἀκεσταίοισιν ἐμβεβαὼς πόδα.

Ibid. Ὄψανον, τὴν ὄψιν. Confer *Schol. Aeschyli* ad *Choëph.* v. 532. ibique *Stanlejum.*

Col. 268. Ὀψείοντες, ὀπτικῶς ἔχοντες, ἰδεῖν βουλόμενοι. Ducta est glossa ex *Iliad.* ξ'. 37. ubi videndus *Eustathius* p. 966. v. 5. Confer praeter *Hesychium* ac *Suidam*, *Etymolog. M.* c. 485. l. 19. et *Apollonii Lex. Homer.* p. 521.

Ibid. Ὀψ' ἦλθες, ἀλλ' εἰς τὸν κολωνὸν ἴεσο. Παροιμία ἐπὶ τῶν μισθαρνούντων. Lusus est apud *Strabonem* lib. XIV. p. 655. quem, si vis, lege. Bene quoque de hoc adagio exposuit *Erasmus* in *Adagiis Chil.* II. *Cent.* IX. n. 17. p. 591.

Ibid. Ὀψιτέλεστον, βραδέως τελειούμενον. Est glossa *Homerica* pertinens ad *Iliad.* β'. v. 325. Confer quoque *Hesychium* s. h. v. Loco τελειούμενον *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 521. τελεσθησόμενον habet.

Ibid. Ὀψὸν, πᾶν προσόψημα, ἢ προσφάγιον. Confer *Apollonii Soph. Lex. Hom.* p. 522.

Col. 267. Παγασαί. Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς (Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* pag. 11, 18. 16, 18. et 21, 14.) ἐπίνεον ἐστι Φεραίων. Ex *Harpocratione.* Confer etiam *Lexicon MS. Bibl. Coislin.* p. 237. ubi loco Φεραίων exstat Φεραῖον, ac vitiose Παγὰς legitur.

Ibid. Πάγοι, αἱ ἐξοχαὶ τῶν πετρῶν καὶ τῶν ὀρῶν. Sunt ipsissima verba *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 523. qui locum *Homeri Odyss.* ε'. v. 405. adduxit. Confer *Hesiodi Scutum Herculis* v. 439. *Eustathium* pag. 1540, 33. ac quos laudat auctores *Holstenius* ad *Stephan. Byzant.* p. 45.

Col. 268. Παιανιεῖς καὶ Παιονίδαι (In *Montfauconii Bibl. Coislin.* p. 238. legitur: Παιονίδες.), δῆμοι διττοὶ εἰσὶν κ. τ. λ. Loco ὡς Διόδωρος καλεῖσθαι φασὶ κ. τ. λ. ex *Harpocratione*, quem compilavit *Photius*, scribendum est: οὓς Διόδωρος κ. τ. λ. Hinc *Demosthenes* dicitur Παιανιεὺς ῥήτωρ ab *Athenaeo Deipnos.* lib. VI. p. 270. b.

Ibid. Παιανίσαι, τὸν Παιᾶνα ἐπικαλεῖσθαι κ. τ. λ. Est glossa *Timaei* p. 202. ubi videndus *Ruhnkenius.* Confer praeter *Suidam* et *Etymolog. M.* c. 657. l. 18. *Eustathium* p. 138, 44. ac 1109, 27. Loco ἀρχομένους in *Lex. MS.* apud *Montfaucon. Bibl. Coisl.* p. 238. legitur ἀρχομένου.

Col. 269. Παιάνιζε. ἐπορεύετο. μὴ παιανιοῖ, τὸ γὰρ παιανιοῖ τὴν ἐν τόπῳ σημαίνει δύναμιν. Distinctionis nota post Παιάνιζε tollenda, ac post ἐπορεύετο commà ponendum est, et tunc omnia plana erunt. Pro σημαίνει quoque legere mallem ἔχει. Confer *Suidam* s. v. Παιανεῖς et Παιανίδαι.

Ibid. Παιδαγωγηθεῖσαν πόλιν, ἀντὶ τοῦ ἀχθεῖσαν. Legendum: εἰσαχθεῖσαν, ut habet *Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 238. Eodem mendo liberandus quoque est *Suidas.*

Ibid. Παιδέρως, σφραγίδος ὄνομα. οἱ δὲ ἀλείμματος. Idem tradit quoque *Hesychius.* De posteriore significatione videndus *Berglerus* ad *Alciphr.* lib. I. Ep. 33. Tom. I. p. 187. ed. *Wagner.*

Ibid. Παιδικὰ, ἐπὶ θηλειῶν — — ὡς ὁρᾷς (*Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 474. habet: ὡς ὁρῶσ') ἀπώλεσας — — τὴν γυναῖκα (idem habet: πάνυ τὰς γυναῖκας) — — τρέπῃ (idem τρέπει) — — ἐρεσχελήσων (ibidem

legitur ἐρεσχελίσω) — — τὸ ἁρμόζον παιδὶ (ibid. παιδίον). ἡ δὲ λέξις κ. τ. λ. *Schol.* ad *Aristoph. Vesp.* v. 1021. οὐχὶ δὲ μόνον οἱ ἐρώμενοι καλοῦνται διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ σπουδαζόμενοι πάνυ κατὰ μεταφορὰν τὴν ἀπ' ἐκείνου. Πλάτων Φαίδρῳ (§. 27.)· Ἐσπούδακας κ. τ. λ. Adde *Schol. Ruhnk.* ad *Parmenid.* p. 39.

Col. 270. Παιδείαν, παιδικὴν ἡλικίαν. Loco Παιδείαν scribendum est Παιδίαν.

Ibid. Παιδουργία, παιδοποιΐα. Est glossula *Timaei*, quae quoque apud *Suidam* reperitur. Confer *Platon. Legg.* VI. p. 623. C. et *Polluc. Onom.* III, 14.

Ibid. Παίειν, ἐσθίειν. Ita hac voce usus est *Aristophanes Acharn.* v. 835. ubi vid. *Schol.*

Ibid. Παιπάλημα, τὸν πανοῦργον καὶ ποικίλον ἐν κακίᾳ, καὶ παμπόνηρον σὺν ἀγχινοίᾳ. Hoc sensu vocem παιπάλημα adhibuerunt *Aristophanes* in *Avib.* v. 430. et *Aeschrion Samius* apud *Athenaeum* lib. VIII. p. 335. D. Confer *Valckenarium* ad *Eurip. Hippolyt.* v. 406. et *Schol. Luciani* in *Pseudologista* cap. 32.

Ibid. Παιπάλημα, οἱ μὲν ὁ τραχὺς καὶ ἀνώμαλος ἄνθρωπος, καὶ γὰρ Ὅμηρος τὴν ἀνωμαλίαν τῶν ὀρῶν παιπάλημα καλεῖ κ. τ. λ. Loco ὀρῶν legere mallem ὁδῶν, ut respexerit *Photius Iliad.* μ'. 168. ubi legitur: ὁδῷ ἐπὶ παιπαλοέσσῃ. Occurrit tamen apud eundem ν'. 17. etiam ἐξ ὄρεος παιπαλόεντος. Vox ipsa παιπάλημα apud *Homerum*, quantum equidem scio, non occurrit. Confer *Spanhemium* ad *Aristoph. Nubes* v. 262.

Ibid. Παιωνεῖον (scribendum Παιώνιον), ἰατρεῖον, θεραπευτήριον (mallem legere ἰατρικὸν seu ἰάτριον, et θεραπευτικὸν), ἢ σωτήριον φάρμακον. *Hesychius:* Παιώνιον φάρμακον (ita enim scribendum est), καταπαῦον ὀδύνας. *Clemens Alex. Paedagog.* p. 95. *baptismum* appellat παιώνιον φάρμακον, *salubrem peccati medicinam. Longin. de sublim.* XVI, 2. παιώνιόν τινα καὶ ἀλεξιφάρμακον λόγον. De *herba Paeonia* vide *Servium* ad *Virgil. Aen.* VII, 769. Confer et *Aeschyli Agamemn.* v. 857. et *Pollucis Onom.* IV, 179. et V, 132.

Col. 271. Παλαιθέου, παλαιᾶς θεοῦ. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* Tom. II. col. 480. n. 28. Πάλαι θεοῦ legebatur.

Ibid. Παλαιότερον, καὶ ἄνευ τοῦ ο λέγουσιν. καὶ τὸ ὑπερθετικὸν παλαίτερον. E dialecto *attica* παλαίτατος reperitur apud *Thucyd.* I, 4.

Ibid. Παλαιφάτου, παλαιᾶς ἢ ἀρχαίας. περὶ ἧς ἔφασαν ἐκπάλαι μύθοι. Scribe μύθους, ut recte legitur in *Lex. MS. Sangermanensi*, teste *Villoisonio* ad *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 527. ubi eadem glossa reperitur.

Ibid. Παλαμῶν, χειρῶν. Forte Παλαμάων, ut glossa pertineat ad *Homer. Iliad.* γ'. v. 128.

Ibid. Παλιλλογία, ταυτολογία. Voce hac cum duplici λ usus est *Aristoteles Rhetor.* II, 630. A. ed. *Paris.*

Ibid. Παλίλλογα, παλισύλλεκτα. E *Schol. Homeri* ad *Iliad.* ά. v. 126.

Ibid. Παλίμβολος, ἀδόκιμος, εὐμετάβολος κ. τ. λ. Confer *Harpocrationem* p. 273. ac *Timaei Lex. Platon.* p. 204. In fine hujus articuli legitur: ὡς καὶ παλίνδης ὄνος. Loco ὄνος in *Suida* ac *Phavorino* rectius ὄνομα legitur. Ita quoque habet apographum *Küsteri* ad *Suidam* s. h. v. in quo post ὄνομα lacuna occurrebat.

Col. 272. Παλιναίρετα, φευκτὰ, ἔκκλιτα (*Timaeus* in *Lex. Platon.* p. 203. unde haec desumta sunt, habet ἔκβλητα), τὸ ἐναντίον (πρὸς addit *Timaeus*) αὐτῇ τῇ αἱρέσει πάθος ἐμποιοῦντα. σημαίνει δὲ καὶ παλαιὰ πλαστὰ (*Timaeus:* τὰ πάλιν αὐτὰ) ἐν Τιμαίῳ (scilicet p. 548. E.). παλιναίρετα κ. τ. λ.

Ibid. Παλιναίρετος. Δείναρχος ἐν τῇ κατὰ κ. τ. λ. Loco: μήποτε δὲ αἱρετὸν λέγει, scribe: μήποτε δὲ παλιναίρετον λέγει. Post τὴν Πολύευκτον tollendum est punctum, et pro ἐπειδὴ γὰρ reponendum est ἐπειδήπερ ex *Harpocratione*, e quo hic articulus desumtus est.

Ibid.

Ibid. Παλίνορσος, ὀπισθόρμητος. Confer *Iliad*. γ'. v. 33.

Col. 273. Παλιμπέτης, ὀπισθόρμητος. Scribendum Παλιμπετής.

Ibid. Παλίνρυτα, κύμβαλα. Legendum est conjunctim: Παλίῤῥυτα κύμβαλα, ut sit glossa sine explicatione posita, atque respiciatur ad locum aliquem scriptoris, quem tamen mihi reperire non licuit. Παλίῤῥυτον est, teste *Hesychio*, εἰς τοὐπίσω ἑλκόμενον.

Ibid. Παλίνσκιον, τὸ ὑπὸ ἄλλου σκιαζόμενον. Confer *Harpocrationem* s. h. v.

Ibid. Παλίμβολον. Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας (Vol. III. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 33, 24.). πολλάκις ἐπ' κ. τ. λ. Sunt haec ex *Harpocratione* desumta.

Ibid. Παλιῤῥόθιον, εἰς τοὐπίσω ἐφωρμηκώς. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 529. ἐκ τοῦ ὄπισθεν ὁρμηκὸς, seu potius ὡρμηκός. Est glossa *Homerica* pertinens ad *Odyss.* ε'. v. 430. et ι. 485.

Ibid. Παλίνσκιον. Ἰσαῖος μὲν ἀντὶ τοῦ σύσκιον κ. τ. λ. Confer *Harpocrationem*, e quo haec desumta sunt. Voce παλίνσκιος usus quoque est *Lucianus* in *Amoribus* §. 12. Tom. V. *Bipont.* p. 269.

Ibid. Παλίωξις, ἡ ἐξ ὑποστροφῆς δίωξις κ. τ. λ. Ante δίωξις inserenda est particula πάλιν ex *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 528. ubi eadem leguntur. Confer quoque *Iliad.* μ'. v. 71. et *Hesiod. Scut. Hercul.* v. 514.

Ibid. Παλλὰς, παρθένος μεγάλη. ἔστι δὲ ἐπίθετον Ἀθηνᾶς κ. τ. λ. Plura vide apud *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 526.

Ibid. Παλληνεύς. Παλλήνη δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*. Confer *Stephanum Byzant.* p. 620. ibique *Berkelium*.

Ibid. Πάλος, κλῆρος. Eadem ac longe plura habet *Apollon. Soph. Lex. Hom.* pag. 525. Confer quoque *Herodot.* lib. III. c. 128. quem locum etiam ad hanc vocem *Suidas* adduxit.

Col. 274. Παμπησία, παγκτησία. *Apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 848. n. 30. habet παμπησίαν, πάγκτησιν. Confer *Aeschyl. Sept. c. Theb.* v. 823. *Aristoph. Eccles.* v. 863. et *Iungerm.* ad *Pollux.* X, 13. n. 40.

Ibid. Παμύλης. Αἰγύπτιος θεὸς Πριαπώδης. Corrupta est vox Παμύλης ex Πααμύλης, aut Παλμύτης. Utraque vox cum eadem interpretatione reperitur apud *Hesychium*, ubi vide *Interpretes*. Confer *Iablonski* in *Pantheo Aegypt.* lib. V. cap. 7.

Ibid. Πανάκεια, θεραπεία. Scribendum Πανακεία. Vide *Spanhemium* ad *Aristoph. Plut.* v. 701.

Ibid. Πανδαισία, ἡ πάντα ἔχουσα ἄφθονα, καὶ μηδὲν ἐλλείπουσα ἐν τῇ δαιτί. Ex *Harpocratione*.

Ibid. Παναθήναια. διττὰ Παναθήναια ἤγετο κ. τ. λ. Pro πεντετηρίδος *Harpocration*, quem compilavit *Photius*, habet πενταετηρίδος, ubi reponendum est πενταετηρίδος.

Ibid. Πάνακτος, πόλις μεταξὺ τῆς Ἀττικῆς καὶ τῆς Βοιωτίας — — — Μένανδρος δὲ ἀρσενικῶς. nempe ἐν Ψοφοδεεῖ, teste *Harpocratione* s. h. v. e quo sua hausit *Photius*. Locus hic *Stephano Byzantino* p. 622. Πάνακτον dicitur, ubi videndi Interpretes, nec non *Thucydidi* lib. IV. cap. 3. et lib. V. cap. 42.

Col. 275. Πάνδια, ἑορτή τις Ἀθήνησιν, μετὰ Διονύσια ἀγομένη. Ex *Harpocratione*.

Ibid. Πανδείνως, εὐφήμως (h. e. per euphemismum, pro: πάνυ δεινῶς), λέγεται δὲ ὡς παναθλίως. Adverbium Πανδείνως in nullo scriptore graeco reperire potui. Adjectivum πάνδεινος autem reperitur apud *Demosthenem* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 378, 8. et Vol. II. p. 1267, 17. ac *Lucian. Prometh.* c. 8.

Ibid. Πάνδημος Ἀφροδίτη. οὕτως ἐκάλουν κ. τ. λ. In hoc articulo post τὸ παλαιὸν exciderunt verba ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, a quibus pendent verba sequentia: ἃς ἐκάλουν ἀγοράς. Caeterum totus articulus desumtus est ex *Harpocratione*.

Ibid. Πανδιονὶς, μία τῶν ί φυλῶν παρὰ Ἀθηναίοις κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*.

Ibid. Πανδοκεῖον, καταγώγιον, τὸ διδόμενον μισθοῦ στεγανόμειον. Verba haec sunt ita refingenda: Πανδοκεῖον, καταγώγιον, καὶ τὸ διδόμενον μισθοῦ (scil. χάριν τῷ πανδοκεῖ), στεγανόμειον, seu potius στεγανόμιον. *Hesychius*: στεγανόμιον, τὸν μισθὸν τὸν διδόμενον ὑπὲρ τῆς μονῆς τῷ πανδοκεῖ.

Ibid. Πανδοσία, πόλις μία τῶν ἐν Κασσωπίᾳ. Hic pariter ac proxime sequens articulus ex *Harpocratione* desumtus est. Confer *Stephanum Byzant*. p. 622.

Ibid. Πάνδροσος, ὄνομα κύριον. *Schol. Aristoph.* ad *Lysistr.* p. 439. Σουΐδας Πάνδροσον ὄνομα κύριον γυναικὸς εἶναι γράφει. τίς δ' αὕτη, οὐ δεδήλωκε. Παυσανίας δὲ τὴν Πάνδροσον μίαν τῶν τοῦ Κέκροπος θυγατέρων εἶναι λέγει. κ. τ. λ. ubi videndus *Florens Christianus*.

Ibid. Πανδωρία, ἡ γῆ. Legendum Πανδώρα, ut habet *Hesychius*, ac *apographum Alberti* ad *Hesychium* Tom. II. col. 851. n. 3. Confer quoque *Schol. Aristophanis* ad *Aves* v. 972.

Ibid. Πανιὰς αἶσα, ἀπὸ τοῦ Πανός. Distinguendum est: Πανιάς, αἶσα, ἀπὸ τοῦ Πανός. Sic habet apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 852. n. 20. Posset quoque ex *Hesychio* legi: Πανίας, βήσσας, ἀπὸ τοῦ Πανός. Utrumque locum habere potest. Confer quoque *Athenaei Deipnos.* lib. III. p. 111. C.

Ibid. Πανομφαίῳ, ᾧ πᾶσα φήμη καὶ μαντεία ἀναφαίνεται. Loco φήμη equidem legere mallem ὀμφὴ, et ἀναφέρεται pro ἀναφαίνεται. Fidem huic emendationi facit auctoritas *Apollonii Soph.* in *Lex. Hom.* p. 531. Πανομφαίῳ, ἐπίθετον τοῦ Διὸς, εἰς ὃν πᾶσα ὀμφὴ ἀναφέρεται. Confer *Iliad.* θ'. 250. et *Eustathius* ad *Iliad.* l. l. p. 711, 52. Occupata autem jam est ex parte haec conjectura ab *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Πανὸν, ἀπὸ τοῦ πάντα φαίνειν κ. τ. λ. Confer *Euripid. Rhes.* v. 988. Πανὸς ponitur pro φανός. Vide *Piersoni Verisimil.* p. 4. *Polluc. Onom.* X, 117. et *Aeschylum* apud *Athenaeum* p. 700. E.

Ibid. Πανὸς σκῶλος, ὄνομα σχήματος. scilicet ὅταν ὄϊς ἀπὸ σκώλου ᾗ πεπληγώς. Ita enim legendum est apud *Hesychium*, in quo reperitur Πανὸς σκῶλον, et apud *Phavorinum* conjunctim Πανοσκῶλον. Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v. ac *Theocrit.* X, 4.

Ibid. Πανὸς, δέσμη κληματίδων. οἱ δὲ νεώτεροι Ἀττικοὶ, φανόν. Ἀριστοφάνης. Sic quoque *Euripides* apud *Pollucem* X, 117. et *Aeschylus* apud *Athenaeum* p. 700. E. Sed hodie in *Aeschyl. Agamemn.* v. 292. est φανόν. Confer *Maittaire de dialectis* l. gr. pag. 5.

Ibid. Πανὸς σκοπὸς, μανιώδης, ἐπεὶ τῶν φαντασιῶν αἴτιος ὁ Πὰν, παρὰ τὸ φαίνειν λεγόμενος. Num fortasse legendum est Πανὸς σκότος? quod *Hesychius* de νυκτεριναῖς φαντασίαις interpretatus est. Certe postulant hoc verba sequentia, explicationis causa addita.

Col. 276. Πάντα κάλων σείειν, παροιμία ἐπὶ τῶν πάσῃ προθυμίᾳ χρωμένων κ. τ. λ. Loco σείειν reponendum est σείει. Confer *Suidam*, *Schol. Aristoph.* in *Equit.* v. 753. ibique *Casauboni* et *Küsteri* notas, *Eurip. Medea* v. 278. *Apollonium* Ep. VII. p. 387. et *Zenob.* V, 62. p. 138. ibidemque *Schottum*. In proxime sequente articulo excidit vox σείει post Πάντα κάλων.

Ibid. Πανστρατεία. οὕτως λέγει καὶ Θουκυδίδης καὶ οἱ ἄλλοι. Loco Πανστρατεία non dubito reponere Πανστρατιᾷ, quae vox apud *Thucydidem* lib. II. cap. 5. lib. IV. cap. 66. et alibi reperitur.

Col. 277. Πάντοσε, πανταχοῦ. Vide *Homer. Odyss.* ρ'. 366. Πάντοσε χεῖρ' ὀρέγων.

Ibid. Πάμφαλγα, τὸν πομφόλυγα. Σώφρων. Scribendum sine dubio est Παμφόλυγα. Sed nihil certi de hoc articulo statuere valeo. Quid sit πομφόλυξ, e *Suida* disci potest.

Ibid. Παπάζοιεν, παρακαλοῖεν. Adde *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 531. Παππάζουσι, ὠνοματοπεποίηται. παρὰ τὸ τὰ παιδία τοῖς πατράσι λέγειν προσφωνοῦντα. Πάππα φίλ', οὐκ ἂν δή μοι ἐφοπλίσσειας

ἀπήνην. *Homer. Odyss.* ζ. 57. Etiam apud *Eustathium* p. 564, 46. et 565, 16. cum duplici π scribitur παππάζειν.

Ibid. Πάποι, αἱ τῶν ἀκανθῶν ἐξανθήσεις. Scribendum est Πάπποι. Confer *Hesychium* s. v. Πάππος, et *Eustathium* p. 565, 1. 8. et 1343, 20.

Ibid. Παραβάλοιτο, ἀντὶ τοῦ παραπέμψαιτο. Αἰσχίνης κατὰ Κτησιφῶντος. Ex *Harpocratione*, qui habet Παραβάλλοιτο. Nihil autem per totam orationem *Aeschinis* reperitur, quod huc commode referri possit. De qua re quid statuendum sit, docuit *Taylor* ad *Aeschinem* p. 529 sequ. Vol. III. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.*

Ibid. Παραβεβάσθαι τὰς σπονδὰς, τὸ παθητικὸν τοῦ παραβεβηκέναι, πάνυ ἀκολούθως. Θουκυδίδης. nempe lib. I. cap. 123. Pro πάνυ ἀκολούθως, quod etiam in *Suida* reperitur, *Dukerus* ad *Thucydidem* p. 79. οὐ πάνυ ἀκολούθως legere voluit, seu, quod malim, πάνυ ἀνακολούθως, h. e. *valde irregulariter.* Nam a παραβεβηκέναι analogice παραβεβῆσθαι dicendum erat.

Ibid. Παραβλήδην, ἀπατητικῶς, παραλογιστικῶς. Eadem habet *Sangermanense Lexicon MS*, teste *Villoisonio* ad *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 533. Respicit sine dubio haec glossa *Iliad.* λ'. 6. Confer *Eustathium* p. 105, 46. et 438, 45.

Col. 278. Παράβυστον, οὕτως ἐκαλεῖτό τι τῶν παρ' Ἀθηναίοις δικαστηρίων κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Παραγγείλας. Sic sine omni explicatione ac auctoritate editum legitur in editione *Hermanniana.* Addendum est σημήνας e *Lex. MS.* apud *Montfaucon. Bibl. Coislin.* p. 238.

Ibid. Παραγγελία περὶ τουτονὶ τὸν ἀγῶνα γέγονε. Sunt verba *Demosthenis* initio *Orat. de falsa legatione* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 341. ed. *Reisk.* Sequitur Αἰσχίνης (Vol. III. *Oratt. GG.* p. 53, 1.) δὲ τρόπον κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Παραγραφὴ, οὐ μόνον ἐπὶ τοῦ κοινοῦ — — ἀλλ' ἰδίως Ἰσοκράτης (in *Oratione de permutatione* cap. 21.) παραγραφῆς εἶπεν ἀντὶ τοῦ ἀπογραφῆς (Scribendum ex *Isocrate* et *Harpocratione*, ex quo haecce sunt desumta: ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς παραγραφῆς, ἀντὶ τοῦ, ἀπὸ τῆς γραφῆς). καὶ ἔστι κ. τ. λ. Reliqua σφάλματα, quae in hunc articulum irrepserunt, correcta sunt a me in *libello animadversionum* ad h. l. De voce παραγραφὴ ipsa confer *Matthiae Miscellanea Philol.* Vol. II. p. 268 sequ.

Col. 279. Παραγραφὴ (ἐστὶν), ὅταν λέγῃ τις — — καὶ γένηται (scribendum γεγένηται) περὶ αὐτοῦ γνῶσις κ. τ. λ. Eadem quoque leguntur in *Scholiis* ad *Demosthenem* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 89 sequ.

Col. 280. Παραθήκην, Πλάτων, συμμαχίαν. Quomodo παραθήκη hanc significationem habere possit, prorsus non video. Scribendum fortasse est Παράθεσιν.

Ibid. Παραιρημάτων, τῶν ἱματίων. Θουκυδίδης. Ad hunc articulum notata quaedam sunt a me in *libello animadversionum* c. 70. quibus nunc addo, me legere malle: Παραιρημάτων ἐκ τῶν ἱματίων. Respexit enim sine dubio *Photius* locum *Thucydidis* lib. IV. cap. 48. ubi legitur: καὶ ἐκ τῶν ἱματίων παραιρήματα ποιοῦντες. Fortasse tamen ante τῶν ἱματίων excidit vox παραραμμάτων, supplenda ex *Hesychio*, aut potius παραρμάτων, quae *Galeno Comm.* II. *in libr. de art.* p. 608, 52. sunt παραιρούμενα ὑπὸ τῶν ἀμφιεσμάτων, ἀπὸ τῶν ῥαπτόντων αὐτά.

Ibid. Παραθρήσειας, παρίδῃς. Quod si lectio sana est, addenda est vox Παραθρέω Lexicis. Alias παραθεωρέω in eadem significatione occurrit, ut notatum est a me in *Lexico N. T.* s. h. v.

Ibid. Παραιξόρουσον, Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς κ. τ. λ. *Suidas* habet: Παραιξοροῦσιν. *Michael Apostolius* autem παραξοροῦσιν. Confer *Toupii emendationes in Suidam* P. III. p. 323. ac *D'Orville vannum criticam* p. 607.

Ibid. Παρακαρὴς, ὀλίγου. Scribendum divisim παρ' ἀκαρές.

Ibid. Παρακαταβολὴ, πρόθεσις τοῦ δεκάτου μέρους τοῦ τιμήματος. Est glossa *Timaei*, ubi videndus *Ruhnkenius*.

Ibid. Παρακαταβολὴ καὶ παρακαταβάλλειν. οἱ ἀμφισβητοῦντες — — καὶ οἱ περὶ κλῆρον ἢ ἐπικλῆρον (Scribendum ex *Harpocratione*, quem descripsit *Photius*, οἱ περὶ κλήρων ἢ ἐπικλήρων.), — — καὶ τοῦτο ἐχρῆν αὐτοὺς στρέφεσθαι (*Harpocration* rectius habet στέρεσθαι), εἰ τὴν δίκην ἡττηθεῖεν. — — Δημοσθένης μέντοι ἐν τῇ πρὸς Πανταίνετον παραγραφῇ (Vol. II. *Oratt. GG.* p. 978, 19.) κ. τ. λ. Confer *Matthiae Miscell. Philol.* Vol. I. p. 260.

Col. 281. Παρακέλευστοι, οἱ σπουδασταί. ὁ γὰρ σπουδαστὴς τὸν αὐστηρὸν καὶ σπουδαῖον οἰκεῖον δηλοῖ. Sensus postulat, ut loco οἰκεῖον reponatur οἰκοδεσπότην, in qua significatione οἰκεῖος, quantum equidem scio, non reperitur.

Ibid. Παράκλησις, ἀντὶ τοῦ προτροπή. Ἰσοκράτης παραινέσεσι (v. c. in *Paraenesi* ad *Demonicum* cap. 2.)· διόπερ κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*. Confer *Indicem scriptorum* a *Photio* laudatorum s. v. *Isocrates* c. 503.

Ibid. Παρακονᾶν, τὸ ἐν τῷ φιλεῖν διατρίβειν. Glossam hanc in fine mancam esse discitur ex *Hesychio*, in quo legitur: Παρακονᾶν, τὸ ἐν τῷ ἀσπάζεσθαι παρατρίβειν τὸ γένειον καὶ τὰς παρειάς. Reperitur haec vox apud *Suidam* (s. v. Παραθήξονται), *Aristophanem* (in *Ranis* v. 1146.) ac *Eustathium* in *Iliad.* λ'. p. 758, 5.

Ibid. Παρὰ κωφὸν ἀποπέρδειν, παροιμία, ἐπὶ τῶν ἀναισθήτων. *Hesychius*, *Suidas* et *Apostolius Proverb. Cent.* XV, 73. habent ἀποπαρδεῖν.

Ibid. Παρακρούεται, ἀντὶ τοῦ ἐξαπατᾷ κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*.

Col. 282. Παρακεχόρδηκος, οἷον παρημάρτηκεν λέγουσιν Ἀττικοὶ, καὶ παράχορδον. Mutata mea de hac glossa sententia, quam in *libello animadversionum* c. 70. exposueram, nunc mihi legendum videtur Παρακεχόρδικε, quod *Hesychius* per παραμαρτάνειν interpretatus est. Confer *Aristoph. Eccles.* v. 295. ibique *Schol.* ac *Bisetum* ac ipsum *Photium* infra s. v. παραχορδίζειν.

Ibid. Παράλογον λέγουσιν ἀρσενικῶς οἵ τε ἄλλοι, καὶ μάλιστα Θουκυδίδης — — οἷον τοῦ πολέμου τὸν παράλογον. Reperitur hic locus apud *Thucyd.* lib. VII. cap. 28. Vide *Stephani Append.* ad Scripta de *Dial. Attic.* p. 157.

Ibid. Παράλογον, τὸ ἀνέλπιστον, τὸ παρὰ προσδοκίαν. E *Scholiasta Luciani* in *Abdicato* cap. VI. (Vol. V. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 8.), qui et hunc et proxime antecedentem articulum exhibet, luculenter apparere arbitror, non solum utrumque conjungendum, sed etiam in hoc legendum esse: παραλόγως, ἀνελπίστως, καὶ παρὰ προσδοκίαν.

Col. 283. Παράλλαξον, πάρελθε. Idem habet *Lex. Cyrilli MS.* et *Suidas*. Pertinet sine dubio haec glossa ad Prov. IV, 15. ubi pro παράλλαξον, quod in versione LXXvirali reperitur, *Aquila*, *Symmachus* ac *Theodotion* πάρελθε habent.

Ibid. Πάραλος. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς κ. τ. λ. ex *Harpocratione*, in quo vox μέρος ante τοῦ ἐνιαυτοῦ inseritur.

Ibid. Παραμπυκίζεται, παραπλέκεται τὰς τρίχας. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Lysistr.* v. 1319. atque ibidem *Bisetum*. Substantivum Παραμπύκια, quod *vittam* notat, *qua comae religantur*, reperitur apud *Eustathium* in *Iliad.* χ'. p. 1280, 57.

Ibid. Παραπέτασμα, τὸ προκάλυμμα κυρίως τῶν πορνῶν κ. τ. λ. Vide *Ezech. Spanhemium ad Aristoph. Ranas* v. 969. ac *Eustathium* p. 722, 32.

Ibid. Παραπεπτωκώς, ἀντὶ τοῦ ὑποπεπτωκώς. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου. Locus reperitur Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 1127, 2. Glossa ipsa desumta est ex *Harpocratione*.

Col. 284. Παραπέτασμα, παρακάλυμμα, παράπλωμα. Vox παράπλωμα in Lexicis non reperitur, et etymologiae ratione habita in hac orationis serie locum habere nequit. Scribendum itaque παράπωμα, aut, quod mallem, περίπωμα, quod *tegumen-*

tum notat. Utrumque quidem in Lexicis non reperitur, verbum tamen περιπωμάζειν exstat apud *Hippocratem* de *loc.* in *Homer.* p. 424, 2. (ὡς ἐπ' ἀσκίων τοῦτο περιπωμᾶσαι) et περιπωματίζειν apud *Aristotel. Problem.* II. p. 795. B.

Ibid. Παράπηγμα, κανόνα, καὶ εἶδός τι ὀργάνου ἀστρονομικοῦ. Confer *Marc. Antonin.* de *rebus suis* lib. IX. §. 3. *Sext. Empir.* adv. Grammat. p. 273, 7. et *Diodor. Sic.* lib. I. cap. 5.

Ibid. Παραπλαγιάσας, πλασάμενος. Sic legitur quoque in *Suida.* *Hesychius* autem loco πλασάμενος habet πλαγιασάμενος.

Ibid. Παραπλῆγας, πέτρας παραλίας, πλησσομένας ὑπὸ τῆς θαλάσσης. *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 535. habet: Παραπλῆγας πέτρας, τὰς παραλίας, πλησσομένας ὑπὸ τῆς ἁλός. Vide *Homer. Odyss.* ε. v. 418. Confer quoque *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Παρασάγγης, εἶδος μέτρου Περσικοῦ, ὅ ἐστι στάδια τριάκοντα. Confer *Xenoph. Cyrop.* VI, 3, 5. *Athenaei Deipnos.* lib. III. p. 122. a. *Sturzii Lexicon Xenophont.* s. h. v. ac *Eustathium* p. 361, 16.

Ibid. Παράσημος ῥήτωρ. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος (Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 307, 26.). ἐκ μεταφορᾶς κ. τ. λ. Totidem verbis hic articulus in *Harpocratione* reperitur. —— In sequentibus pro οἱ τοιοῦτοι χαράττεται reponendum est: ἤτοι ὅτι ὑποχαράττεται. Confer *Scholia* in *Demosthenem* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 105.

Col. 285. Παρασκήνια. ἔοικε παρασκήνια καλεῖσθαι κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.* Reperitur quoque haec vox apud *Demosthenem* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 520, 18. ad quem locum hac glossa respicitur, ubi *Schol.* Vol. II. p. 84. haec ipsa verba habet.

Ibid. Παράστασις, στάσις παρά τινα ἄτιμος. γίνεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν χρεωφειλετῶν. Est glossa *Timaei*, pertinens ad *Platonem* de *Legg.* IX. p. 652. F. Particula καὶ ante ἐπὶ delenda videtur.

Ibid. Παράστασις, τοὔνομα πολὺ παρὰ τοῖς ῥήτορσι. (*Harpocration*, e quo haec desumta sunt, habet: Ἀττικοῖς.) —— λέγων φησὶν (scribendum φησὶν οὕτως) —— καὶ ψευδοκλητίας (ψευδοκλησίας habet *Harpocration*) —— καὶ γραφίου (lege ἀγραφίου) καὶ μοιχείας —— κατὰ ὑπωμοσίου (reponendum est: ὑπωμοσίαν) ἑκάστην. Alia notata a me sunt in *libello animadversionum* ad h. l.

Ibid. Παράσιτος, κοσσοτράπεζος. Vocem κοσσοτράπεζος, quae quoque apud *Hesychium* ac *Suidam* reperitur, ac ab *Alberti* in κυσοτράπεζος e conjectura mutata est, contra *Toupium* defendit *Bastius* in *Epistola Critica* ad *Boissonad.* p. 181. qui eam in *Lex. Cyrilli*, ac *Rhet. Soph. St. Germani* se invenisse testatur. Κόσσος est *alapa, colaphus*, teste *Suida.* Hinc forte dictus est *parasitus* κοσσοτράπεζος, *quod ad mensam alapis se caedi patiatur:* quae fuit *Küsteri* ad *Suidam*, et ante eum *Palmerii* ad *Hesychium* sententia. Confer *Du Cangii Glossar. med. et inf. graecit.* s. v. κόσσος et κοσσίζειν. Fortasse tamen alio modo vox insolita κοσσοτράπεζος explicari poterit, si nempe derivetur a κόσσος, latine *cossus*, h. e. *vermis, qui in ligno nascitur.* Hos vermes praegrandes atque farina saginatos edere olim in luxuria fuit, teste *Plinio H. N.* lib. XVII. cap. 37. §. 3. Tom. V. *Opp.* ed. *Franzii* p. 701. Hinc fortasse parasiti κοσσοτράπεζοι dicti sunt, vel quod sunt gulosi ac cibos delicatiores amant, vel quod rei familiari aliorum detrimentum afferunt, quemadmodum vermes noxii sunt arboribus, in quarum cortice generantur. *Trillerus* in *Obss. Critt.* p. 207. conjecit legendum potius esse: κνισσοτράπεζος, h. e. *qui mensarum jucundo odore allicitur*, quem *Iuvenalis* Sat. V. v. 162. *captum nidore culinae* dixit.

Col. 285. Παραταχθείς, παρ' αὐτὸν ταχθείς. Est glossa *Timaei*, pertinens ad *Platon. Polit.* VIII. p. 496. F. quam etiam *Suidas* habet.

Ibid. Παρατεῖναι, τὸ ἐπιστρέψαι (*Cod. D.* ac *Suidas* rectius ἐπιτρίψαι habent) καὶ ἀπολέσαι. ὁ κωμικὸς ἐπὶ Εὐβοίας. Scilicet *Aristophanes* in *Nubibus* v. 213. ubi videndus *Ez. Spanhemius*.

Ibid. Παρατενθεῖς, ἀπολεῖς, ἐπὶ πλέον παρελκύσεις. Quae in *libello animadversionum* a me prolata est hujus loci emendatio, confirmatur ea auctoritate *Timaei* in *Lexico Platonico* p. 206. ubi videndus *Ruhnkenius*.

Ibid. Παρατίλτρια, οὐ δρωπακίστρια, καὶ παρατιλλόμενος ὁ πιττούμενος. Observatis a me ad h. l. in *libello animadversionum* adde: Confer *Olearium* ad *Philostrat. Vit. Apollon.* IV. c. 27. p. 167.

Col. 287. Παραφρυκτωρεῖν, τὸ τοῖς φρυκτοῖς παρὰ τὸ προσῆκον χρῆσθαι κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*, qui tradit, desumta haec esse ex *Dinarchi delatione contra Diniam* Παραφρυκτωρεύεσθαι eodem sensu reperitur apud *Lysiam* Vol. V, *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 489, 8. Confer quoque *Schol. Euripidis* ad *Orest.* v. 432. ubi legitur: Ναύπλιος — — καὶ χειμῶνα φυλάξας, φρυκτωρίας ἧψε περὶ τὰς ἀκτὰς τῆς Εὐβοίας.

Ibid. Παραχαράκτης, διαστροφεύς. Confer praeter *Hesychium* s. h. v. post Παρατούριον, *Schol. Aristoph.* ad *Acharn.* v. 576.

Ibid. Παραχειμάζοντι, Δημοσθένης (Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 909, 14. et 1292, 4.), καὶ παρεχείμασεν. Ὑπερίδης.

Ibid. Παρεγγύησεν, καὶ παρεγγυηθέντος. κ. τ. λ. Confer *Harpocrationem*, quem compilavit *Photius*.

Ibid. Πάρεδρος, Ἀριστοτέλης ἐν τῇ πολιτείᾳ κ. τ. λ. Haec quoque desumta sunt ex *Harpocratione*.

Ibid. Παρεῖαι ὄφεις, ὀνομάζονταί τινες ὄφεις οὕτως κ. τ. λ. Loco ὁμοίως in medio fere hujus articuli scribendum est ὁμοίους ex *Harpocratione*, a quo sua mutuatus est *Photius*. Confer etiam Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 313, 25. ac ipsum *Photium* supra col. 265. s. v. Ὄφεις παρείας.

Col. 288. Παρείετο, παρῃγεῖται, παρείεμαι, παραιτοῦμαι. Mallem scribere: Παρεῖτο, παραιτεῖται, παρίεμαι, παραιτοῦμαι. Confer *Ruhnkenium* ad *Timaei Lex. Platon.* p. 207.

Ibid. Παρείκαθι, πάρελθε. Scribendum sine dubio: Παρεῖ, ἀντὶ, πάρελθε; aut potius: Παρείκαθε, πάρελθε.

Ibid. Παρείπῃ, παραπείσῃ. Est glossa *Homerica* pertinens ad *Iliad.* ά. v. 555. *Hesychius* per παραλογίζηται interpretatus est. Confer *Eustathium* p. 148, 36. et 152, 39.

Ibid. Πάρεισι, παρερηδήσεται. Num legendum est παρελεύσεται? Sed tunc perperam repetita esset glossa, quae paulo ante legitur.

Ibid. Παρεκόπτου, ἠφάνιζες. ἀπὸ τῶν τὰς πτέρυγας παρακοπτομένων ὀρνέων. Lectionem emendatam ὀρνέων conjecturae debemus, quam *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 876. n. 23. protulit. In apographo *Alberti* enim legebatur: ἀπὸ τῆς πτέρυγος παρακοπτομένων ὁρμέων. Caeterum haec glossa pertinere videtur ad *Aristophanis Equites* v. 817. ubi *Schol.* παρεκόπτου] παρῄρου, ἐλυμαίνου, ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν παρακοπτομένων τὰ πτερὰ ὀρνέων.

Col. 289. Παρελαχάνιζες, παρέπρασσές τι καὶ μετεῖχες. Suspecta mihi est vox Παρελαχάνιζες a nullo Lexicographorum veterum pariter ac recentiorum notata, quae, si sana esset, a λαχανίζειν, quod est λάχανα συλλέγειν, deduci deberet. Sed tunc male cohaereret glossa cum glossemate. Fortasse Παρελαγχάνιζες reponendum est, cui emendationi certe etymologia favet, quanquam vocem ipsam Graecia ignorat. Bene tunc convenit addita explicatio: παρέπρασσές τι καὶ μετεῖχες, ubi παραπράσσειν eam notionem habet, quae ei subjecta est apud *Sophoclem* in *Ajace Lorario* v. 261. ubi *Scholion* habet: Παραπράξαντος] οἷον μηδενὸς συμπράξαντος καὶ μετασχόντος τῶν ἁμαρτημάτων κ. τ. λ. et recte hanc vocem interpretatus est *Stolbergius*.

Ibid. Παρελθεῖν, ἀντὶ τοῦ νικῆσαι. Δημοσθένης ἐν τῇ τοῦ ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Scribendum est: ἐν τῷ ὑπὲρ τοῦ Κτησιφῶντος. Desumta sunt haecce ex *Harpocratione*. Confer quoque Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 227, 20.

Ibid. Παρέλεξας, τὰς ὑπερεχούσας τρίχας ἐν τοῖς ὀφρύσιν εἰώθασιν ἐκλέγειν. ἔνιοι δὲ ἐκσύρουσι τὴν τοιαύτην θεραπείαν γίνεσθαι. Sine dubio omissum est ante τὴν τοιαύτην θεραπείαν nomen instrumenti, quo πρὸς τὴν τοιαύτην χρείαν (ita enim legendum esse arbitror loco θεραπείαν) utebantur. Caeterum conferendus est de hoc ritu *Pollucis Onom.* III, 35. Idem ibid. lib. II. sect. 34. καὶ παραλελέχθαι τὰς τρίχας, τὸ τὰς περιττὰς ἀφαιρεῖσθαι.

Ibid. Παρελθὼν, ἀντὶ τοῦ εἰσελθών. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* Tom. II. col. 876. n. 30. legebatur Παρελθὲ, (Cod. D. παρεθὲς punctis notatum) ἀντὶ τοῦ εἰσελθέ. *Intrandi* significatio huic voci subjicitur ab *Aelian. V. H.* IV. cap. 1. *Apollodor.* II, 4. §. 3. *Antonin. Lib. Metam.* cap. 13. Confer quoque *Abreschii anim.* ad *Aeschylum* p. 585.

Ibid. Παρέλκεσιν, ὑπέρθεσιν. Scribendum est Παρέλκυσιν, quod *Hesychius* per βράδος et βραδύτητα interpretatus est. *Suidas:* παρέλκυσις, ὑπέρθεσις. Est autem παρέλκυσις vox τῶν ὁ Iob. XXV, 3.

Ibid. Παρέλυσαν, ἀπήλλαξαν, μετέστησαν. Θουκυδίδης. τὸν μὲν Νικίαν οὐ παρέλυσαν τῆς ἀρχῆς. Locus *Thucydidis* exstat lib. VII. cap. 16. Confer etiam *Aristid.* Tom. II. Orat. I. p. 4.

Ibid. Παρενθήκη, ἐπὶ τῶν παρεργαζομένων τεχνιτῶν. Nimia brevitate laborat haec glossa, quam longe pleniorem habet *Hesychius*, qui conferendus est.

Ibid. Παρεξειρεσίαν, τὸ ἔξω τῶν ἐρεσσόντων, ἐν δ' Θουκυδίδης. Apud *Thucydidem*, partim in loco a *Photio* laudato lib. IV. cap. 12. partim in aliis locis, v. c. lib. VII. cap. 34. 40. reperitur Παρεξειρεσία, quod etiam in *Photio* reponendum est. Confer quoque *Suidam* et *Hesychium* s. h. v. ac *Pollucis Onom.* I, 92 et 124.

Ibid. Παρεξηυλημένον καὶ κατατετριμμένον, τὸ ἄμυδρον κ. τ. λ. Scribendum est τὸ seu τὸν ἀμυδρόν. Locus *Aristophanis*, qui in sequentibus laudatur, adductus quoque hanc in rem ab *Hesychio* s. v. Ἐξηυλημένον, reperitur in *Acharn.* v. 689.

Ibid. Πάρεστιν, ἐκ παντὸς δυνατόν ἐστιν. Est glossa *Timaei*, quam etiam *Suidas* habet, ut adeo potius referenda videatur ad *Platonis Gorg.* p. 281. C.

Ibid. Παρευδοκιμησάσης, νικησάσης. ἤτοι εἰς δόξαν ὑπερβάσης. Vide *Locellam* ad *Xenoph. Ephes.* p. 148.

Col. 290. Παρῆσθα, παρῆν. Scribendum est παρῆς loco παρῆν. Nam Παρῆσθα est, ut ἀπῆσθα apud *Sophocl. Philoctet.* v. 384. persona secunda. Confer *Euripid. Orest.* v. 1159. καὶ πλησίον παρῆσθα κινδύνων μοι, ubi *Schol.* καὶ ἐπὶ τῶν κινδύνων προϋπῆρχες πλησίον μου.

Ibid. Παρήσω — — — παράσχω. Lacuna, quae ante παράσχω reperitur, sine dubio voce ἐάσω supplenda est.

Ibid. Παρθένιος, ὁ ἐκ παρθένου ἔτι δοκούσης γεννηθείς. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 533. Παρθένιος, ὁ ἐξ ἀνεκδότου λαθραίως γενόμενος, ἀπὸ τοῦ δοκεῖν ἔτι παρθένον εἶναι τὴν γεγεννηκυῖαν αὐτόν. Confer *Homer. Iliad.* π'. 180. *Schol.* ad *Iliad.* δ'. v. 499. et *Eustathium* p. 1053, 42.

Ibid. Παρθενοπίπας, ὁ τὰς παρθένους ἀπατῶν. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 535. Παρθενοπίπα, παρθένους ὀπιπεύων, οἷον περισκοπῶν. Confer *Homer. Iliad.* λ'. 385. et *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v.

Col. 291. Παρ' ἵππον καὶ κόρην, τόπος Ἀθήνησιν κ. τ. λ. In *libello animadversionum* c. 72. verbis, quae in fine hujus articuli leguntur: καὶ ὁ ἵππος τὴν κόρην βοᾶν ἐποιήσατο, substitui lectionem *Suidae:* καὶ ὁ ἵππος τῇ κόρῃ βίαν ἐποιήσατο. *Lobeckius* autem, adducto *Suidae* testimonio s. v. Ἱππομένης, loco βοᾶν reponere mavult βοράν.

Ibid. **Παρνησὸς**, ὄρος μεταξὺ τῆς Βοιωτίας καὶ τῆς Ἀττικῆς. Est glossa *Timaei* ducta e *Platonis Critia* p. 560. C. e quo, ut jam *Ruhnkenius* recte observavit, luculenter apparet, in *Timaeo* pariter ac *Photio* loco Παρνησὸς reponendum esse Πάρνης, aut, quod mallem, Πάρνηθος. Verba *Platonis* sunt haec: μέχρι τοῦ Κιθαιρῶνος καὶ Πάρνηθος τῶν ἄκρων. Confer quoque praeter *Athenaeum Deipnos.* lib. V. p. 216. a. *Stephanum Byzantinum* s. v. Πάρνης p. 629. *Valckenarium* ad *Herodot.* V, 62. ac *Bastium* ad *Gregor. Corinth. de dial.* p. 772.

Ibid. **Πάρνωψ**, εἶδος ἀκρίδος. Est glossa *Timaei.* Confer *Interpretes* ad *Hesychium* s. v. Πάρνοπες.

Ibid. **Πάρθενοι**, ἔμπροσθεν. Glossa haec, ut hic legitur, non solum inepto loco posita, sed etiam intellectu difficillima est. Si conjecturae locus est, loco Πάρθενοι scribendum est aut **Πάρος**, quod vide infra suo loco, aut, quod mihi certe praeferendum videtur, Πάροιθε vel Πάροιθεν, quod legitur apud *Eurip. Phoen.* v. 841. et *Homer. Iliad.* ά. v. 360. Utrumque admittit literarum ordo. Vide *Eustathium* p. 1214, 44. 47. et 1574, 22.

Ibid. Παροχοχὴ (Scribendum est e Cod. D. ac *Suida* Παρακωχὴ), παροχὴ παρὰ Θουκυδίδῃ, ὡς ἡ ἀνακωχὴ καὶ διωκωχή. ubi etiam e *Suida* διακωχὴ reponendum est, quam scripturam quoque Cod. B. tuetur. Pertinet sine dubio haec glossa ad *Thucyd.* lib. VI. cap. 85. ubi omnes Codd. MSS. in lectione παροχῇ consentiunt, unus autem *Suidas*, quem exscripserunt *Phavorinus* ac *Photius*, παρακωχῇ legisse videtur, ut adeo haec glossa ex varietate lectionis orta esse videatur. Vox παρακωχὴ reperitur quoque apud *Iosephum Antiquit. Iud.* XVII, 9, 5.

Ibid. **Παρολκὴ**, ὑπέρθεσις. Supra legebatur apud *Photium:* Παρέλκεσιν, ὑπέρθεσιν, ubi vide a me notata. *Phavorinus Lex.* col. 1453, 12. Παρολκὴ, ὑπέρθεσις, διατριβὴ, βραδύτης. Reperitur quoque haec vox apud *Schol. Aristoph.* ad *Equites* v. 32. ἐν παρολκῇ παίζων. *Heliodor.* lib. V. p. 320. et lib. VI. p. 327. et *Alciphron.* lib. I. Ep. 22.

Ibid. **Παρομαρτεῖ**, παρακολουθεῖ. Vox παρομαρτεῖν in hac significatione aliquoties legitur apud *Lucianum*, v. c. in *Timone* cap. 55. (Vol. I. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 124.) καὶ ἡ γοητεία προηγεῖται, καὶ ἡ ἀναισχυντία παρομαρτεῖ. et in *Zeux.* cap. 1. (Vol. IV. p. 124.) ἐπιπολὺ γοῦν παρομαρτοῦντες.

Ibid. **Παρὸν**, ἐξὸν, δυνατὸν, δέον. Est glossa *Timaei* in *Lexico Platonico* p. 208.

Col. 292. **Πάρος**, χρονικῶς καὶ τοπικῶς, ἀντὶ τοῦ ἔμπροσθεν. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 533. Πάρος, ἔμπροσθεν, ἐπὶ χρόνου. Sexcentis locis dixit *Homerus.*

Ibid. **Παρ' οὐδὲν**, εὔκολον, εἰς οὐδέν. Lege: εἰς οὐδὲν πλέον. Confer *Aeschyl. Agamemn.* v. 237. *Eumenid.* v. 850. et *Sophocl. Antigon.* v. 35.

Ibid. **Παρουσία**, ἀντὶ τοῦ περιουσία. ἤτοι ἡ αἰτία πλούτου ἢ οὐσία. Vel delendum est illud ἢ ante οὐσία, vel e Cod. D. ἡ legendum est. Confer *Demosthenem* (Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 1447. ult.) et *Harpocrationem*, ex quo haec desumta sunt.

Ibid. **Παροχετεύει**, παραπληγιάζει, ἢ ἀπὸ ἑτέρου ὑδρηγοῦ εἰς ἕτερον ἐπιβάλλει, ἢ μεταφέρει τὸ ὕδωρ. Vox παροχετεύειν reperitur apud *Eurip. Bacch.* v. 479. et inde deductum substantivum παροχέτευσις apud *Hippocrat.* de *Humor.* p. 47, 13. Confer *Foesii Oeconom. Hippocr.* p. 295. ac *Zonarae Lex.* col. 1520.

Ibid. **Πάροχος**, ὁ παροχούμενος ἐκ τρίτων τῷ νυμφίῳ καὶ τῇ νύμφῃ ἐπὶ τῆς ἁμάξης. Confer *Aristoph. Av.* v. 1735. *Platon. de Legg.* VI. p. 619. A. *Eustathium* p. 652, 44. et 833, 10. ac *Pollucis Onom.* III, 3. sect. 40.

Ibid. **Παροψὶς**, οὐ τὸ ἀγγεῖον, ἀλλὰ καὶ ὄψον, καὶ μακα . . . ποιαι. Nullam medelam huic articulo in fine misere depravato attulit *Hermannus*, quam tamen ei facile

prae-

praebet *Thomas Mag.* qui haec habet: Παροψίδα, τὴν ποιὰν μάζαν καὶ τὸ ὄψον, Ἀττικοί. ἐπὶ δὲ κύλικος ἢ τρυβλίου μὴ λέγε. Lege igitur meo periculo in *Photio* μάζαι ποιαὶ loco corrupti μακα . . . ποιαι. Confer praeter *Athenaeum Deipnos.* lib. IX. p. 368. a — c. *Eustathium* p. 867, 55.

Ibid. Παρουσία, λέγεται οὕτως ἐπὶ τῆς τῶν παρόντων δαψιλείας κ. τ. λ. Locus *Thucydidis*, qui in fine hujus articuli adducitur, reperitur lib. I. c. 128.

Ibid. Παῤῥησίας, ἀντὶ τοῦ βλασφημίας καὶ λοιδορίας. Ἰσοκράτης Βουσίριδι. *Harpocration*, e quo haec desumta sunt, habet: καὶ περὶ τοῦ ζεύγους. Locus *Isocratis* reperitur cap. 8. scripti laudati, ubi verba sic se habent: λοιδοροῦσι δὲ λίαν ἀσελγῶς καὶ θρασέως, καὶ τὸν ἄλλον βίον τοῦ πατρὸς, καὶ οὐκ ἂν αἰσχύνονται τοιαύτῃ παῤῥησίᾳ χρώμενοι περὶ τοῦ τεθνεῶτος, ἣν ἔδεισαν ἂν ποιούμενοι περὶ ζῶντος.

Ibid. Παρῶαι, ἵπποι μεταξὺ τεφροῦ καὶ πυροῦ χρώματος. Loco πυροῦ (quod ex mero typothetae errore editum videtur) reponendum est πυῤῥοῦ, ut recte legitur in *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 886. n. 27. Glossa ipsa desumta esse videtur ex *Aristotel. Hist. Anim.* IX, 45.

Col. 293. Παρωδούμενος, λεγόμενος. Scribendum Παρῳδούμενος cum jota subscripto.

Ibid. Παρῷμμαι, ἐν ὑπεροψίᾳ εἰμί. Μένανδρος Ἡνιόβῳ. Apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 887. n. 6. Ἡνιόχῳ habet, ut recte quoque legitur in *Indice Auctorum*.

Ibid. Παρώνια καὶ ἀντήλια, τὰ παρὰ τὰς ὄψεις τῶν ἵππων δερμάτια. Vide *Eustathium* ad *Homer. Iliad.* μ'. p. 914, 44. ac 1281, 2. et *Interpretes* ad *Polluc.* II, 53. et X, 54.

Ibid. Πάτασθαι, γεύσασθαι. Est glossa *Homerica*, pertinens ad *Iliad.* ι. 483. pro quo et πάσσασθαι scribitur *Odyss.* κ'. v. 384. ubi *Schol.* per γεύσασθαι interpretatus est. Vide *Eustathium* p. 134, 40.

Ibid. Πασῖνος, ὄνομα κύριον. Occurrit teste *Harpocratione* apud *Isocratem* in *Oratione Aeginetica* cap. 8. ubi in editione *Corayi* legitur Πασίνους. Confer ejusdem *animadversiones* T. II. p. 278.

Ibid. Πασίων, ὄνομα τραπεζίτου. Eadem quoque leguntur in *Harpocratione*.

Ibid. Πασπακίῳ, πασπάλῳ. Lege: Πάσσακι, πασσάλῳ, vel τῷ πασσάλῳ. Respicitur enim sine dubio ad *Aristoph. Acharn.* v. 763. Confer quoque *Eustathium* pag. 540, 22. et 1349, 64.

Ibid. Πανσυδίῃ, μετὰ πάσης ὁρμῆς. Est idem quod πασσυδίῃ, quod *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 536. interpretatus est per μετὰ πάσης σπουδῆς.

Ibid. Πασσυδὶ, παντελῶς. Θουκυδίδης (lib. VIII. cap. 1.) ἢ μὴ οὕτως τε πασσυδὶ διεφθάρθαι. In *Thucydide* l. l. legitur: μὴ οὕτω γε ἂν πανσυδεὶ διέφθαρται, e quo *Photius* emendandus est. Loco Πασσυδὶ enim apud *Photium* sine dubio scribendum est Πανσυδὶ vel Πανσυδεὶ, ut vel e sequentibus apparet. Caeterum desumta videtur haec glossa ex *Aelio Dionysio* apud *Eustathium* ad *Iliad.* p. 166, 14. Confer *Pollucem* VI. sect. 162.

Ibid. Πασσυνους, παχυτέρους. Reponendum est Πάσσωνας, παχυτέρους, ad quam emendationem nos quodammodo ducit lectio Cod. D. Πάσσων, παχυτέρων. *Eustathius* ad *Homer.* p. 1584. lin. 13. ἀπὸ τοῦ παχὺς, παχίων, πάσσων (*Od.* ξ'. v. 230.), καὶ ὁ μάσσων ἐκ τοῦ μακρὸς, καὶ ὁ βράσσων (*Iliad.* κ'. v. 226. *Schol.* βραδύτερος) ἐκ τοῦ βραχύς.

Ibid. Παστοφορεῖον, τὸ φέρον τὸν παστόν. Copiose de hac voce exposuit *Sturzius* in libro *de dialecto Macedonica et Alexandrina* p. 110 sequ.

Ibid. Πασχητιᾷ, πάσχειν θέλει. Legitur haec vox apud *Clementem Alex. Cohort. ad Gentes* p. 33, 7. et *Lucianum Amor.* c. 26. Vol. V. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 286. ubi sensu venereo adhibetur.

Col. 294. Πατεκίων, ὄνομα κλέπτου καὶ τοιχωρύχου. Apud *Harpocrationem*, e

quo haec desumta sunt, Ππτταικίων scribitur.

Ibid. Πάτορες, κτήσιοι. *Hesychius* habet: Πατέρες, πλούσιοι. [Utraque vox derivanda est a πάομαι, quod est idem quod κτάομαι, unde *Hesychio* teste πᾶσις est κτῆσις, et: πολυπάμμων, πλούσιος, πολλὰ κεκτημένος, πολυχρήμων. Πάμματα γὰρ τὰ χρήματα.

Ibid. Πάτος, ὁδὸς, non autem quaelibet via, sed potius teste *Apollonio Soph. Lex. Hom.* p. 538. ἡ πεπατημένη καὶ λεωφόρος, quae glossa petita est ex *Commentariis* ad *Iliad.* ζ. 202.

Ibid. Πάτρης, ἡ ἐκ τοῦ αὐτοῦ πατρὸς γέννησις. *Apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 893. n. 4. habet γένεσις. Vide *Schol.* ad *Iliad.* ν'. v. 354. et *Aristoph. Equit.* v. 255.

Ibid. Πατρονομούμενοι, οἱ τοὺς ἀπὸ τῶν πατέρων παραδεδομένους νόμους τηροῦντες. Sine dubio e Lexico quodam *Platonico*. *Timaeus* in *Lexico Platonico* p. 209. habet: Πατρονομούμενοι, οἱ τοῖς γονικοῖς νόμοις χρώμενοι, ἢ ἀπὸ τῶν πατέρων ἀρχόμενοι. ubi a *Ruhnkenio* affertur locus *Platonis* in *Legg.* III. p. 586. G.

Ibid. Πατρούχου παρθένου, τῆς ὀρφανῆς καὶ ἐπικλήρου, ᾗ προσήκει τὰ τοῦ πατρὸς ἔχειν. Est glossa *Timaei*, pertinens ad *Herodot.* lib. VI. cap. 57. (ubi videndus *Valckenarius*), quam etiam *Suidas* habet. *Eustathius* ad *Iliad.* ή. p. 674, 30. ἡ δὲ ἐπίκληρος καὶ μάνδα πρὸς τινῶν ἐκαλεῖτο, ὑπ' ἐνίων δὲ πατροῦχος.

Ibid. Πατρώζοντα, τὰ τοῦ πατρὸς φρονοῦντα. Confer *Alciphr.* III. Ep. 14.

Ibid. Πατρώων (Scribendum Πατρῴων), πατρίων καὶ πατρικῶν —— Ἰσαῖος (Vol. VII. *Oratt. GG.* p. 234, 4.) —— Αἰσχίνης (Vol. III. *Oratt. GG.* p. 31, 30 et 61, 3.) κ. τ. λ.

Ibid. Παῦ, τὸ παῦσαι λέγουσι μονοσυλλάβως. *Casaubonus* in *Strabonem* lib. III. p. 161. A. affert παῦ pro παῦσαι. *Eustathius* ad *Odyss.* ά. p. 1408, 26. ὡς τὸ παῦσαι παῦ ἔλεγον μονοσυλλάβως (nempe κατ' αἰολικὴν ἀποκοπὴν) κατὰ Αἴλιον Διονύσιον.

Col. 295. Παφλάζοντα, ἠχοῦντα, ἀναζέοντα. Pertinet sine dubio haec glossa ad *Iliad.* ν'. 798. Κύματα παφλάζοντα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης. Confer *Eustathium* p. 960, 53. et 1661, 64. ac *Sturzium* ad *Rutgersii Gloss. Gr.* p. 69.

Ibid. Πάχεις (scribe Παχεῖς), Ἀττικοὶ τοὺς πλουσίους καλοῦσι συνήθως. *Schol. Aristoph.* ad *Vesp.* v. 285. παχὺς δὲ πλούσιος· ἐκ δὲ τοῦ ἐναντίου λεπτοὺς τοὺς πένητας φησίν. Confer quoque *Aristoph. Pac.* v. 638. *Pollux. Onom.* lib. III. sect. 109. lib. VI. sect. 197. et quae ex *Herodoto* notavit *Raphelius* ad *Psalm.* XXII, 30. p. 34.

Ibid. Πάχνη, δρόσος πεπηγυῖα. Κρύσταλλος δὲ, τὸ ὑπὸ κρύους συνεσταλμένον καὶ πεπηγός. Est glossa *Timaei*. Confer quoque *Eustathium* p. 1097, 58. et 1770, 21.

Ibid. Παχνοῦται, πήσσεται, πήγνυται, λυπεῖται. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 563. Παχνοῦται, πήσσεται. Confer quoque *Schol. Iliad.* ρ'. v. 112. *Eustathium* pag. 1097, 56. 60. ac *Ruhnkenii Epist. Crit.* I. p. 74.

Ibid. Πεδικά, μοῖρα τῆς Ἀττικῆς, ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἀπὸ τοῦ συμβεβηκότος κ. τ. λ. Loco Πεδικά reddendum est *Photio* Πεδιακά ex *Harpocratione* p. 284. qui addit: εἶχε δὲ καὶ προβάτων νομάς, καὶ τὰ ἐντεῦθεν, ὡς ἔοικεν, ἐκαλεῖτο πεδιακά, quo egregie confirmantur observata a me in *libello animadversionum* ad Παιδία καὶ πρόβατα.

Ibid. Πέδιλα, ὑπόδημα. Lege ὑποδήματα, et confer *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v. ac *Homer. Odyss.* ξ'. v. 23. et *Iliad.* β'. 44.

Ibid. Πεζέταιροι, οἱ ἀπὸ ἱερατικῶν ἔργων ἑταῖροι καὶ φίλοι γεγονότες. Δημοσθένης (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 23, 2.) δὲ τοὺς —— τῶν ἱματίων ὠαί (Legendum est ᾠαί. Confer infra sub Πέζα. In *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 899. n. 2. exhibebatur οἶαι.). ἐπεὶ ἔξωθεν εἰσὶν αὗται (ibidem legebatur αὐτοὺς), pro quo *Alberti* malebat

αὐτοῖς) περὶ τὰ ἱμάτια κατεσκευασμέναι. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* l. l. legitur: παρὰ τὰ ἱμάτια κατεσκευασμένα. Confer *Alex. Politum* ad *Eustathium* T. III. p. 1027.

Col. 296. Πεζὰς μόσχους, ἀντὶ τοῦ ἑταίρας κ. τ. λ. In *Hesychio* cum distinctione legitur: Πεζὰς, μόσχους, κ. τ. λ.

Ibid. Πεζέταιροι, Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione*, e quo in fine hujus articuli loco προθυμότατα legendum est προθυμότατοι. Confer *Sturzium de dialecto Macedonica et Alexandrina* p. 44. ac *Eustathium* pag. 472, 1.

Ibid. Πεζοφορεῦσιν, ἤτοι πέζαν ἐχόντων τῶν χιτώνων, ἢ τοῖς ποδήρεσιν. Non uno mendo laborare mihi videtur hic articulus. Vel enim pro Πεζοφοροῦσιν scribendum est Πεζοφορούντων, aut ἐχόντων mutandum est in ἔχουσιν, ut glossa glossemati respondeat. Verba ultima: ἢ τοῖς ποδήρεσιν, quippe aliena ab hoc articulo, referenda sunt ad Πεζοφόροις, quod vide apud *Hesychium*, ubi conferendi sunt Interpretes.

Ibid. Πειρᾶν, τὸ πειράζειν ἐπὶ φθορᾷ καὶ συνουσίᾳ. Μένανδρος. *Athenaeus* lib. XII. p. 534. C. τὴν δ' Αἴγιδος γυναῖκα πειρῶν. *Eustathius* p. 669, 7. et 745, 34. Confer *Wassium* ad *Thucyd.* lib. VII. cap. 54. et *Pierson.* ad *Moerid.* p. 310.

Ibid. Πειρατῶν, καταποντιστῶν, κατὰ θάλασσαν λῃστῶν. E *Schol. Sophocl.* in *Ajac. Flagell.* v. 1. Confer quoque *Eustathium* p. 1457, 58.

Ibid. Πειρῶντα, πειράζοντα διὰ λόγων. Est glossa *Timaei*, sed mutilata, in quo post διὰ λόγων addita leguntur verba παῖδα ἢ γυναῖκα, quae etiam *Suidas* praetermisit. Confer supra s. v. Πειρᾶν.

Col. 297. Πείρινθα, τὸ ἐπάνω τῆς ἁμάξης, εἰς ὃ ἐντίθεται τὸ κομιζόμενον. Ante τὸ ἐπάνω supplenda est ex *Hesychio* vox πλέγμα, aut πλινθίον, τὸ τετράγωνον. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 540. Πείρινθα, ἃ λέγομεν Πειρίνθια, τὰ ἐπὶ τῆς ἁμάξης, εἰς ἃ ἐντίθεται τὰ πρὸς τὴν χρείαν, ἕνεκα τοῦ πλείω χωρεῖν. Pertinet haec glossa ad *Iliad.* ω. v. 190. collat. *Odyss.* ζ. 70. ubi vocatur ὑπερτερίῃ, ubi vid. *Schol.* ac *Eustathium* p. 1344, 37. et 1777, 10.

Ibid. Πείσων, εἷς τῶν παρὰ Ἀθηναίοις τριάκοντα τυραννησάντων. Ex *Harpocratione*. Mentionem ejus facit *Lysias* in *Oratione contra Eratosthenem* Vol. V. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 386, 2.

Ibid. Πείσονται, πάθωσιν. Scribendum est πάθουσι. Confer *Küsterum* ad *Aristoph. Acharn.* v. 322. et *Indicem Aretaei Cappadocis* s. h. v.

Ibid. Πειρᾶν, τὸ λέγους περὶ συνουσίας προφέρειν — — Θουκυδίδης (scil. *Hist.* lib. VI. cap. 54. ubi videndus *Wassius*) · πειραθεὶς κ. τ. λ.

Ibid. Πέκτειν, κείρειν πρόβατον. Scribendum est Πεκτεῖν, quod recte *Küsterus* e *Suida Aristophani* (*Av.* v. 714.) loco πέκειν, quod idem significat, reddidit. Adde *Aristoph. Lysistr.* v. 686.

Ibid. Πελανὸς (mallem e *Cod. D.* reponere Πελανοί, aut potius Πέλανοι, ut habet *Eustathius* p. 1165, 9. Idem tamen pag. 1601, 4. eandem vocem etiam ὀξυτόνως, πελανοὶ scribi testatus est.) γίνεται (scribe: λέγεται, aut λέγονται ex *Harpocratione*) πέμματά τινα τοῖς θεοῖς (adde: γινόμενα) ἐκ τοῦ ἀφαιρεθέντος ἤτοι (lege: σίτου, ut *Harpocration* habet.) ἐκ τῆς ἅλω. — — τὸ ἐκ τῆς πετάλης (reponendum: παιπάλης) — — Εὐριπίδης μέντοι ἐν τῷ Ὀρέστῃ (v. 218.) ἰδίως φησίν. εὖ δ' ὄμορξεν (legendum ἐκ δ' ὄμορξον) ἀθλίου στόματος ἀφρώδη πέλανον κ. τ. λ.

Col. 298. Πελανοὶ (aut Πέλανοι. Vide observata supra ad vocem Πελανὸς) πέμμα ἐκ πολῆς κ. τ. λ. Quae ad h. l. protuli in *libello animadversionum*, augenda sunt observatione hac: reperiri nempe apud *Timaeum* in *Lex. Platon.* p. 211. glossam hanc: Πέλανοι, πέμματα ἐκ παιπάλης καὶ ἐλαίου καὶ μέλιτος πεποιημένα πρὸς θυσίαν, ubi videndus *Ruhnkenius*.

Ibid. Πελαργικοὶ νόμοι, ἀντεκτρέφειν τοὺς γονεῖς. οὕτως Ἀριστοφάνης. scilicet in *Avibus* v. 833. (ubi vid. *Schol. Biseti*) v. 1354 et 1357.

Ibid. Πελάται, οἱ παρὰ τοῖς πλησίον ἐργαζόμενοι. καὶ θῆτες οἱ αὐτοὶ καὶ ἐκτήμοροι. ἐπειδὴ ἕκτῳ μέρει τὸν καρπὸν εἰργάζοντο τὴν γῆν. Articulus hic, quem totidem verbis quoque habent *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* edita p. 3. ita legendus ac distinguendus est: Πελάται, οἱ παρὰ τοῖς πλησίον ἐργαζόμενοι, καὶ θῆτες. οἱ αὐτοὶ δὲ καὶ Ἐκτήμοροι, ἐπεὶ τῷ ἕκτῳ μέρει τῶν καρπῶν εἰργάζονται τὴν γῆν. In iisdem *Scholiis* et sequens articulus reperitur, ubi tamen loco ἀντιτροφῶν perperam legitur ἀντιστροφῶν.

Col. 299. Πελιδνὸν, μέλανον, λέγεται καὶ πελιτνὸν παρὰ Θουκυδίδῃ. Desumta est haec glossa, pariter ac ea, quae infra reperitur, (Πελιτνόν. Θουκυδίδης διὰ τοῦ τ.) ex *Dionysio Aelio* apud *Eustathium* ad *Iliad.* *ι.* p. 735. l. 57. ed. *Rom.* Simul autem monendi sunt lectores, in editionibus *Thucydidis*, v. c. lib. II. cap. 49. ubi vid. *Schol.* nunc πελιδνὸν reperiri.

Ibid. Πέλτη, ὅπλον κοῦφον, ἴτυν οὐκ ἔχον, ἀλλ' ἐκ μόνης βύρσης γεγονός. Est glossa *Timaei* p. 211. Secundum *Eustathium* p. 911, 64. πέλτη est ἀσπὶς ποιὰ δέρματι αἰγὸς ἢ οἴος κεκαλυμμένη.

Ibid. Πελώριος, μέγας. *Apollonio Sophistae Lex. Homer.* p. 541. sine dubio hanc glossam sublegit *Photius*, apud quem tamen additur: ἀπὸ τοῦ προςπελάζειν τῷ Ὠρίωνι, ubi videndus *Villoisonius.* Alias etymologias protulit *Eustathius* p. 1623, 2 sequ.

Ibid. Πέμπειν τὸ πομπεύειν. Μένανδρος Ὑποβολιμαίῳ ἢ Ἀγροίκῳ μικρὰ Παναθήναια, ἐπεὶ δι' ἀγορᾶς πέμποντά σε Μοσχίων μήτηρ ἑώρα τῆς κόρης ἐφάρματος. Locum hunc Menandri, quem etiam *Suidas* s. h. v. laudavit, ad suos numeros revocavit *Ios. Scaliger* in *Conjectaneis* ad *Varronem* lib. VI. p. 159. hoc modo:

— — — Μικρὰ Παναθήναι', ἐπεὶ
Πέμποντα σ' οὗτοι δι' ἀγορᾶς ἐμοσχίων,
Μήτηρ ἑώρα τῆς κόρης ἐφ' ἅρματος.

qui etiam hinc illustrat verbum latinum *vitulari*, quod graeco μοσχιᾶν respondet. — In fine hujus glossae legitur: καὶ πέμψαντες τὸ πομπεύσαντες παρὰ Θουκυδίδῃ. Respexit sine dubio locum *Thucyd.* lib. VI. cap. 56. Adde *Pollucis Onom.* VIII, 94. *Pausan. Attic.* cap. 2. *Aristoph. Acharn.* v. 247. *Eustathius* in *Iliad.* *ι.* p. 762. ἰστέον, ὅτι πέμπειν παρὰ τοῖς μεθ' Ὅμηρον καὶ τὸ στέλλεσθαι θριαμβικῶς· ὅθεν καὶ πομπὴ ὁ θρίαμβος, ὃν προέλευσιν ἡ κοινὴ γλῶσσα καλεῖ.

Col. 300. Πέμπτη φθίνοντος, ἐν ταύτῃ αἱ τῆς μοιχείας γραφαὶ ἐδίδοντο. Μένανδρος Χαλκίδι. Scribendum est: Πέμπτη φθίνοντος e *Suida* et sensus causa. In voce Χαλκίδι etiam mendum latere videtur. Reponendum sine dubio est Χαλκείοις, quae *Menandri* fabula laudatur a *Stobaeo Floril.* *Tit.* VII. et *Athenaeo* lib. XI. p. 502.

Ibid. Πέμφιξ, πνοὴ κ. τ. λ. Confer *Galeni Comment. I. ad Hippocratis* περὶ τῶν ἐπιδημιῶν VI. p. 454. edit. *Basil.* emendatus a *Bentlejo Epistola ad Millium* p. 57.

Ibid. Πενέσται, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Ἀριστοκράτους (Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 173, 6. et 687, 2.) — — ἀλλὰ καὶ Θετταλικάς. Ex *Harpocratione*, quem compilavit *Photius*, pro Θετταλικὰς reponendum est Θετταλοικέτας. Servi hi apud Thessalos bello capti antea Μενέσται dicebantur teste *Athenaeo* lib. VI. p. 264. b. Caeterum de hac voce lectu dignissima habet praeter *Eustathium* (p. 295, 30. et 954, 41.) *Ruhnkenius* ad *Timaeum* p. 212 sequ. ac *Schneiderus* ad *Xenoph. Hist. Gr.* p. 96.

Ibid. Πενθερὰ τῷ νυμφίῳ — — ὁ γοῦν Ἀλκμαίων (Confer Fragm. XI. Tom. II. p. 418. ed. *Beckii*) — — καὶ ὁ Πρωτεσίλαος (Confer ib. p. 470.) τῷ Ἀλκάστῳ κ. τ. λ.

Col. 301. Πεντεσύριγγον ξύλον, ὃ ὀπὰς καὶ τρήματα ἔχον, τραχήλῳ, χερσὶν, ποσίν. Ἀριστοφάνης. nempe in *Equit.* v. 1046. Vide et *Aristotel.* lib. III. *Rhetor.* c. 10.

p. 218. et *Arnaldi Lectt. Graecas* lib. I. c. 16. p. 112.

Ibid. Πέντε κριταὶ, οἱ τοῖς κωμῳδοῖς ἀποδεικνύμενοι. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 911. n. 9. conjunctim legitur: Πεντέκριται. Ipse *Hesychius* autem habet: Πέντε κριταὶ, τοσοῦτοι τοῖς κωμικοῖς ἔκρινον, οὐ μόνον Ἀθήνησιν, ἀλλὰ καὶ ἐν Σικελίᾳ.

Ibid. Πεντηκόνταρχος, ὁ τῆς πεντηκοντόρου ἄρχων κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*. Confer Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* pag. 1212, 21.

Ibid. Πεντηκοστὴ καὶ πεντηκοντεύεσθαι (scribe πεντηκοστεύεσθαι) κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*. Confer quoque *Reisk. Indicem Graecit. Demosthen.* p. 587. ac *Bisetum* ad *Aristophanis Ecclesiaz.* v. 1052.

Ibid. Πεντετηρὶς, πενταετηρίς. Confer *Thomam Mag.* p. 702. et *Phrynichi Eclogas* p. 180.

Ibid. Πεξάμενος, κτενίσας, ξάνας. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 541. ac *Eustathium* p. 975, 15.

Ibid. Περίσκεπτον. Sine ulla explicatione. Fortasse scribendum est ex *Apollonio Soph. Lex. Homer.* p. 548. Περισκέπτῳ, πάντοθεν ὁρωμένῳ; ut glossa pertineat ad *Odyss.* ά. v. 426. Confer quoque *Hesychium* s. h. v. ac *Eustathium* p. 1427, 36.

Ibid. Περισκυτίζοντες, ἐκδερματίζοντες. Pertinet sine dubio haec glossa ad 2 Maccab. VII, 4. ubi tamen *L. Bos* rectius edidit Περισκυθίζοντες, quod etiam in *Photio* reponendum est. Scythicus enim mos erat crines cum cute a capite resecare. Confer *Salmasium* ad *Solinum* p. 581. D. et *Lennep. ad Phalarid.* p. 73 sequ.

Ibid. Πέρισο, περιφέρειν. Εὐριπίδης. Forte legendum Περισοβεῖν, περιφέρειν. Sed in editis fabulis *Euripidis* vox περισοβεῖν (de qua videndi Interpretes ad *Aleiphron.* lib. I. Ep. 22. Tom. I. p. 123 sequ. ed. *Wagneri*), quantum equidem scio, non reperitur. Excell. *Lobeckius* legere mavult vel Περιοίσω, περιφέρω, vel Περίοισον, περίφερον.

Ibid. Περισσαίνεται, τὸ περισσὸν θυμοῦσθαι καὶ ὀργίζεσθαι. Ut glossae explicatio responderet, scribendum esset: Περισσαίνεσθαι. Περισσαίνειν autem est κολακεύειν, ut explicatur a *Schol. Homeri* ad *Odyss.* κ'. v. 215. ut adeo περισσαίνεσθαι de eo diceretur, cujus iram blandis verbis lenire alii student. Si literarum ordo permitteret, legerem Περιχαίνειν, ut metaphora desumta sit a canibus, qui adversus jactos lapides excandescunt.

Col. 310. Περισταδὸν, περιεστῶτες. Est sine dubio glossa *Homerica*, referenda ad *Iliad.* ν'. v. 551. ubi legitur: Τρῶες δὲ περισταδὸν ἄλλοθεν ἄλλος οὔταζον κ. τ. λ.

Ibid. Περίστασιν, Δείναρχος Τυῤῥηνικῷ: — — περίστασιν (lege: ἐμὲ περίστασιν) ποιήσουσιν. — — ἐν κύκλῳ περιέστη με (scribendum μὲν ex *Harpocratione*, cui sua debet *Photius*) αὐτὸς, καὶ οἱ συμπαρόντες αὐτῷ κ. τ. λ.

Ibid. Περίστατοι, Ἰσοκράτης ἐν τῷ περὶ τῆς ἀντιδόσεως κ. τ. λ. Totum hunc articulum ab *Harpocratione* mutuatus est *Photius*. Caeterum conferri meretur *Corayus* in *animadv.* ad *Isocratem* T. II. p. 100.

Ibid. Περιστένεται, περιτείνεται, στενοχωρεῖται. Eadem quoque leguntur in *Cyrilli Lex. MS.* Referenda autem est haec glossa ad *Iliad.* π'. v. 136.

Ibid. Περίστενος, οὗτος δράκων καλεῖται. Loco οὗτος e *Suida* reponendum est οὕτως, aut οὕτω, ut in *Hesychio* legitur. Dictus autem est draco περίστενος sine dubio a figura sua; nam περιστένεται est περιτείνεται, στενοχωρεῖται, ut a *Suida* explicatur.

Col. 311. Περιστοιχίζεται. Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς (Vol. I. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 43, 1.) — — ἃ καλοῦσι στοίχους ἢ στόχους (In *Harpocratione*, unde haec desumta sunt, rectius legitur: στίχους ἢ στοίχους), καταπετανννύντες κ. τ. λ. Eadem quoque leguntur in *Scholiis* ad *Demosthenem e Codice Bavarico* Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 45.

Ibid. Περίστοιχον, Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Νικόστρατον (Vol. II. *Oratt. GG.* p. 1251, 23.) φυτευτήρια ἐλαῶν (legendum ἐλαιῶν) περίστοιχον (reponendum: περιστοίχων, h. e. ut recte interpretatus est *Reiskius*, *in quincuncem positarum et maceria septarum.* Hanc lectionem quoque exhibent *Demosthenes* et *Harpocration*, ubi *Maussacus* περιστοίχων male per *obiens* interpretatus est.) κατέκλασεν. Δίδυμος δέ τι γένας ἐλαῶν (scribe: ἐλαιῶν) περιστοίχους καλεῖ κ. τ. λ. In fine hujus articuli pro τῶν κύκλῳ περὶ τὸ χωρίον ἐν στοίχῳ πεφυκότων series orationis postulat, ut legatur: τὰ κύκλῳ π. τ. χ. ἐ. στ. πεφυκότα.

Ibid. Περιστώιον, περίστυλον στοὰς ἔχον. Vitiose apud *Photium* pariter ac *Philoxenum* Περιστώιον legitur. Scribendum est etymologia duce Περίστοον. *Diodor. Sic.* lib. V. cap. 40. ἐν δὲ ταῖς οἰκίαις τὰ περίστοα. *Hesychius:* Περίστοον, περίστυλον. *Moeris:* Περίστοον, Ἀττικῶς. Περίστυλον, ἑλληνι-

κῶς. Haud ignoro quidem, auctorem *Etymol. M.* c. 665, 1. hanc vocem Περιστῷον scribendam docere, hancque scripturam *Iungermannum* ad *Pollucem* I, 78. ex MSS. tueri, sed his auctoritatibus, ut etymologicis rationibus contrarium quid statuam, adduci nequeo.

Ibid. Περισχιδὲς, οἰκτικὸν ὑπόδημα. Genus hoc calceorum ab *Athenaeo Deipnos.* lib. XII. cap. 53. p. 538. e. Iovi Hammonio et Alexandro M. tribuitur, non potest itaque περισχιδὲς esse οἰκτικὸν ὑπόδημα. Rescribo θρυπτικόν. *Pollux* VII, 85. σχισταὶ, πολυτελὲς ὑπόδημα καὶ θρυπτικόν. ταύτας δὲ καὶ λεπτοσχιδεῖς ὠνόμαζον. *Hesychius:* περισχεδεῖς (lege Περισχιδεῖς) εἶδος ὑποδήματος εὐτελές. Confer *Schweighaeuserum* ad *Athenaeum* lib. VI. cap. 75. p. 259. c.

Ibid. Περισφάτως ἔχων, περιωδύνως. *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 937. n. 8. in cujus apographo περιοδύνως legebatur, conjicit scribendum esse περιοδυνῶν: sed non sollicitanda videtur lectio recepta, ad quam ex antecedentibus, ut fieri solet, ἔχων supplendum est.

Ibid. Περιτελλομένων, περιερχομένων. Videtur haec glossa desumta esse ex *Homer. Iliad.* β'. v. 551, περιτελλομένων ἐνιαυτῶν, ubi *Scholion:* εἰς τὸ αὐτὸ κατὰ περίοδον περιερχομένων καὶ τελειουμένων. Confer *Eustathium* p. 283, 31. et 1686, 15.

Ibid. Περιτεύξεται, συντύχῃ, περιπεσεῖται. Scribendum περιπέσηται ex *Hesychio.*

Ibid. Περιτροπῇ, ἐν περιόδῳ. *Herodot.* II, 168. περιτροπῇ ἐκαρποῦντο. *Dionys. Halic. Ant.* V, 2. ἐκ περιτροπῆς. et *Aristides Orat.* I, 7, 6. ὧραί τε καθ' ἕκαστον ἔτος ἐκ περιτροπῆς γῆν τὴν πᾶσαν ἐπέρχονται.

Ibid. Περιτρόχαλα κείρονται. Ἡρόδοτος, nempe lib. III. cap. 8. p. 197. ed. *Wesseling.* Confer quoque *Pollucis Onomast.* lib. II. cap. 3. s. 29. Κουρᾶς δὲ εἴδη, κῆπος — — περιτροχαλάτη, ubi *Salmasius* ad *Tertullianum* de *pallio* p. 266. περιτρόχαλα correxit, quod mihi minus necessarium videtur.

Ibid. Περὶ τῆς ἐν Δελφοῖς σκιᾶς (scilicet πολεμῆσαι). Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 63. ult.). Δίδυμος φησὶ τὴν περὶ ὄνου σκιᾶς παροιμίαν περιπεποιῆσθαι (legendum παραπεποιῆσθαι, h. e. *detortum esse*, ex *Harpocratione*, a quo sua mutuatus est *Photius.*) ὑπὸ τοῦ ῥήτορος κ. τ. λ. Confer *Erasmi Adagia* Chil. I. Cent. III. n. 52. p. 116.

Col. 312. Περιττότης, δύο σημαίνει ἡ λέξις, τό τε ὑπερβάλλον, οἷον, εἰς περιττότητά σε φιλῶ κ. τ. λ. Confer *Eustathium* ad *Odyss.* ά. p. 41, 6. et *Diodor. Sic.* lib. I. cap. 94. ubi διὰ τὴν περιττότητα *propter excellentiam* notat.

Ibid. Περιφερὲς, κύκλῳ στογγύλον. Scribendum necessario est e *Suida* στρογγύλον. Sed ne sic quidem glossa haec satis restituta dici potest. *Hesychius* suadet, ut duae glossae constituantur, ac legatur: Περιφερείᾳ, κύκλῳ. † Περιφερὲς, στρογγύλον. Confer *Alberti Miscellanea Critica* p. 285.

Ibid. Περιφορὰ, κίνησις, aut, ut *Hesychius* rectius habet, ἡ κατὰ κύκλον κίνησις.

Ibid. Περιφοριῶσθαι, Λυσίας (alia interpunctione facta legendum est: Περιφοριῶσθαι. Λυσίας.) τὸν ὀφθαλμὸν τὸν ἕτερον γλαυκότερον εἶναι. ἢ περιφοριῶσθαι, ἐπὶ τοῦ ἀνακεκλιμένου (*Harpocration*, e quo haec desumta sunt, habet ἀποκεκλιμένου), ὥσπερ (hoc enim addendum est ex eodem) Εὐφορίων κέχρηται τῷ ὀνόματι κ. τ. λ.

Ibid. Περιχαρίαν, τὴν περιχαράν. Scribe: τὴν περιττὴν χαράν. Ita *Suidas* et *Phavorinus.* Posset quoque τὴν περιχαρὰν retineri, si initio articuli Περίχαριν reponeretur. Χάρις enim est haud raro i. q. χαρὰ, ut multis docui in *Lexico N. T.* T. II. p. 1326.

Ibid. Περιψῆν, διὰ τοῦ η, οὐ περιψᾷν. Confer *Aristoph. Equit.* v. 905. seu 919.

Col. 313. Περιωπὴ, καὶ πισύνη (legendum sine dubio πίσυνοι. Confer *Iliad.* έ. v. 205. et *Thucyd.* II, 89.) καὶ πύστις. (*Thucyd.* I, 5. πύστιν. Ibid. I, 136. ubi *Schol.* φήμην.)

πάντα — — οὐ τὸν τόκου, ὡς Ὅμηρος. v. c. *Iliad.* ξ'. v. 8 et ψ'. v. 451. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 547. Περωπή, τόπος ὑψηλὸς, ἀφ' οὗ ἔστιν περισκέψασθαι. Confer *Eustathium* p. 472, 10.

Ibid. Περκάζει, πεπαίνει, μελανίζει. Loco πεπαίνει reponendum est πεπαίνεται ex *Hesychio*, ubi videndi Interpretes. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 545. Περκνὸν (*Homer. Il.* ω. 316.) μέλανον. καὶ περκάζειν ἔτι λέγομεν τὴν σταφυλὴν τὴν ἤδη μελαινομένην. Confer *Callim. H. in lavacr. Pallad.* v. 78. *Homer. Odyss.* η. 126. ac *Eustathium* p. 1574, 26.

Ibid. Περσικὰ καὶ περιβαρίδες, ὑποδημάτων εἴδη. Apud *Aristophanem* in *Nubibus* v. 151. et *Eustathium* p. 129, 25. Περσικαὶ dicuntur. Confer *Beckii Comment.* in *Aristoph. Comoedias* Vol. II. p. 98. De voce περιβαρίδες supra expositum est.

Ibid. Πέσημα, πτῶμα. *Suida* teste pertinet haec glossa ad *Sophocl. Ajac.* v. 1058. ubi *Schol.* πεσήματι, πτώματι. Adde *Eurip. Phoen.* v. 643 et 1695. ac *Eustathium* pag. 129, 25.

Ibid. Πεστικὸν (Scribendum: Πενεστικὸν), τὸ παρὰ Θετταλοῖς θητικὸν, ὡς τὸ εἱλωτικὸν παρὰ Σπαρτιάταις. Est glossa *Timaei*, quam *Hermannus*, prout a *Ruhnkenio* emendata est, edi jussit. In apographo enim *Ruhnkenii* ita legebatur: Πεστικὸν, τὸ πρὸς Θέτταλον θητικὸν, ἢ τὸ Εἱλωτίζον παρὰ Σπαρτιάταις, ubi jam vir doctus in *Photii* margine recte emendaverat Πενεστικόν.

Ibid. Πέταυρα, σίγνα. Scribendum est τίγνα, quae est ipsa vox latina *tigna*. *Hesychius:* πέταυρα, τίγνα. Ita etiam *Suidas*. *Tigna* scilicet Romanis dicuntur *bacilli*, *quibus aves insidere solent*, *ad quietem se componentes*, ut recte observavit *Alberti* ad *Hesychium*.

Ibid. Πέταχνον, ποτήριον ἐκπέταλον. Eadem verba leguntur apud *Athenaeum Deipnos.* lib. XI. cap. 92. Vol. IV. *Opp.* ed. *Schweighaeus.* p. 339. Confer *Hesychium* s. v. Πέταχνον ibique Interpretes.

Ibid. Πεταχνοῦνται, ἐξυπτιοῦνται, τρυφῶσιν. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 948. n. 8. loco ἐξυπτιοῦνται legebatur ἐξυστιοῦνται, quod *Alberti* in ἐξυπτιῶνται mutavit.

Ibid. Πέτευρον, παγὶς, βάθος. Scribendum est Πέταυρον e *Suida* et *Hesychio*, ad quem bene observavit *Alberti*, illud βάθος non esse in βάθρον mutandum, quod *Wassius* teste *Küstero* suspicabatur, sed petitum esse ex Proverb. IX, 18. ubi *Aquila*, *Symmachus* et *Theodotion:* καὶ ἐπὶ τοῖς βάθεσι τοῦ ᾅδου, *Alexandrini* autem habent: καὶ ἐπὶ πέταυρον τοῦ ᾅδου. Confer *Intt.* ad *Pollucis Onom.* lib. X. sect. 156.

Ibid. Πέτευρον, πᾶν τὸ μακρὸν καὶ ὑπόπλατυ καὶ μετέωρον ξύλον. Ἀριστοφάνης ἐν τῷ έ. Intellegendus sine dubio est *Aristophanes Grammaticus* ἐν τῷ έ, scilicet Θηβαϊκῶν.

Col. 314. Πεττεία, ἡ διὰ ψήφων παιδιά. εἰσὶ δ' ὅτε καὶ γεωμετρίας λέγουσι. Est glossa *Timaei*, in quo p. 217. legitur: ἔστιν δ' ὅτε καὶ γεωμετρίαν λέγει, scilicet *Plato*, ubi videndus *Ruhnkenius*.

Ibid. Πεττοὶ, βόλια, ἐν οἷς ταβλίζουσιν. Loco βόλια, pro quo Cod. D. βολίαι, *Suidas* autem τὰ βόλια habet, legendum ταβύλια, h. e. *tabulia*, a *tabula*.

Ibid. Πευθῆνες, ἐπήκοοι. Fortasse legendum est ὑπήκοοι. *Hesychius:* Πευστὸς, ὑπήκοος.

Ibid. Πεφασμένος, ἀντὶ τοῦ γεγενημένος, Λυκοῦργος. Λυσίας δὲ ἀντὶ τοῦ φανερὸς λέγει. *Harpocration*, unde sua hausit *Photius*, haec habet: Πεφασμένης, Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος, ἀντὶ τοῦ γεγενημένης. Λυσίας δὲ ἐν τῷ κατὰ Θεομνήστου, εἰ γνήσιος, φησὶ τὸ μὲν πεφασμένως ἀντὶ φανερῶς. Locus *Lysiae* reperitur Vol. V. *Oratt. GG.* p. 363, 1. ed. *Reisk.* τὸ μὲν πεφασμένως, ἐστὶ φανερῶς. Confer quoque *Sophocl. Oedip. Tyrann.* v. 858. et *Homer. Iliad.* ξ'. v. 127.

Ibid. Πεφεινάκιεν, ἠπάτησεν. Legendum est Πεφενάκικεν.

Ibid. Πεφρυγμένα, τὰ εἰς τὴν χεῖρα λεπτυνόμενα, χίδρα σίτου καὶ κριθῆς. Ita distinguendum est. Eadem habet *Suidas.*

Ibid. Πεφρασμένος, παρεσκευασμένος, εἰς τὸ φρασθῆναι. προσεκτικὴν ἔχων διάνοιαν. Αἰσχύλος. In *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 952. n. 32. exstabat: Πεφασμένος. *Hesychius* ipse habet: Πεφρασμένος, παρεσκευασμένος, εἰς τὸ φρασθῆναι προσακτικὴν ἔχων δύναμιν.

Ibid. Πεφυσιγγωμένοι, οἷον ἐσκοροδισμένοι. Φύσιγγες γὰρ αἱ τῶν σκορόδων ἐντεριῶναι. Pertinet haec glossa ad *Aristoph. Acharn.* v. 525. ubi vide *Scholion.*

Col. 315. Πεφωρημένα, ἐνηνεγμένα. Si interpretatio sana est, legendum erit Πεφορημένα: quod si autem glossa recte se habet, loco ἐνηνεγμένα reponendum erit ἐληλεγμένα. Utrumque locum habere potest ac defendi auctoritate *Hesychii*, apud quem legitur partim Πεφορημένα, ἐνηνεγμένα κ. τ. λ. partim Πεφωρημένα, ἐληλεγμένα κ. τ. λ. Anceps igitur manebit hoc de loco judicium.

Ibid. Πῆ, ποῦ, εἰς τίνα τόπον. πῆ δὴ τόνδε μολοβρὸν ἄγεις (Sunt verba *Homeri Odyss.* ρ'. 219.). ἔστι δὲ Ἰακὸν, τὸ δὲ ποῖ Ἀττικόν. Idem fere tradit *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 550. ubi vide Interpretes.

Ibid. Πηγαὶ, τόπος ἐν Μεγάροις καὶ Βυζαντίῳ. Eadem habet quoque *Harpocration*, omissis tamen verbis καὶ Βυζαντίῳ. Confer *Stephan. Byzant.* p. 638.

Ibid. Πηκτὶς, πανδούριον, ἤτοι Λύδιον ὄργανον χωρὶς πλήκτρου ψαλλόμενον. Reperitur haec vox in *Carmine Meleagri* LXXXVII. v. 1. Tom. I. *Anthol. Gr.* p. 26. ed. *Iacobs.* Caeterum πηκτὶς est ὄργανον δίχορδον. Vide *Athenaeum* lib. V, 25. p. 183.

Ibid. Πηκτὸς θάνατος, ὁ τοῦ Αἴαντος, περιεπάγη γὰρ τῷ ξίφει. *Stat sua cuique dies, mors certa, terminus fixus, fatalis, inevitabile fatum:* si figit adamantinos summis verticibus dira necessitas clavos — non mortis laqueis expedies caput, *Horat.* lib. III, 30. 24. v. 5. coll. *Seneca de vita beata* c. 19. Confer *Gesnerum* ad *Orphei Hymn.* XXXVIII. p. 234. Caeterum φυσικὸς idem est ac πηκτός. Inde *Macarius Homil.* XV. p. 182. ὡς φυσικὸν καὶ πηκτόν. et *Homil.* VIII. p. 102. Vide quoque *Salmasii Exerc. Plin.* p. 764 sequ.

Ibid. Πηλαμὺς, διὰ τοῦ υ. Idem tradit *Hesychius*, qui addit: ἰχθὺς ἐν Πόντῳ. Sic etiam scribitur apud *Oppianum* in *Halieut.* I. v. 113. sed apud *Alciphron.* lib. I. Ep. 17. ubi videndi Interpretes, Πηλαμὶς legitur.

Ibid. Πήλασθαι, κληρώσασθαι. Πήλασθαι est vox obscura, de qua nihil certi statuere possum. Conjicerem, Μοιρήσασθαι, aut Μοιρᾶσθαι scribendum esse, si haec conjectura per literarum ordinem locum habere posset. Certe *Schol. Apollon. Rhod.* I. v. 646. habet: μεμοίρηται, ἀντὶ τοῦ κεκλήρωται. *Lobeckius* non sollicitandam censebat lectionem receptam, modo πήλασθαι derivetur a πάλλω, *sortior*, ἔπηλα, ἐπηλάμην, ut ψάλλω, ἔψηλα.

Ibid. Πηλέως μάχαιρα, παροιμία. ταύτην ἀναγράφει καὶ Ἀριστοφάνης οὕτως. Scilicet in *Nubibus* v. 1059. Confer *Beckii Commentarium* in *Aristophanis Comoedias* Vol. II. p. 365. ac *Erasmi adagia* Chil. II. Centur. VIII. n. 26. p. m. 570.

Ibid. Πήληξ, δῆμος Λεοντίδος. Ex *Harpocratione*, qui plura habet. Confer quoque *Stephanum Byzantinum* s. h. v. p. 638.

Ibid. Πηλὸς οὗτος, ἀντὶ τοῦ ἀναίσθητος εἰς ὑπερβολήν. Conjicio rescribendum esse Πηλὸς ὅσος. Nescio an recte. Confer *Vigerum de idiotismis gr. dict.* p. 128. ed. *Hermanni.*

Ibid. Πῆμα κακὸν, βλάβη, δυστυχία. Divisim scribendum est: Πῆμα, κακὸν κ. τ. λ. Sic πῆμα a *Schol.* ad *Iliad.* γ'. 50. κακὸν redditur. Vox ipsa saepius est apud *Homerum* obvia. *Gloss. Gr. Rutgersii* (ad *Oppian. Halieut.* V. v. 393.) ἢ βλάβη. Confer *Lennep. Etymol. l. gr.* p. 772.

Ibid. Πημαίνει, κακοῖ, βλάπτει. Referenda sine dubio est haec glossa ad *Homer. Iliad.* ό. 42.

Ibid. Πημηνείαν, βλάψειαν, διαφθείρειαν. Respicitur hac glossa locus *Homeri Iliad.* γ'. v. 299. ὁππότεροι πρότεροι ὑπὲρ ὅρκια πημήνειαν, unde simul apparet, apud *Photium* reponendum esse Πημήνειαν, qui est optat. aor. 1. act. atticus. Confer quoque *Agath.* lib. V. p. 164.

Col. 316. Πηνίον, ὁ ἄτρακτος, ἐν ᾧ εἰλεῖται ἡ κρόκη. Copiose ac docte de hac voce exposuit Celeb. *Schneiderus* in *Indice* in *Scriptt. rei rusticae* p. 366 sequ.

Ibid. Πηρὸς, ὁ παντάπασι μὴ ὁρῶν. Secundum *Hesychium* scribendum esset Πῆρος: ita enim apud eum legitur: Πηρὸν, ἐστερημένον τῆς φωνῆς. ἐνεὸν δὲ, πεπηρωμένον καὶ βεβλαμμένον αὐτοῦ τὴν διάνοιαν. τὸν ἐνεὸν καὶ ἄφωνον. προπερισπωμένως δὲ, τὸν τυφλόν.

Ibid. Πιθανοὺς, τοὺς εὐπειθεῖς. Ξενοφῶν Κύρου παιδείᾳ (nempe II, 2, 3.) κ. τ. λ.

Ibid. Πιθανώτατος. τοῖς πολλοῖς, ὁ πιστικώτατος, πείθων τοὺς πολλοὺς, παρὰ Θουκυδίδῃ. scilicet lib. IV. cap. 21. Sic *Alberti in Misell. Critt.* p. 285. Sed destituitur hac glossa pariter ac interpretatione editio *Hermanniana.* Confer *Indicem Scriptorum* s. v. *Thucydides.*

Ibid. Πιλήσεσιν, πυκνώσεσιν. Occurrit haec vox aliquoties apud *Platonem* de *Leg.* II, 849. C. (ἢ πλοκῆς ἢ πιλήσεως) et III, 58. B.

Ibid. Πινάκια, τὰ καθιέμενα ἀντὶ κλήρων ὑπὸ τῶν κληρονόμων κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione.* Loca *Demosthenis* reperiuntur Vol. I. *Oratt.* GG. ed. *Reisk.* p. 96. pen. et Vol. II. p. 998, 4.

Col. 317. Πινακοπώλην, ὀρνιθοπώλην. τίλλοντες γὰρ αὐτὰ (scribendum αὐτὰς) ἐπὶ πίνακος ἐτίθεσαν οἱ πωλοῦντες. Pertinet sine dubio haec glossa ad *Aristoph. Aves* v. 14. ubi vid. *Schol.* nec non *Interpretes* ad *Pollucis Onom.* lib. VII. sect. 197. pag. 835 sequ.

Ibid. Πιππίζειν καὶ τιτίζειν, μίμησις ὀρνέων φωνῶν. *Aristoph. Avv.* v. 308. κόψιχοι πιππίζουσι. *Anonymus* apud *Valckenarium* ad *Ammonium* p. 231. κόσσυφος πιπίζει.

Ibid. Πισύγγιον, σκύτιον. Malim σκυτεῖον legere, ut *Kuhnius* emendavit ad *Polluc.* VII, 82. praeeunte *H. Stephano* in *Indice thesauri* l. gr. Vide quoque *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Πίσυνος, πεπιστευκὼς, τεθαῤῥηκώς. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 552. Πίσυνοι, πεποιθότες. *Iliad.* θ'. 226. et λ'. 9. Confer *Eustathium* p. 96, 14.

Ibid. Πιτάνη, φυλὴ καὶ τόπος τῆς Λακωνικῆς. λόχος δὲ οὐκ ἐγίνετο Πιτανάτης, ὡς Θουκυδίδης. Nempe lib. I. cap. 20. fin. ubi conferendus *Hudsonus.* Vide quoque *Stephan. Byzant.* pag. 641. ac *Athenaeum* lib. I. p. 31. c. d.

Col. 318. Πιτυάνη, ἀσκὸς μικρός. Pro hoc apud *Hesychium* Πιτυδάνη scriptum est, nescio an rectius. Sed praeferendum videtur Πυτάνη e *Zenobio* Prov. V, 61. aut Πυτίνη secundum *Pollucem Onom.* lib. VI, 14. (ubi videndi *Intt.*) ac X, 72.

Ibid. Πιτθεὺς, δῆμος τῆς Κεκροπίδος, ἢ Πιτθίς. *Scholia* in *Platonis Euthyphr.* p. 2. ed. *Ruhnkenii*: Πιτθεύς] Πιτθὶς, δῆμος Αἰγηΐδος Ἀθήνησιν, ubi videndus *Ruhnkenius.* Confer quoque *Miscellaneas Observat. Amstelod.* Vol. IV. p. 256.

Ibid. Πλάγγων (Scribendum Πλαγγών), κοροκόσμιον κήρινον, ὅπερ δάγυνον οἱ Ἴωνες. Legendum: κόρη κόσμιος κήρινος. Est enim Πλαγγὼν (unde *planguncula* apud *Cicer.* lib. VI. ad *Attic.* Ep. 1.) Graecis *icuncula*, sive *pupa ex gypso*, *cera vel luto formata*, testibus *Hesychio*, *Suida* et aliis. Confer *D'Orville* ad *Chariton.* pag. 295. *Lips.*

Ibid. Πλάδανον, ᾧ διαπλάττουσι τοὺς ἄρτους. Scribendum est Πλάθανον, et quidempro paroxytonως, ut diserte exhibuit *apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 970. n. 22. ac reperitur apud *Polluc.* VII, 74. ac *Hesychium.* Voce Πλαθάνη eodem

sensu usus est *Theocritus Idyll.* XV. v. 115. ubi vide *Schol.*

Ibid. Πλάδος, δούλου ἔνος. Interpretatio obscura, immo absona, de qua nihil certi statuere possum. Liceat tamen mihi nonnullas conjecturas proferre. Fortasse *Photius* scripserat: Πλάδος, δίυγρος. νόσος. *Erotian. in exposit. vocum Hippocr.* p. 292. ubi vid. Interpretes: Πλάδος] οἷον ἔκχαυνος καὶ ὑπόσομφος καὶ δίυγρος τοῦ σώματος διάθεσις, καὶ μὴ στερεᾷ κεχρημένη σαρκί. Confer *Foesii Oecon. Hipp.* p. 511. — Posset quoque legi: Πλάδος, χαῦνος, ἀσθενής, aut Πλάδος, δούλου ὄνομα, ut v. c. Καρίων *Chremyli* in *Aristophanis Pluto* servus, cujus nomen etiam aliis commune fuit. Confer *Lucian.* T. I. p. 437. Καρίων, ὁ ἐμὸς οἰκέτης. *Euphron* apud *Athenaeum* IX. p. 377. D. ὅταν ἐρανισταῖς, Καρίων, διακονῇς. Infra c. 351. apud *Photium* legitur: Πυλάρτης, δούλου ὄνομα. Sed, uti jam monui, omnia haec incerta sunt. Cel. *Sturzius* in literis ad me datis conjicit scribendum esse: Πλάδος, οὖλον ὄνου.

Ibid. Πλάκαν, τὴν χώραν ἢ τὴν γαστέρα. Necessario reponendum est Πλάκα, descendit enim a Πλάξ, quod in antecedentibus *Photius* interpretatus est (Πλάξ, καὶ ἡ γαστὴρ, καὶ τὸ ἐν τῷ πλακοῦντι ῥύμμα.): et sic quoque legitur in *apographo Alberti* ad *Hesychium* Tom. II. col. 970. n. 29. Πλάκα, τὴν χώραν, καὶ τὴν γαστέρα.

Col. 319. Πλατιάζειν, ἀλαζονεύεσθαι. Scribendum: Πλατειάζειν, quod significat: *ore in latum diducto Dorico more loqui.* Confer *Valckenar.* ad *Theocrit. Adoniaz.* p. 380. ac *Intt.* ad *Gregor. de dial. l. gr.* p. 329. ed. *Lips.*

Ibid. Πλατίσταχος, τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. In *Hesychio* legitur: οἰκεῖον αἰδοῖον, καὶ ἰχθὺς ποιός. Loco γυναικεῖον legendum videtur σκύτινον vel σκυτικόν. Vide *Hesychium* s. v. σκυτίνων καθημένων et *L. Bos Obss. Miscell.* p. 186. Confer tamen *Schneideri Lexicon Criticum Graeco - Germanicum* s. v. Μύλλος. — Πλάτις dicitur ἡ γυνὴ παρὰ τὸ πελάζειν τῷ ἀνδρὶ κατὰ τὴν κοίτην, interprete *Schol. Aristoph.* ad *Acharn.* v. 132.

Ibid. Πλατυγίζει, τοῖς πτεροῖς κρούει. Hanc significationem vox πλατυγίζειν nullo modo habere potest, quae potius de *remigibus aquam summa et lata parte remorum* (quae πλάτυγξ dicitur) *percutientibus* adhibetur. Loco τοῖς πτεροῖς igitur reponendum videtur ἐρετμοῖς.

Ibid. Πλέα, πλήρη. Non dubito reponere Πλέαν, ut respiciatur ad *Aristophanis Pac.* v. 667. ubi legitur κίστην πλέαν, h. e. πλήρη, interprete *Scholiasta.*

Ibid. Πλέας, πλείους. Est glossa Homerica. Vide *Iliad.* β'. v. 129. ac *Maittaire de dialectis l. gr.* p. 413. ed. *Lips.*

Ibid. Πλέθρον, τὸ τοῦ σταδίου ἕκτον μέρος. Est glossa *Timaei.* Confer *Alex. Politum* ad *Eustathium* Vol. III. p. 1168 sequ.

Ibid. Πλειστηριάσαντες, ἀντὶ τοῦ ὑπερβάλλοντες ἐν τῇ τιμῇ τῶν πιπρασκομένων. οὕτως Λυσίας (nempe in oratione πρὸς Ἀνδοκίδην) καὶ Πλάτων ὁ κωμικός. *Harpocration*, e quo haec desumta sunt, habet ὑπερβαλόντες, ac Πληστηριάσαντες, in qua posteriore lectione ipsi convenit cum *Polluce* VII, 2. Sed Πλειστηριάσαντες scribi oportere contendit *Stephanus*, cui adstipulantur *Hesych. Etymol. M.* et *Moschopulus.*

Col. 320. Πλευμονίαν, νόσον τὴν ἐρωτικήν. Bene de hac glossa, quam etiam *Hesychius* habet, exposuit *Trillerus* in *Obss. Critt.* p. 59.

Ibid. Πλεύμων διὰ τοῦ λ. καὶ Ὅμηρος· πάγη δ' ἐν πλεύμονι χαλκός. Locus reperitur *Iliad.* δ'. v. 528. ubi autem nunc legitur πνεύμονι. *Eustathius* ad *Odyss.* β'. pag. 1436, 61. ἐν πλεύμονι, καθά τις γράφει τῶν παλαιῶν. Voce πλεύμων pro πνεύμων usus quoque est *Aristoph. Pac.* v. 1069. et *Ran.* v. 853. ac *Aeschylus Choëph.* v. 637. Confer *Gregor. Corinth. de dialecto Attica* §. 76. p. 147. ed. *Lips.* ac *Beckii Comment.* in *Aristoph.* Vol. III. p. 208.

Ibid. Πλῆγμα, βῆμα. Toto coelo inter se differunt πλῆγμα, quod *plagam, ictum,*

vulnus denotat, ac βῆμα. Sed facilis error fuit librarii βλῆμα, quod in *Photio* reponendum est, cum βῆμα permutantis. Vox πλῆγμα autem in hac significatione occurrit apud *Sophoclem Antigone* v. 1293. et *Euripidem* in *Troad.* v. 788.

Ibid. Πλημμέλεια, πολλὴ ἀμέλεια. Est glossa *Timaei* in *Lexico Platonico* p. 219.

Ibid. Πλημμελεῖν, τὸ ἀτακτεῖν καὶ ὑβρίζειν κ. τ. λ. Conferantur quae ad hunc articulum *Hermannus* in *Indice Scriptorum* s. v. *Lysias* et *Alberti* in *Miscell. Critt.* p. 286. monuerunt.

Ibid. Πλῆμναι, χοινικίδες. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 555. Πλήμνη, ἡ χοινικὶς τοῦ τροχοῦ, ἀπὸ τοῦ πληροῦσθαι ὑπὸ τοῦ ἄξονος; ubi bene observavit *Tollius*, πλῆμναι occurrere apud *Homerum Iliad.* Ε'. 726. et πλήμνη *Iliad.* Ψ'. v. 339. Vide utrobique *Schol.* Confer quoque *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 514. — Loco χοινικίδες fortasse legendum est σχοινικίδες. Tuetur tamen lectionem receptam *Eustathius* p. 598, 12.

Ibid. Πλημμύρα, οὐ πλήμνη λεκτέον, καὶ πλημμυρίδα. Voce πλημμυρὶς usus est *Homerus Odyss.* ί. v. 486. Confer *Eustathium* p. 525, 38. et 1283, 57.

Ibid. Πληρωτής. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος (Confer *Reiskii Indic. graec. Demosthen.* s. h. v.) — — τοῖς ἤτοι λαχοῦσιν ἢ ἐωνημένοις. *Harpocration*, quem compilavit *Photius*, pro ἐωνημένοις habet ᾑρημένοις, *electis*.

Ibid. Πλινθεῖον, ὁ τόπος, ἐν ᾧ πλίνθους πλάττονται. οὕτω Λυσίας. E Cod. D. ac *Harpocratione* reponendum est: Πλινθεῖον, ὁ τόπος, ἐν ᾧ οἱ πλίνθοι πλάττονται. *Harpocration* habet: ἡ πλίνθος πλάττεται. Locus *Lysiae* desumtus est ex ejus oratione deperdita in *Lysitheum*, teste eodem *Harpocratione*.

Ibid. Πλοιάρια, ὑποδήματα τινά. Dicta sine dubio ita a forma, quia rostrata erant. *Pollux* VII, 93. τὰ δὲ πλοιάρια — — εἶδος γυναικείων ὑποδημάτων.

Ibid. Πλοΐμα, πλευστικά, ἢ τὰ πλῷ πεμπόμενα. Eadem quoque habet *Cyrilli Lex. MS.* in quo tamen loco πλῷ legitur πλοΐ.

Ibid. Πλοΐμοι, πλόκαμοι. Nullo modo glossema cum glossa conciliari potest. Suspicor itaque, hic duas glossas, sine explicatione positas, coaluisse. Non improbabilis autem est conjectura *Lobeckii*, loco Πλοΐμοι scribendum esse Πλόχμοι. *Hesychius:* Πλόχμοι, πλόκαμοι, ἐμπλοκαί. Confer *Eustathium* pag. 975, 62. et 1094, 52.

Ibid. Πλοιάριον, λεκτέον ὡς παιδάριον. Ἀριστοφάνης. v. c. in *Ranis* v. 139. Confer *Lexicon meum in N. T.* s. h. v.

Col. 321. Πλόκιον, Γοργάδος (Scribendum Πλόκιον Γοργόνος e *Suida*), τὸν δοθέντα πλόκμον (lege πλόκαμον) τῆς Γοργόνης — — εἰς Λακεδαίμονα (rectius Λακεδαιμονίαν) κ. τ. λ.

Ibid. Πλύνεται, λοιδορεῖται, αἰσχρῶς ὑβρίζεται. *Pollux* VII, 38. καὶ τὸ λοιδορεῖν πλύνειν. Confer *Aristoph. Plut.* v. 1062. *Küsterum* ad *Aristoph. Acharn.* v. 380. ac *Hesychium* s. v. Πλύνεται, Ἔνιπτεν et Ἐπισμήχει.

Ibid. Πλυντήρια, ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις. Ex *Harpocratione*, qui ad *Lycurgi* orationem περὶ τῆς Ἱερείας provocat.

Ibid. Πλωθεύς. Πλωθεία (Scribe Πλώθεια aut Πλώθεια e *Stephano Byzant.* p. 642.) δῆμος τῆς Αἰγηΐδος κ. τ. λ. Sunt ipsa *Harpocrationis* verba.

Ibid. Πλωτὸν, πλεόμενον. Haec glossa, quam *Suidas* et *Hesychius* quoque habent, pertinere videtur ad Iob. XL, 26. πᾶν δὲ πλωτὸν, sc. ἔθνος, *omnis enim gens, quae navigio vehitur*, ubi in textu hebraico nihil pro hac voce legitur. Occurrit praeterea vocabulum πλωτὸς 2 *Maccab.* V, 21. et apud *Heraclid. Alleg.* 7. *Strabon. Geogr.* lib. VI. p. 405. A. ac *Diodor. Sic.* lib. I. c. 30. Confer quoque *Eustathium* pag. 1644, 48.

Ibid. Πνὺξ, Ἀθήνησιν ἐκκλησία κ. τ. λ. Confer *Thucyd.* lib. VIII. c. 97. *Timaeum*

ac *Harpocrationem* s. h. v. *Schol. Aristoph.* ad *Equit.* v. 42. et *Interpretes* ad *Athenaei Deipnos.* lib. V. p. 213. d.

Ibid. Πόα, ἑκάστη βοτάνη οὕτως λέγεται. ἡ δὲ σμήχουσα ποία (reponendum e Cod. D. πόα) λέγεται παρὰ Δημοσθένει καὶ Λυσίᾳ. Desumta est haec glossa (quae et totidem verbis reperitur in *Cyrilli Lex. MS.*) e *Schol. Aristoph.* ad *Equit.* v. 603. Apud *Demosthenem* vox πόα non reperitur. Eadem tamen quoque *Suidas* habet.

Col. 322. Ποδεὼν, κυρίως τοῦ ἀσκοῦ τὰ προύχοντα (*Herodot.* VIII, 31. Eodem modo ποῦς adhibetur apud *Plutarch.* in *Vita Thesei* c. 3. Confer *Apollodor.* III, 15, 6. et *Schol. Eurip. in Med.* v. 679. et *Aristoph. Vesp.* v. 670.) ἤτοι τῶν ποδῶν τὰ δέρματα. *Theocrit. Idyll.* XXII, 52. *Philostrat. Apollon.* VI, 27. Confer *P. Leopardi Emendatt.* VII, 13. p. 183 sequ. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 521.

Ibid. Ποδηγέστερον, ὁδηγητικώτερον. Adjectivum ποδηγὴς ex vitiosa lectione olim reperiebatur in *Lysiae Orat. pro caede Eratosth.* Vol. V. *Oratt. GG.* p. 29. ult. ubi in editione *Reiskiana* πληγεὶς legitur. Substantivum ποδηγία autem exstat apud *Lycophr. Alex.* v. 11. et *Schol.* v. 846. Vide quoque *Eustathium* p. 1441, 12.

Ibid. Ποδοκάκη, ξύλον —— ὃ παρὰ Ῥωμαίοις κοῦσπος λέγεται. Longe aliud est κοῦσπος ex sententia *Taylori* ad *Lysiam* Vol. V. *Oratt. GG.* p. 357. adeoque legere vult ex *Varino* κήππος, sed mihi recepta lectio non sollicitanda videtur. Confer *Martinii Lexic. Philol.* s. v. *Cuspus.*

Ibid. Ποδοκάκη (*Harpocration* habet Ποδοκάκκη. Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v.), Δημοσθένης κατὰ Τιμοκράτους (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 733. 6.) —— ἤτοι παρεμβεβλημένου τοῦ ἑτέρου τῶν ποδῶν τις κάκωσις οὖσα. (In *Harpocratione*, e quo haec desumta sunt, legitur; ἤτοι παρεμβεβλημένου τοῦ ἑτέρου κάππα, ποδῶν τις κάκωσις οὖσα.) ἢ κατὰ συγκοπὴν κ. τ. λ. Confer quoque *Schol. Demosthen.* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 103.

Ibid. Ποδοστράβη, ποδοστράβας ἔλεγον κ. τ. λ. Itidem ex *Harpocratione. Xenophon* in *libro de venatione* aliquoties (v. c. IX, 11. 12. 14. 15. et X, 1.) usus est hac voce, de qua bene disputavit *Sturzius* in *Lexico Xenophonteo* s. h. v.

Ibid. Πόει, χωρὶς τοῦ ι λέγουσι. Vide *Aristophan. Equit.* v. 213. et *Thesmophor.* v. 758. *Hort. Adon.* in voce ποιῶ· Οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσι πῶ, ἀποβάλλοντες τὸ ι. Confer *Maittaire de dialect. l. gr.* p. 12. ed. *Sturzii.*

Ibid. Ποιήεσαν, σιτοφόρον. Scribendum Ποιήεσσαν, σιτοφόρον, ut glossa referenda sit ad *Homer. Iliad. i.* v. 150 et 292.

Ibid. Ποιήσειας (*Dio Cass.* p. 561.) καὶ γράψειας, καὶ ποιήσειαν (*Luc.* VI, 11. *Thucyd.* VIII, 49.) καὶ γράψειαν Ἀττικοὶ μᾶλλον κ. τ. λ. Conf. *Maittaire de dialect. l. gr.* p. 87. ed. rec.

Ibid. Ποίθιοι, τέσσαρες ἄνδρες αἱρετοὶ παρὰ Λάκωσιν, δύο καθ' ἕκαστον βασιλέα σύσσιτοι. Loco Ποίθιοι scribendum necessario est Πύθιοι. Erant autem Πύθιοι teste *Herodoto* lib. VI. cap. 57. θεοπρόποι εἰς Δελφοὺς, σιτεόμενοι μετὰ τῶν βασιλήων τὰ δημόσια. In antecedentibus quoque legitur: καὶ Πυθίους αἱρέεσθαι δύο ἑκάτερον, unde simul apparet, lectionem Cod. D. qui habet βασιλεῖς, omissa voce σύσσιτοι, nullius esse pretii.

Col. 323. Ποικιλτικὴν, πολυμιταρικήν. Sic etiam *Suidas*, *Hesychius* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Sedes hujus glossae est, judice *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. in *Iobo* cap. XXXVIII, 36. τίς δ' ἔδωκεν γυναιξὶν ὑφάσματος σοφίαν, ἢ ποικιλτικὴν ἐπιστήμην. Confer *Bielii Thes. Philol.* s. h. v. — Reperitur tamen haec vox etiam apud *Timaeum* in *Lex. Platon.* p. 219. ubi legitur: Ποικιλτική, ποικίλον ὕφασμα, ἢ ὑφαντικὴ ποικίλων.

Ibid. Ποιμάνωρ, ποιμάνδρων, h. e. ποιμὴν ἀνδρῶν. Ποιμάνδρων est nomen compositum ad imitationem vocis Ποιμάνωρ, quae reperitur apud *Aeschylum in Pers.* v. 241. ubi

ubi *Schol.* ποιμάνωρ, ἤτοι βασιλεὺς — ποιμένες γὰρ οἱ βασιλεῖς λέγονται. Ibidem v. 74. ποιμανόριον occurrit. Confer *Eustathium* ad *Iliad.* β'. p. 212. sub fin.

Ibid. Ποινὴν, τιμωρίαν, ἀντέκτισιν, πρόστιμον. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 557. Ποινὴ, ἀντέκτισις, κυρίως δὲ τὴν ἐπὶ φόνου. Confer *Homer. Iliad.* ν'. v. 659. ac *Eustathium* p. 546, 23. et 779, 62.

Ibid. Πολύδαμας (Scribe Πολυδάμας). Σκουτουσσαῖος πανκρατιαστὴς κ. τ. λ. Eundem articulum habet quoque *Suidas* ex *Pausaniae Eliac. poster.* seu lib. VI. cap. 5. Tom. II. *Opp.* p. 142. ed. *Facii.* Locus *Homeri*, qui ad finem hujus articuli excitatur, reperitur *Iliad.* ζ. v. 407.

Ibid. Πλοικάδες, τρίχες. In textum recipienda est lectio Cod. D. Πλοκάδες, i. q. πλόκαμοι.

Col. 324. Πολέμαρχος, ἀρχὴ — — τάς τε τοῦ ἀποστασίου (adde ex *Harpocratione:* καὶ ἀπροστασίου, quod in Cod. D. loco ἀποστασίου irrepsit) καὶ κλήρων κ. τ. λ. Confer *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 56 sequ.

Ibid. Πολεμησείειν, πολεμητικῶς (*Suidas* habet πολεμικῶς, quod praeferendum est) ἔχειν. Θουκυδίδης ἐν τῇ ά (scilicet cap. 33. φόβῳ τῷ ὑμετέρῳ πολεμησείοντας, h. e. *vestrae potentiae metu belli gerendi cupidos esse.*) ὡς καὶ τὸ Ὁμηρικὸν (*Iliad.* ξ'. v. 37. ubi videndus *Eustathius*) κ. τ. λ.

Ibid. Πολίοχος καὶ Πολυάκης, ὀνόματα κύρια. In *Harpocratione*, qui eadem habet, pro Πολυάκης rectius legitur Πολυαλκής.

Ibid. Πολιτεία, ἰδίως εἰώθασι τῷ ὀνόματι χρῆσθαι οἱ ῥήτορες ἐπὶ τῆς δημοκρατίας. καὶ Ἰσοκράτης ἐν τῷ Πανηγυρικῷ (Confer *Corayum* ad *Isocratem* T. II. p. 48.) καὶ Δημοσθένης ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς. Confer *Reiskii Indic. Graecit. Demosthen.* p. 613.

Col. 325. Πολιτικὸς, ἀστεῖος μετὰ τινὸς τέχνης. Mallem legere Πολιτικῶς, ἀστείως, μετά τινος τέχνης.

Ibid. Πολιτοκοπεῖν. Δίφιλος. Voce πολιτοκοπεῖν pro λοιδορεῖν, κωμῳδεῖν, *Platonem Comicum* quoque usum esse, e *Phrynichi Appar.* p. 468. me docuit *Schneiderus* in *Lex. gr. l.* s. h. v. Adde *Pollucis Onom.* lib. IX. sect. 26. p. 993.

Ibid. Πολλοστημόριον, τὸ ἐλάχιστον μέρος. *Zonaras Lex.* col. 1567. Πολλοστημόριον, βραχύτατον μέρος, ὀλίγον. Vide *Dukerum* ad *Thucyd.* VI, 87. ac *Pollucis Onom.* lib. IV. sect. 165.

Ibid. Πολλοστὸν, ἐπὶ τάξεως καὶ μορίου. Δημοσθένης καὶ οἱ ἄλλοι. Confer *Reiskii Indic. Graecit. Demosthen.* p. 616.

Ibid. Πολλοῦ δὴ δέω καὶ λέγειν. σιωπῶ, πόῤῥω λίαν εἰμὶ τοῦ λέγειν, οὐ βούλομαι λέγειν. Pertinet sine dubio haec glossa ad *Platonis Theaetetum* c. 20. p. 140. edit. *Fischeri*, ubi legitur: καὶ τοὺς σοφοὺς —— πολλοῦ δέω βατράχους λέγειν: et *Scholia* a *Ruhnkenio* edita p. 23. habent: Πολλοῦ δέω] πόῤῥω λίαν εἰμὶ, οὐ βούλομαι λέγειν, σιωπῶ. Non dubito itaque δὴ et καὶ e textu *Photii* exulare jubere.

Ibid. Πολύαινος, πολλοῦ ἐπαίνου ἄξιος. Habet hanc glossam praeter *Hesychium* etiam *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 559. Vide *Homer. Il.* λ'. v. 430. ibique *Schol.* ac *Eustathium* p. 854. l. 64.

Ibid. Πολυάνδρειον, μνῆμα, τάφος. Scribendum est Πολυάνδριον, ut legitur apud *Suidam*, qui plura de hac voce habet.

Ibid. Πολύγνωστος, οὗτος ζωγράφος κ. τ. λ. Totidem verbis reperitur quoque hic articulus in *Harpocratione.*

Ibid. Πολυγνώτου, λαγὼς ἐζωγραφημένος ἐν τῷ ἀνακείῳ ὑπὸ Πολυγνώτου. Alia distinctione facta legendum esse: Πολυγνώτου λαγὼς, ἐζωγραφημένος κ. τ. λ. quilibet videt.

Ibid. Πολυδαιδάλου, πολλὰ ποικίλματα ἔχοντος. Saepius haec vox reperitur apud *Homerum*, v. c. *Iliad.* γ'. v. 358. ubi *Schol.* πολυδαιδάλου, πολυκατασκευάστου, ποικίλου, et ψ'. v. 743. qui locus a *Strabone* laudatur *Geogr.* I. p. 70. A. Confer quoque *Eustathium* p. 420, 38.

Ibid. Πολύευκτον, τίμιον, πολυπόθητον. *Alberti* ad *Hesychium*, qui eadem habet,

observat ex *Cyrillo Alex.* afferre hanc vocem *Suicerum* in *Thesauro Eccles.* s. h. v. Occurrit tamen quoque apud *Aeschylum Eumenid.* v. 538. *Xenoph. Cyrop.* I, 6, 19. et *Herodotum* lib. I. p. 35, 1.

Ibid. Πολυζύγῳ, πολυκαθέδρῳ. Ex *Homer. Iliad.* β'. v. 293. ubi vid. *Schol.* Confer quoque *Eustathium* p. 223, 4.

Ibid. Πολύκλητοι, ἐκ πολλῶν κεκλημένοι τόπων. Scilicet βοηθοὶ, quod addit *Hesychius*, vel βοηθεῖν, ut habet *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 557. Referenda enim est haec glossa ad *Iliad.* δ'. v. 438. ubi vid. *Schol.* Adde κ'. v. 420.

Ibid. Πολύκμητον, πολυκάματον. Haec quoque glossa *Homerica* esse ac referenda videtur ad *Odyss.* ξ'. 324. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 559. πολύκμητον, τὸν σίδηρον, ἐπιθετικῶς. τὸν μετὰ πολλοῦ καμάτου γεγενημένον, ἢ τὸν πολὺν κάματον παρέχοντα. Vide quoque *Eustathium* pag. 623, 62.

Col. 326. Πολυμάρχοις, ἠχητικοῖς. Veram lectionem nobis h. l. servavit *Cod. D.* in quo Πολυσμαράγοις legitur, ut *Hermannus* recte monuit. Reperitur autem haec vox apud *Oppian. Cyneg.* lib. IV. v. 441.

Ibid. Πολύμητις, πολύβουλος. Saepius haec vox apud *Homerum* obvia est. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 559. Πολυμήτης, πολύβουλος, πολλὰ βουλεύσασθαι δυνάμενος. Vide *Eustathium* p. 1462, 18.

Ibid. Πολυμνήστειον ἀείδειν, γένος τι μελοποιΐας. Κολοφώνιος δὲ ὁ Πολύμνηστος. Confer *Schol. Aristophanis* ad *Equit.* v. 1297.

Ibid. Πολυπάμμων, πολλὰ κεκτημένος. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 558. Πολυπάμονος, πολλὰ πεπαμένου, τοῦτ᾽ ἔστι κεκτημένου, ad quem locum *Tollius* scripturam Πολυπάμων cum uno tantum μ, tanquam unice veram et analogiae congruam defendit. Πολυπάμων etiam habet *Zonaras Lex.* col. 1561. ubi *Tittmannus* non bene πολυπαμμων correxisse videtur, quanquam in *Eustathio* p. 134, 44. cum duplici μ scriptum reperitur. Confer quoque *Valckenarium* ad *Ammonium* lib. III. c. 7. p. 187.

Ibid. Πολυπίδακα, πολλὰς ἀναβολὰς ἔχουσαν. Mihi haec glossa manca videtur, atque ante ἀναβολὰς inserendam, certe subaudiendam esse puto vocem ὕδατος. Πολυπίδαξ enim vi etymologiae notat *fontibus abundans*. *Hesychius:* Πολυπίδακα, πολλὰς ἀναβολὰς ἔχουσαν, ἤτοι πηγάς. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* s. v. πιδηέσσης p. 551. Πολυπιδάκου, πολλὴν ὕδατος ἀναβολὴν ἐχούσης. Confer quoque *Homer. Iliad.* θ'. 47. et υ. 218. ac *Eustathium* p. 987, 50.

Ibid. Πολύῤῥινες, πολλὰ θρέμματα ἔχοντες. Scribitur etiam Πολύῤῥινος, quod legitur apud *Lycophron.* in *Cassandra* v. 1241. ubi *Scholiastes* interpretatus est: πολύαρνος, πολυθρέμμων.

Ibid. Πολύστρατος, ' οὗτος αἰτίαν ἔχων τὰς Ἑρμᾶς (*Harpocration* habet: τοὺς Ἑρμὰς) — — ὁ αὐτὸς Λυσίας (Vol. V. *Oratt. GG.* p. 663. ed. *Reisk.*) — — οὐ μνημονεύει Δημοσθένης ἐν τοῖς Φιλιππικοῖς (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 46, 20.) κ. τ. λ. Verba ultima hujus articuli: τὸν μέντοι Πολύτροπον Ἀθηναῖον εἶναι, male excerpta sunt ex *Harpocratione* et vel a *Photio*, aut a librario in *Photio* corrupta. Verba enim *Harpocrationis* sunt haec: Τὸν Πολύτροπον μὲν οὖν ἐν τῇ ἕκτῃ τῶν Ἑλληνικῶν (cap. V. §. 11 — 14.) Ξενοφῶντος εὗρον. ἀλλ᾽ οὔτε τὸ ξενικὸν τοῦτο ἔφησεν ὁ Ξενοφῶν τρέφεσθαι ἀπὸ Ἀθηναίων, οὔτε αὐτὸς Ἀθηναῖος ἦν ὁ Πολύτροπος. Confer *Sturzii Lex. Xenoph.* Vol. III. p. 621.

Ibid. Πολυφλοίσβου, πολυταράχου. Num fortasse *Photius* dederat Πολυφλοίσβοιο? ut glossa pertineat ad *Iliad.* α. v. 34. ubi vide *Moschopuli Scholia* ed. *Scherpezeelii* pag. 15.

Col. 327. Πολυωρήσεις, πολλὴν φροντίδα ποιήσεις, φυλάξεις. Pertinet sine dubio haec glossa ad Psalm. CXXXVII, 3. πολυωρήσεις με ἐν ψυχῇ μου, h. e. *multam curam mei ages in anima mea.* *Glossae MSS.* in

Psalmos: Πολυωρήσεις με, αὐξήσεις, περισσεύσεις, φυλάξεις, φροντίσεις.

Ibid. Πομπείας καὶ πομπεύειν, ἀντὶ τοῦ λοιδορίας καὶ λοιδορεῖν. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος (Confer Vol. I. *Oratt. GG.* p. 229, 3. et 268, 25.). κ. τ. λ. Desumta sunt haec ex *Harpocratione*, quem auctorem etiam habet proxime sequens articulus, male ab hoc avulsus.

Ibid. Πομπεία (Scribendum Πομπεῖα). λέγεται πομπεία (l. πομπεῖα) καὶ τὰ εἰς πομπὰς κατασκευαζόμενα σκεύη, ὡς ὁ αὐτὸς ῥήτωρ ἐν τῷ κατὰ Ἀνδροτίωνος (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 608, 4. et 618, 4.) ὑποσημαίνει κ. τ. λ. Caeterum lectu digna de hoc articulo reperiuntur in *Indice Scriptorum in Photii Lexico laudatorum* s. v. *Demosthenes* col. 492. et sequ.

Ibid. Πομπὴ, ἀπόπεμψις. Eadem verba habet quoque *Timaeus* in *Lexico Platonico* p. 220. omissis, quae in fine hujus articuli leguntur, verbis: σημαίνει δὲ καὶ τὸ κοινῶς, seu potius τὸ κοινὸν, ut Codex D. habet. *Schol. Luciani* in *Dialog. Marin.* XV, 1. Vol. II. p. 125. ed. *Bipont.* Πομπὴ, ἡ πρόπεμψις, καὶ ἡ πέμψις παρὰ Θουκυδίδῃ.

Ibid. Ποντεινοὶ, σπόγγοι. *Hesychius* habet Ποντινοὶ cum eadem interpretatione. Neuter recte. Scribendum est Ποντικοὶ aut Πόντιοι. Confer *Hesychium* s. v. Πόντια ῥάκη ac ipsum *Photium* s. v. Πονταράκη.

Col. 328. Πόπανα, πλακούντια πλατέα καὶ λεπτὰ καὶ περιφερῆ. *Timaeus* in *Lexico Platonico* p. 220. e quo haec desumta sunt, pro πλακούντια habet πέμματα, quae vox etiam in *Moeride* p. 307. (cui eadem glossa inserta est) ac *Eustathio* p. 152, 29. reperitur. In *Schol. Luciani* autem in *Cataplo* cap. 2. Vol. III. *Opp.* ed. *Bip.* p. 174. ubi eadem verba exstant, legitur πλακούντια. Apud latinos *popa* dicebatur *coquus sacrificus*, de quo videndus *Athenaeus Deipnos.* lib. XIV. cap. 22. p. 659. f.

Ibid. Ποππύσματα, κολακεῖαι εἰς τοὺς ἀδαμάστους ἵππους. Facit huc glossa *Zonarae* col. 1570. Ποππύζεσθαι, κολακεύεσθαι (lege κολακεύεσθαι). εἴρηται δὲ ἐπὶ τῶν ἀνημέρων ἵππων καὶ ἀγυμνάστων. ἔστι δὲ ἡ λέξις πεποιημένη. Idem tradit *Eustathius* p. 575, 12 et 17. Confer *Intt.* ad *Polluc. Onom.* VII, 185. et I, 210.

Ibid. Πορδαλινοὶ, ἄλλοι Ἕλληνες. Ἀττικοί.

Πορδάλην, Ὅμηρος, τὸ μὲν ζῶον διὰ τοῦ ε, τὴν δορὰν δὲ διὰ τοῦ α. His duabus glossis admodum corruptis optimam medelam attulit *Lobeckius* meus, qui eas conjunxit, ac ita legi ac interpungi jussit: Πόρδαλιν, οἱ ἄλλοι Ἕλληνες, Ἀττικοὶ δὲ πάρδαλιν. Ὅμηρος δὲ τὸ μὲν ζῶον διὰ τοῦ ο, τὴν δορὰν δὲ διὰ τοῦ α. Totum hunc articulum adduxit quoque *Eustathius* pag. 125, 53. e *Lexico Rhetorico*, quod cum *Photii* Lexico saepe ad verbum convenit, ut jam aliquoties est a me observatum. Non abs re autem erit apponere quoque verba *Apollonii Sophistae* in *Lex. Homer.* p. 562. Πόρδαλις. τοῦ ποιητοῦ λέγοντος, ποτὲ μὲν διὰ τοῦ ο στοιχείου·

Πόρδαλις, ἠδὲ μέγας σῦς (*Odyss.* δ'. v. 457.)

ποτὲ δὲ διὰ τοῦ α·

Παρδαλέην ὤμοισιν ἔχων (*Iliad.* γ'. 17.)

Ἀπίων δὲ φησὶ διαφέρειν. πόρδαλιν μὲν γὰρ, τὸ ἀρσενικόν· πάρδαλιν δὲ, τὴν θήλειαν. καὶ τὸ μὲν ἀπὸ τοῦ προάλλεσθαι, τὴν δὲ ἀπὸ τοῦ παράλλεσθαι. ῥητέον δὲ, ὅτι κοινῶς φαίνεται λέγων·

Θώων (*Iliad.* ν'. 203.) πορδαλίων τε, λύκων τ' ἤϊα πέλονται.

ὥστε ἐπὶ τοῦ ζώου, διὰ τοῦ ο· ἐπὶ δὲ τῆς δορᾶς, διὰ τοῦ α. Hoc *Apollonii* testimonio, ad quem conferendi sunt *Villoisonius* ac *Tollius*, nec non *Pollucis Onom.* lib. VII. sect. 202. (ubi videndi Intt.) *Lobeckii* emendatio supra proposita egregie confirmatur.

Ibid. Πορθμός. Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 119, 22.). πόλις ἐστὶ τῆς Εὐβοίας. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Πορισταὶ, οἱ τοὺς πόρους εἰσηγούμενοι δημαγωγοὶ ἐπὶ τῷ ἑαυτῶν λυσιτελεῖν. Re-

spicitur hac glossa ad *Aristoph. Ranas* v. 1542. ubi videndus *Scholiastes.*

Ibid. Πόρκης, ὁ ἐπιδακτύλιος τῆς ἐπιδορατί-δος. ὁ περιγγυον αὐτὴν πρὸς τὸ ξύλον. Loco περιγγυον vel e Cod. D. scribendum est περιειργνύων, vel legendum περιέχων. Caeterum est glossa *Homerica* pertinens ad *Iliad.* ζ. 320. ubi *Schol.* adi, et ϑ'. 495. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 561. Πόρκης, ὁ δάκτυλος τῆς ἐπιδορατίδος. καὶ ἔστιν ἐτύμως (ita enim legendum est, loco impressi ἑτοίμως), περιοχῆς, ἀπὸ τοῦ περιέχειν τὴν ἐπιδορατίδα. Confer praeterea *Etymol. M.* p. 683. lin. 19. *Eustathium* p. 795. 39. *Pollucis Onom.* lib. VII. sect. 157. et *Zonarae Lexicon* col. 1562. s. v. Πόρκος.

Ibid. Πόρκος, κύρτος θαλάσσιος, ὁ εἰς ἄγραν ἰχθύων. Est glossa, quam a *Timaeo* mutuati sunt *Photius* ac *Suidas*, et qua etiam *Moeris* interpolatus est.

Ibid. Πόρος, Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Εὐβουλίδην ἐφέσει κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Πορφύρει, ταράσσεται. Forte *Photius* scripserat: Πορφύρῃ, ταράσσηται, ut glossa pertineat ad *Iliad.* ξ'. v. 116. Conf. *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 561.

Col. 329. Ποσειδεών, ἕκτος μὴν παρ' Ἀθηναίοις οὕτω καλούμενος. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Ποταγωγίδες, φάνται ἢ μηνυταί. Ποταγωγίδες erant *delatores*, (qui alio nomine προσαγωγεῖς vocabantur, teste *Plutarcho de curiositate* Vol. VIII. *Opp. ed. Reisk.* p. 75.) *quos Dionysii inter Syracusanos sparserant. Aristoteles Polit.* V, 11. Composita est haec vox ex ποτὶ (quod in variis compositis *Dorice* pro πρὸς ponitur, ut v. c. πότωπον loco πρόσωπον: *Eustath.* ad *Iliad.* ϱ'. p. 1141. ἀποτίβατος apud *Sophocl. Trachin.* v. 1039. ubi *Schol.* per ἀπροσπέλαστος interpretatus est, et apud *Hesychium*, ἐποτούδιζε pro ἐπροσούδιζε. Confer. *Maittaire de dialectis l. gr.* p. 333.) et ἄγειν.

Ibid. Ποταμοί, δῆμος τῆς Λεοντίδος, οὗ ὁ δημότης Ποτάμιος. ἐκωμῳδοῦντο δὲ ὡς ῥαδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράφους. In *Harpocratione*, a quo sua mutuatus est *Photius*, loco Ποταμοί, (quod etiam *Athenaeus Deipnos.* lib. VII. p. 299. b. habet) legitur Ποταμὸς, et παρεγγράπτους pro παρεγγράφους.

Ibid. Ποταίνιος, πρόσφατος. Δώριος δὲ ἡ λέξις. Vide *Eustathium* p. 684. l. 15 sequ. et 1106. l. 24. *Foesii Oecon. Hippocr.* pag. 525. *Koenium* ad *Gregor. Corinth.* p. 262. *Maittaire de dialectis l. gr.* p. 333. ed. *Sturzii*, *Etymolog. M.* s. h. v. et quem exscripsit *Schol. Pindari* ad *Olymp. Od.* X. v. 52. (72).

Ibid. Πότμος, μόρος, θάνατος. Est vox *Homerica Iliad.* σ'. 96. et multis aliis locis obvia. Confer *Oppian. Halieut.* V. 509. *Eustathium* ad *Odyss.* κ'. p. 1657. ac *Lennep. Etymol. l. gr.* T. II. p. 809 sequ.

Ibid. Ποτνιάδας, Βάκχας, Εὐριπίδης. Distinctionis signum post Ποτνιάδας tollendum est. Respexit enim sine dubio *Photius* locum *Euripidis Bacch.* v. 663. Βάκχας Ποτνιάδας εἰσιδών. Confer quoque *Eurip. Phoeniss.* v. 1191.

Ibid. Ποτνιώμενος, δυσφορῶν, μετ' οἰμωγῆς παρακαλῶν. Eadem habet *Schol. Luciani* in *mercede conductis* cap. 18. Vol. III. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 236. Vide quoque *Alciphron.* lib. II. Ep. 4. *Aelian. V. H.* XII, 1. ac *Spanhemium in Callim. H. in Dian.* v. 259.

Col. 330. Πρακτικὸν, ἀνυστικόν. Vide *D'Orville* ad *Chariton.* p. 159.

Ibid. Πραμεῦσαι, παρελθεῖν, παραλλάξαι. Legendum crediderim Προαμεῦσαι, aut Παραμεῦσαι. *Hesychius:* Προαμείψασθαι, παραλλάξασθαι, παρελθεῖν. Προαμεῦσαι ὁμοίως. Idem: Παραμεῦσαι, παραλλάξαι, ἐκτραπῆναι. Idem: Ἀμεύσασθαι, ἀμείβεσθαι. Confer *Ruhnkenii Epistol. Critic.* II. p. m. 202.

Ibid. Πράμνειος οἶνος. Ἀρίσταρχος ἐπιμελῶς τὸν ἡδὺν οἶνον πράμνειον ἔλεγεν κ. τ. λ. Est glossa *Homerica* pertinens ad *Iliad.* λ'. v. 638. et *Odyss.* κ'. v. 235. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 564. ibique Intt.

Caeterum in fine hujus articuli, ubi nunc vitiose legitur: Σῆμος ὁ Δήλιος ἐν τρίτῳ, ἐν ᾗ καὶ ὁ πράγμων πέτραν εἶναι, ἀφ' ἧς τὸν οἶνον εἶναι. reponendum est: Σῆμος ὁ Δήλιος ἐν τρίτῃ (aut ἐν τρίτῳ), ἐν Ἰκάρῳ (Confer *Athenaei Deipnos*. lib. I. cap. 55. p. 30. c.) πράμνον (Loco πράμνον, quod Codex D. habet ac *Suidas* tuetur, apud *Eustathium* p. 871, 14. ac *Schol.* ad *Odyss.* κ'. 235. et *Iliad.* λ'. 638. πράμνην, et apud *Athenaeum* l. l. Πράμνιον legitur) πέτραν εἶναι. Impressa lectio enim omni sensu caret. Caeterum *Pramnium vinum*, crassum et multum nutriens, quod etiam *Icarium* vocabatur, saepius laudatur ab *Athenaeo*, v. c. I, 10. a. 28. f. et 29. a. ac *Hippocrate*, teste *Foesio* in *Oecon. Hippocr.* p. 527.

Ibid. **Πρανὲς**, κάταντες. Est glossa *Timaei*, quam etiam *Suidas* transscripsit.

Ibid. **Πρανὴς**, ὁδὸς κατωφερής. Fortasse loco Πρανὴς scribendum est Πρανεύς. *Moeris Atticista*: Πρανεὺς, ἀττικῶς. κατάβασις, ἑλληνικῶς. Caeteroquin ὁδὸς subintellegendum est.

Ibid. **Πραττομένους**, ἀπαιτουμένους. Ἰσοκράτης. καὶ τοὺς μαθητὰς μικρὸν πραττομένους. Reperitur hic locus in *Oratione contra Sophistas* cap. 3. ubi *Corayus* in *animadv.* Tom. II. p. 219. interpretatus est: ὀλίγον μισθὸν αἰτοῦντας, καὶ λαμβάνοντας παρὰ τῶν μαθητῶν.

Ibid. **Πρέμνον**, στέλεχος δένδρου. Est glossa *Timaei*, qui habet: τὸ τοῦ δένδρου στέλεχος καὶ ἕδρασμα, οἷον πραμνόν τι ὄν, seu, uti legendum est: παραμόνιμόν τι ὄν. Vide *Etymol. M.* p. 686, 34.

Col. 331. **Πρεσβεύειν**, προτιμᾶν. Εὐριπίδης. v. c. in *Hippolyto* v. 5. *Rheso* v. 941. et *Heracl.* v. 45. *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 46. Πρεσβεύωμεν, προτιμῶμεν, μεγαλύνωμεν.

Ibid. **Πρεσβέων καὶ πρεσβευτῶν**, ἑκατέρως ὑπὸ τῶν ῥητόρων εἴρηται κ. τ. λ. Conveniunt haecce cum iis, quae *Schol. Aristoph.* ad *Acharn.* v. 93. habet.

Ibid. **Πρεσβυγένεια**, παλαιοτέρα γένεσις. Occurrit haec vox apud *Plutarchum* Sympos. II, 3. Vol. VIII. *Opp.* ed. *Reisk.* p. 522. ac *Herodot. Hist.* lib. VI. p. 347, 10. Scribitur et Πρεσβυγένια apud *Strabonem Geogr.* lib. XVI. p. 1129. D. — In fine hujus articuli legitur: καὶ συγκριτικῶς προυργιαίτερον. Fortasse reponendum est: καὶ συγκριτικῶς, πρεσβυγενέστερον, προυργιαίτερον: quam vocem postremam ex *Polyb.* IV, 66. *Suidas* in Προσηγγελμένοις affert. Confer *Alberti Miscell. Crit.* p. 287.

Ibid. **Πρεσβυτάτην**, ἐντιμοτάτην. Pertinet haec glossa, quam etiam habet *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 565. (qui addit: ὅτ' ἂν δὲ λέγεται· Πρεσβύτερος δὲ σὺ ἐσσὶ [*Iliad.* δ'. 786.], καθ' ἡλικίαν ἡμεῖς λέγομεν, quo pertinet fortasse proxime sequens glossa apud *Photium:* Πρεσβύτερος, μείζων.) ad *Iliad.* δ'. v. 59. Vide *Eustathium* p. 444, 46.

Ibid. **Πριμιγγιλιῶν**, τιμῶν, ἤτοι βασιλικῶν δωρεῶν ἢ προνομίων. Eadem quoque *Suidas* habet, ubi *Küsterus* monuit scribendum esse: **Πριβιλεγίων**, h. e. *privilegiorum*, quae conjectura *Phavorini* auctoritate quodammodo confirmatur. Potest tamen quoque reponi **Πριμιλογίων**. Confer *Du Cange Gloss. med. et inf. Graecit.* s. h. v.

Ibid. Πριμικήριος (in *Suida* legitur Πριμμικήριος) ὁ πρῶτος (adde τῆς) τάξεως (τῆς) τυχούσης: h. e. *qui in quocunque ordine primum occupabat locum.* Confer *Iac. Gothofred.* ad L. I. et II. *Cod. Theodos. de primiceriis et notariis.* Omissa est haec vox (quae etiam in *Montfauconii Bibl. Coislin.* p. 136. reperitur) in *Cangii glossario.*

Ibid. **Πρὶν ἢ πτίσαι τὰ ἄλευρα**, παροιμία, καὶ, πρὶν τοὺς ἰχθῦς ἑλεῖν σὺ τὴν ἅλμην κυκᾷς, καὶ, πρὶν ἐσφάχθαι δέρεις. Reperiuntur haec adagia dicta de *iis, qui praepropere aliquid agunt*, in *Apostolii Proverb. Cent.* XVI, 61. ac in *Eustathio* p. 1792, 42. ubi autem **Πρὶν ὀπτῆσαι τ' ἄλευρα** legitur.

Col. 332. **Πρὸ**, ἀντὶ τοῦ ἀντὶ —— ἀθλεύων πρὸ ἄνακτος. Ὅμηρος. Locus hic *Ho-*

meri reperitur *Iliad.* ω. v. 734. ubi ἀεθλεύων πρὸ ἄνακτος legitur.

Ibid. Προαγήλη, τιμήσει. Ex mea sententia legendum est Προαγῆλαι, τιμῆσαι. Vox προαγάλλειν in Lexicis omnibus desideratur.

Ibid. Προαλέστατον, προπετέστατον. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 573. Προαλεῖ, τῷ καταφερεῖ καὶ προαλίζοντι τὸ ὕδωρ. Vide *Schol.* ad *Iliad.* φ'. v. 262. ac *Eustathium* p. 1236, 6.

Ibid. Προαύλια, τὰ προαυλήματα. Vox προαύλια legitur apud *Aristotelem Rhet.* III, 14. p. 231. *Hesychius* habet Προαύρια, quod defendit *Du Cange* in *Glossario med. et inf. Graecit.* p. 1232.

Ibid. Προβάλλεσθαι, ἀντὶ τοῦ προτείνασθαι. — — καὶ ὁ ῥήτωρ· τὴν ἀεὶ λογίαν ὁρῶ ἀεὶ προβαλλομένους. Reperitur hic locus *Demosthenis* in *Orat. de falsa legatione* statim ab initio Vol. I. *Oratt. GG.* p. 341, 15. e quo simul apparet, in *Photio* reponendum esse: τὴν ἀειλογίαν ὁρῶ προβαλλομένους. Quid sit ἀειλογία, docuit *Reiskius* in *Indice Graecit. Demosthen.* s. h. v.

Ibid. Προβαλλομένους, ἀντὶ τοῦ ὑποτιθεμένους ——— ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος, καὶ τὸ κατ' Αἰσχίνου τὴν προαίρεσιν φησὶ τῆς πολιτείας προβεβλημένης. καὶ ἄπιστον εἰπεῖν ἀντὶ τοῦ εὐλαβῶς ἔχουσαν καὶ φυλαττομένην. Haec verba, quae partim male distincta sunt, partim mendis scatent, ex *Harpocratione* ita sunt restituenda: ὡς ὁ Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος, καὶ ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 349, 15.) τὴν προαίρεσιν τῆς πολιτείας προβεβλημένην καὶ ἄπιστον εἶπεν, ἀντὶ τοῦ ἐλαφρῶς ἔχουσαν, καὶ φυλαττομένην. Ex eodem in fine hujus articuli loco προβάλλεσθαι δὴ scribendum est προβάλλεσθαι δὲ ἢ βλέπειν κ. τ. λ. ut etiam legitur apud *Demosthenem* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 51, 27. Alter vero locus ex *oratione Midiana* ibidem p. 514, 6. reperitur.

Ibid. Πρόβασις, ἡ τῶν βοσκημάτων κτῆσις. Est glossa *Timaei*, quae etiam apud *Hesychium* ac *Suidam* reperitur, ac sine dubio referenda est ad *Homer. Odyss.* β'. 75. ubi vid. *Schol.* Confer quoque *Eustathium* pag. 1385, 14.

Ibid. Προβατεία, ἡ τῶν προβάτων κτῆσις ἢ νομή. In priore notione vox προβατεία reperitur apud *Strabonem* XII. p. 822. *Aelianum Hist. anim.* IV, 32. et *Libanium Opp.* Tom. I. p. 504. D. Posteriorem significationem autem (ubi scribendum est προβάτεια) tradidit quoque *Lexicon Rhetor. MS.* ex emendatione *Ruhnkenii:* Προβάτεια. τὰ χωρία τὰ ἐπιτήδεια πρὸς νομὴν προβάτων καὶ αἰγῶν, καὶ τῶν ἄλλων βοσκημάτων.

Col. 333. Προβατοκάπηλος, προβατοπώλος. ἐλέγετο δὲ Λυσικλῆς. Hic locus, ut conciliari possit cum *Hesychio*, (qui habet: Προβατοπώλης. οὕτω κωμῳδεῖται Λυσικλῆς προβατοκάπηλος, γήμας Ἀσπασίαν τὴν πόρνην.) ex sententia *Alberti* ad *Hesychium* ita restituendus est, ut inverso ordine scribatur: Προβατοπώλης, προβατοκάπηλος. ἐλέγετο δὲ Λυσικλῆς. Respexit fortasse *Photius* ad *Aristoph. Equit.* v. 132. ubi vid. *Schol.* et *Valesium* ad *Harpocrationem* pag. 12. s. v. Ἀσπασία.

Ibid. Σάβυττος, τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ἀπὸ τοῦ σάττεσθαι καὶ βύεσθαι, ὡς καὶ σάθη. Loco σάθη, quod apud *Aristophanem (Lysistr.* v. 1121.) *membrum virile* notat (confer *Schol. Theocrit. Idyll.* IV, 62.), *Photius* sine dubio scripsit σάττη, ut e Cod. D. reponendum est. *Hesychius:* Σάττα, κάλυμμα, κεκρύφαλον γυναικεῖον.

Ibid. Σαγγάριος, ποταμὸς Φρυγίας καὶ Λυδίας. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 592. Σαγγάριος, ποταμὸς ἐν Φρυγίᾳ. Confer *Iliad.* γ'. 187. π'. 759. *Eustathium* pag. 1083, 16. ac *Stephan. Byzant.* p. 657.

Ibid. Σάγδας, μύρον τι. Ita scribitur apud *Suidam*, in utroque *Hippocrateo* lexico *Erotiani* et *Galeni*, et *Athenaeo* (XV, 691. b. c.) sed apud *Clementem Alex. Paedag.* lib. II. p. 177. b. (cui est μύρον Αἰγυπτίας, ubi videndus *Dan. Heinsius.)* ψάγδας, quod etiam *Athenaeus* agnoscit XV, 690. e. ubi videndus *Schweighaeuserus*, apud *Hesychium* vero utroque modo.

Ibid. Σάγη, τὸ πλῆθος. scil. τῶν ὅπλων: nam secundum *Hesychium* σάγη est ἡ ὅλη πανοπλία. Fortasse tamen vox σάγη eandem olim significationem habuit, quam vocabulo σάγματι subjecit *Plutarchus* in *Catone majore* cap. 20. Vol. II. *Opp.* ed. *Reisk.* p. 590. ubi legitur: ἐν πολλοῖς σάγμασιν ὅπλων, h. e. *in immensis acervis ar-*

morum. Scribitur quoque σαγὴ, v. c. ab *Aeschylo Sept. c. Theb.* v. 397. ubi Schol. σαγαῖς, πανοπλίαις.

Col. 367. **Σάγμα**, τὸ τῆς ἀσπίδος ἔλυτρον. Vox σάγμα reperitur apud *Euripid. Androm.* v. 617. ubi *Schol.* σάγμασιν explicat: θήκαις τῶν ἀσπίδων. Adde *Schol. Aristoph.* in *Acharn.* v. 573. et *Vesp.* v. 1137. Confer quoque *Valckenarium* ad *Eurip. Phoen.* v. 786. p. m. 320.

Ibid. **Σάγρα**, αἱ τοῦ ἀλήληθεια. οὕτως Κρατῖνος. Corruptissima haecce ita in melius refingenda sunt: Σάγρα, ἀντὶ τοῦ ἀλήθεια. οὕτως Κρατῖνος. Respicitur enim sine dubio ad proverbium illud: ἀληθέστερα τῶν ἐπὶ Σάγρᾳ, cujus ipse *Photius* in proxime sequente articulo mentionem facit, et de quo uberius expositum est in *Apostolio Cent.* II, 42. ac *Erasmo* in *Adagiis* Chil. I. Cent. IX. n. 23. p. 300. — Posset quoque e *Suida* reponi: Σαγηνεία, ἡ ἁλεία κ. τ. λ.

Ibid. Σαικονῆσαι, ἀντὶ τοῦ κινηθῆναι. Ἀριστοφάνης. In *Lex. MS.* apud *Montfaucon. Bibl. Coisl.* p. 475. ubi eadem glossa reperitur, rectius legitur Σαικωνῆσαι.

Ibid. Σαίνει, κολακεύει, σείει, ὡς ἐπὶ τῶν κυνῶν σαινόντων τῇ οἰκείᾳ οὐρᾷ. Mallem legere: τοὺς οἰκείους οὐρᾷ. Post σείει subintellegendum est οὐράν. Confer infra s. v. Σαινουροί.

Ibid. **Σαίρει**, κοσμεῖ ἢ χαίρει. Haec glossa forte desumta est ex *Plutarcho* de *Osiride et Isid.* p. 362. Pro χαίρει *Suidas* habet χαίνει: quae lectio etiam quodammodo excusari potest.

Ibid. **Σάκας**, ἐπεκαλεῖτο ὁ τραγῳδοποιὸς Ἀκέστωρ κ. τ. λ. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Aves* v. 30. ac *Beckii Commentarium* Vol. III. p. 368 sequ.

Ibid. **Σακεύουσι**, τὸ ὑλίζουσι, παρ' Ἡροδότῳ. Scilicet lib. IV. p. 291. ed. *Wesselingii*, ubi videndus *Valckenarius.*

Ibid. **Σακηφάνται**, οἱ πλέκοντες τοὺς γυργάθους, ἢ τῶν λινοῦφων (Confer de hac voce *Schneideri Lexicon criticum l. Gr.*) οἱ τοὺς σάκκους ὑφαίνοντες. Loco Σακηφάνται scribendum esse Σακυφάνται, nemo facile inficias ibit.

Ibid. **Σακίζειν**, τὴν τραγώδη (Scribendum τρυγώδη, h. e. *faece plenum*, ut habet apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 1140. n. 16.) διὰ σάκκου καὶ στρέβλης ἠθεῖν οἶνον. οὕτως Λυκόφρων.

Ibid. **Σάκος**, ὅπλον, ἀσπίδα. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 592. Scribitur et Σάκκος. Vide *Eustathium* pag. 588, 12.

Col. 368. **Σάκτρα**, φορμὸς (Vide *Polluc. Onom.* I, 245.), ἀπὸ τοῦ σαίτεσθαι. Scribendum est σάττεσθαι, ut habet *Apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1141. n. 10.

Ibid. **Σάκος**. οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι διὰ τοῦ ἑνὸς κ. Idem tradit *Phrynichus* p. 108. Confer *Aristoph. Acharn.* v. 822. et *Lysistr.* v. 1213. *Aeschyl. Sept. c. Theb.* v. 546.

Ibid. **Σάκτος** (Scribendum: **Σακτὸς**), ὁ τεθησαυρισμένος, πολύς. *Apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1141. n. 12. exhibebat: ὅ τε θησαυρισμὸς, καὶ πολὺς, quod *Alberti* ex *Hesychio* recte correxit ὁ τεθησαυρισμένος, καὶ πολὺς, quam emendationem sine ulla varietatis lectionis annotatione in textum recepit *Hermannus.*

Ibid. **Σαλάβην**, Σοφοκλῆς τὴν ὀπήν. Glossa haec etiam est in *Lex. MS. Sangerm.* teste *Brunckio* in *Lexico Sophocleo* s. h. v.

Ibid. Σαλαβακχώ, πόρνης ὄνομα. Scilicet apud *Aristophanem Thesmoph.* v. 812. In *Equitt.* v. 762. Σαλοβάκχα vocatur.

Ibid. **Σαλαμίνιος**, ὁ ἐκ τῆς Σαλαμινίας καλούμενος νεὼς ἐρέτης. Loco ἐρέτης legendum esse ἱερὸς, vix opus est ut moneam. *Hesychius:* Σαλαμίνιος. μία τῶν ἱερῶν νεῶν. ubi vid. *Alberti.*

Ibid. Σαλάμβη, ὀπὴ, καπνοδόχη, οὕτως Σοφοκλῆς. Etiam *Lycophron* v. 98. ubi *Schol.* θύρα, *Scholiastes* autem *ineditus Vitebergensis* per λιμὴν interpretati sunt.

Ibid. Σαλαμὸς, ἀλαζών. Forte Σαλακὼν, quod vide supra.

Ibid. Σάμβαλα, σάνδαλα. Confer *D'Orville* in *Sicul.* p. 169. et in *Vann. Crit.* p. 438.

Col. 369. Σάνδυξ, χρῶμα κοκκινόν. Idem habet *Cyrilli Lex. MS.* Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Σαννίονον, τὸ αἰδοῖον ἀντικέρκιον, παρὰ τὸ τῇ κέρκῳ σαίνειν. Pessime corrupta est haec glossa, atque ex apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1150. n. 18. ita restituenda: Σαννίον, τὸ αἰδοῖον. ἀντὶ (τοῦ) κέρκιον. παρὰ τὸ, τῇ κέρκῳ σαίνειν.

Ibid. Σανὶς, καὶ ἐν ᾗ τοὺς κακούργους ἔδουν κ. τ. λ. Loca *Aristophanis* in fine hujus articuli laudata reperiuntur in *Thesmoph.* v. 947. et in *Vesp.* v. 348.

Ibid. Σάνναν, τὸν μωρὸν, οὕτως Κρατῖνος. qui ita vocat *Theodotidem*, teste *Eustathio* ad *Iliad.* p. 777, 61. et *Odyss.* p. 1669, 45. *Hesychius* ex *Rhinthone* Σάννορος cum eadem interpretatione habet.

Ibid. Σαπέρδης, ἰχθὺς ὁ κορακῖνος. *Lexicon MS.* in *Montfauconii Bibl. Coislin.* p. 491. οἱ δὲ ἀκριβέστεροι σαπέρδην φασὶ τέμαχος τεταριχευμένον ἰχθύος. τὸν γὰρ κορακῖνον ἰχθὺν σαπέρδην οἱ Ποντικοὶ φασί.

Ibid. Σάραβον, τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον οἱ κωμικοὶ λέγουσι. καὶ σάκτην (*Hesychius:* Σάκαν), καὶ σάβυτταν (*Suidas:* Σάμβυτον. *Hesychius:* Σάβυττον), καὶ σέλινον (quod vide apud *Hesychium*. *Suidas* habet Σέληνον.) καὶ ταῦρον (ita quoque *Hesychius*), καὶ ἕτερα πολλά.

Ibid. Σαβαρίχη, γυναικὸς αἰδοῖον. *Apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1134. n. 21. habet: Σαβαρίκη, γυναικεῖον αἰδοῖον. Series literarum postulat, ut Σαραβίχη scribatur, quod etiam fortasse supra col. 365. loco Σαβρίχιν reponendum erit. Confer antecedentem articulum Σάραβον.

Ibid. Σάραφιν (Scribe Σαραφίν. *Apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1152. n. 17. Σαραπὶν habet: *Suidas* cum eadem interpretatione Σεραφίμ.), ἐμπρηστὰς, ἔμπυρα στόματα, ἢ θερμαίνοντα. Continet haec glossa, ut quilibet videt, interpretationem vocis hebraicae שְׂרָפִים aut chaldaeae שְׂרָפִין a שְׂרַף, quod est τὸ καίειν. Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v. et *Bielii Thesaur. Philolog.* T. III. p. 270.

Ibid. Σαρδόνιος γέλως, παροιμία ἐπὶ τῶν ἐπ' ὀλέθρῳ τῷ σφῶν αὐτῶν γελώντων — — ἔνιοι δὲ τοὺς ἐπὶ κακῶν (scribe κακῷ) γελῶντας. ὡς καὶ Ὀδυσσέα (mallem reponere e *Suida:* ἐν Ὀδυσσείᾳ, nempe ύ. v. 302.) φησὶν Ὅμηρος, καὶ ἐν ἄλλοις (nempe *Iliad.* ὁ. v. 101.) ἡ δὲ κ. τ. λ. Confer *Eustathium* p. 1893, 4 sequ.

Col. 371. Σαρείσας, τὰς τῶν χειλῶν σάρκας. Aliquando suspicabar, reponendum esse Σαρκάσεις, quanquam haec vox nullibi reperitur, unde σαρκάζειν, teste *Galeno* in *explanat. voc. Hippocr.* p. m. 556. κυρίως σημαίνει τὸ διὰ τῆς τῶν χειλῶν δήξεως χλευάζειν. Confer *Foesii Oecon. Hippocr.* pag. 558. Nunc autem mallem accedere *Albertio*, qui ad *Hesychium* T. II. col. 1155. n. 6. emendat Σαρκίσας (quae vox apud *Herodot.* IV, 64. quamvis alio sensu obvia est) aut potius Σαρκάσας (vide *Schol. Aristoph.* ad *Pac.* v. 481.), τὰς τῶν χειλῶν σάρκας, supple διανοίξας ex *Hesychio.*

Ibid. Σαρπηδὼν, μεγάλη. καὶ Σαρπηδόνιον δέσμα, τὸ μέγα. Scribendum: Σαρπηδονία, μεγάλη κ. τ. λ.

Ibid. Σαρπηδὼν ἀκτὴ (Scribendum Σαρπηδονία ἀκτὴ e *Suida* et *Zenobio* V, 86.), ἄκρα τῆς Θράκης — — καὶ νῆσος πρὸς τῷ Ὠκεανῷ, ἐν ᾗ αἱ Γοργόναις. E Cod. D. in textum recipienda est lectio Γοργόνες. Confer quoque *Steph. Byz.* p. 662. ac *Alberti Miscell. Critica* p. 289 sequ. Caeterum voce Σαρπηδόνιος ditari Lexica possunt.

Ibid. Σαρωνία, Ἄρτεμις ἀπὸ τοῦ ἐν Τρυζῆνι Σαρωνικοῦ πελάγους. Loco Τρυζῆνι rectius legitur Τροιζῆνι in *Hesychio*, *Stephano Byz.* p. 662. et *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1157. n. 8.

Ibid. **Σάτραι.** Αἰθιόπων γένος. Eadem explicatio supra quoque s. v. Σάγραι legebatur. Secundum *Steph. Byz.* p. 662. Σάτραι est ἔθνος Θράκης, ut *Hecataeus* in *Europa* inquit. Mendum in *Photio* mihi latere videtur.

Ibid. Σατυρικά, μετὰ πλείονα ἦν ἔθος ὑποκρίνεσθαι, ἐν οἷς μεταξὺ ταῦτα ἐμίγνυον πρὸς διάχυσιν. Manifesto errore legitur hic: Σατυρικά, μετὰ πλείονα pro Σατυρικὰ δράματα, πλείονα κ. τ. λ. ut recte observavit *Ruhnkenius* ad *Timaei Lex. Platon.* p. 230. e quo haec glossa est desumta. Confer *Schweighaeuseri Indicem Athenaei* p. 267. s. v. Σάτυροι.

Col. 372. Σαυρωτῆρσιν, τοῖς στύραξιν τοῖς ὄπισθε τῶν δοράτων. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 594. Σταυρωτῆρος, τῆς ἐπιδορατίδος. ubi videndus *Villoisonius*. Confer etiam *Homer. Iliad.* κ'. 157. et ad hunc locum *Eustathium* p. 795, 30. ac *Lennepii Etymol. l. gr.* p. 869.

Ibid. Σαφήνισον, σαφέστερον λέγουσιν. Scribendum: Σαφήνισον, σαφέστερον λέγε.

Ibid. Σέες, οὐχὶ σῆτες. καὶ αἱ πτώσεις, σέων, σῆσιν, σέας. οὕτως Ἀριστοφάνης. v. c. in *Lysistrat.* v. 731. ubi vid. *Schol.* Confer *Schol. Luciani* T. II. p. 37. ed. *Bipont.*

Col. 374. Σελάγειν (scribendum Σελαγεῖν), φλέγειν, ἀπὸ τοῦ σέλανος. Loco σέλανος reponendum est σέλαος, a σέλας, quod apud *Homerum* ac *Hesiodum* occurrit. Voce σελαγεῖν usus est *Aristophanes* in *Nubibus* v. 604. et *Oppian. Cyneg.* III, 107.

Ibid. Σέλας, πῦρ, ἢ τὸν κεραυνὸν, καὶ τὸ φῶς τῆς σελήνης, ἢ λαμπηδών. Σέλας in universum est λαμπρότης, ut recte interpretatus est *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 598. Hinc σέλας πυρὸς passim apud *Homerum* (v. c. *Iliad.* τ'. 374.) *Hesiodum Scut. Herc.* v. 60. *Theogon.* v. 867. Confer *Eustathium* p. 700, 19. et 1125, 39.

Ibid. Σελμῶν, σανίδων. Num scribendum est Σελμάτων? ut impressa lectio e compendio scribendi sit orta. Confer *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Σεμναὶ θεαί. οὕτως καλοῦσιν οἱ Ἀθηναῖοι τὰς Ἐρινύας. Ex *Harpocratione*, ubi videndus *Maussacus*.

Ibid. Σεμνὸν, ἐπὶ τοῦ ἀξιωματικοῦ λέγουσιν — — Εὐριπίδης Μηδείᾳ (v. 218.) — — καὶ ἐν Ἱππολύτῳ (v. 93.) — — καὶ τὸ ἔνδοξον. Εὐριπίδης Ἱππολύτῳ (v. 99.) κ. τ. λ. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Nubes* v. 49.

Col. 375. Σεσημασμένῳ, ἀντὶ τοῦ ἐσφραγισμένῳ. Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ ὀνόματος. Locus reperitur Vol. II. *Oratt. GG.* p. 999, 16. Descripsit *Photius Harpocrationem.*

Ibid. Σέσηρεν, κέχηνε, διήνοιγεν. Σεσηρέναι est latinum *ringere*, ac proprie de canibus adhibetur. Apud *Aristoph. Vesp.* 896. canis dicitur σεσηρὼς, ubi *Schol.* οἱ γὰρ κύνες μετὰ τὸ φαγεῖν σεσήρασιν. Confer quoque *Hesychium* s. v. σεσηρώς.

Ibid. Σέσωται καὶ σεσωμένος — — καὶ διεζωμένοι φησὶ Θουκυδίδης. Respexit sine dubio lib. I. cap. 6. ubi autem nunc legitur διεζωσμένοι.

Col. 376. Σέφθης, εἷς τῶν ἐν Θράκῃ βασιλέων. Ex *Harpocratione.* Mentionem ejus facit *Lysias* Vol. V. *Oratt. GG.* pag. 820, 3.

Ibid. Σέφθησαν, καὶ οἱ τραγικοὶ, καὶ Πλάτων Φαίδρῳ ἀντεσεβάσθησαν. Scribendum: ἀντὶ σεβάσθησαν.

Ibid. Σέων, σητῶν, οὕτως Ἕρμιππος. Confer supra Σέες, ibique a me notata.

Ibid. Σηγάνιοι πυροὶ, οἱ τῷ ἔαρι σπειρόμενοι τριμηνιαῖοι λέγονται. Corruptam esse vocem Σηγάνιοι, vel ex eo apparet, quod omnibus Lexicographis ignota est. *Photius*, ni fallor, dederat Σιτανίαι, ut habet *Theophrastus* lib. VIII. c. 2. aut Σιτάνιοι, ut apud *Dioscoridem* scribitur. Reliqua hujus articuli ita refingenda esse videntur: οἱ τῷ ἔαρι σπειρόμενοι, οἳ καὶ τριμηνιαῖοι (aut τρίμηνοι) λέγονται.

Ibid. Σηκίδες, τὰ οἰκογενῆ παιδισκάρια κ. τ. λ. Confer *Aristoph. Vesp.* v. 765. ibique *Schol. Eustathium* p. 1625, 24. ac *Polluc.* III, 76. Voce σηκύλη in eodem articulo obvia usus est *Aelianus Epist.* 3.

Ibid. Σηκιννὶς, σατυρικὴ ὄρχησις κ. τ. λ. Sine dubio scribendum est Σίκιννις, quod vide infra suo loco. Confer etiam *Hesychium* s. v. Σίκιννις ibique *Interpretes*. Nomen habet haec saltatio satyrica ab inventore Sicinno Cretensi secundum *Athenaeum* lib. XIV. p. 630. b. Adde ibidem lib. I. p. 20. f.

Ibid. Σηκοὶ, αἱ τῶν βοσκημάτων ἐπαύλεις, παρὰ τοῦ σώζειν. Idem tradit *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 599. Σηκοὶ, αἱ ἐπαύλεις, ἀπὸ τοῦ εἰσαχθέντα σῶα εἶναι. ubi conferendus *Villoisonius*. Confer quoque *Eustathium* p. 658, 43. et 1625, 21.

Ibid. Σηκὸς, τάττουσι τὸ ὄνομα καὶ ἐπὶ ἐλαίας κ. τ. λ. Ad hunc pariter ac proxime sequentem articulum conferendus est *Ruhnkenius* ad *Timaei Lex. Platonicum* pag. 230 sequ. Locus *Lysiae* in hoc articulo laudatus reperitur Vol. V. *Oratt. GG.* pag. 269. Caeterum hic articulus desumtus est ex *Harpocratione*.

Col. 377. Σημάντορες, ἐπιτάκτορες, ἡγεμόνες. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 600. Σημάντορες, οἱ βασιλεῖς (*Homer. Il.* δ'. 431.), ἀπὸ τοῦ σημαίνειν, ὅπερ ἐστὶ ἐπιτάσσειν κ. τ. λ. Hinc eadem vox quoque de *pastore* (*Odyss.* ρ'. 21.) et de *auriga* (*Iliad.* θ'. 127.) adhibetur. Confer *Eustathium* pag. 820, 9. 1018, 8. et 1810, 56.

Ibid. Σήματα, τέρατα, σημεῖα (*Odyss.* θ'. 195.). Ἀττικοὶ δὲ καὶ μνήματα. Confer *Schol. Iliad.* β'. 814. *Theocriti Idyll.* VII, v. 10. ac *Eustathium* p. 1591, 42.

Ibid. Σημεῖα, οὕτως λέγουσιν τὰς σφραγῖδας Δημοσθένης καὶ ἄλλοι. Ex *Harpocratione*. Confer Vol. II. *Oratt. GG.* p. 1039, 11, et 1041, 15. ed. *Reisk*.

Ibid. Σηράγγειον, χωρίον τι τοῦ Πειραιῶς. *Harpocration*, e quo haec desumta sunt, Σηράγγιον (cum *Hesychio* ac *Suida*. Impressam lectionem tuetur *Alciphron* lib. III. Ep. 43.) et Πειραιέως habet. Mentionem ejus facit *Lysias* et *Aristophanes* in *Agricolis*, eodem *Harpocratione* teste. Confer *Meursii Lectt. Att.* lib. V. cap. 30. eundemque in *Piraeeo* cap. 6. p. 28.

Ibid. Σῆραγξ, χάσμα, κοιλὰς καὶ ὕφαλος πέτρα κ. τ. λ. Confer praeter *Eustathium* p. 1887, 36. et 1959, 49. *Sturzium de dialecto Macedonica et Alexandrina* p. 96.

Col. 378. Σθένελος, τραγῳδίας ποιητής. ἐκωμῳδεῖτο δὲ ὡς τὰ ἀλλότρια σφετεριζόμενος. In *Harpocratione*, ubi eadem reperiuntur, exstat compositum ἐπισφετεριζόμενος, sensu eodem. Hic poeta tragicus ut insulsus ridetur ab *Aristophane* in *Gerytade*, teste *Athenaeo* lib. IX. p. 367. b.

Ibid. Σίγειον, πόλις ἐστὶ τῆς Τρωάδος, οὐκ ἄποθεν τῆς Ἰλίου. Ex *Harpocratione*. Confer *Stephan. Byz.* p. 667. ac *Athenaeum* lib. XIII. p. 585. c. ubi in nominis ambiguitate luditur, intellegendo *silentium*.

Ibid. Σιγύνους, τὰ δόρατα. De varia scriptione hujus nominis lectu digna habet *Sturzius de dialecto Macedonica et Alexandrina* p. 46 sequ. Σιγύνην appellat *Oppianus Cyneg.* I, 152. Lis quoque est, cujus gentis haec vox sit propria. *Apollonii Scholiastes* (ad *Argon.* II, 99.) Cypriis, *Suidas* Macedonibus, ac Boeotiis *Eustathius* assignat.

Ibid. Σικελίζεις (Scribendum Σικελίζειν.), τὸ ἀτηρεύεσθαι παρὰ Ἐπιχάρμῳ, οἱ δὲ πονηρεύεσθαι. Vox ἀτηρεύεσθαι (quam etiam *Hesychius* habet ac *Phavorinus*) suspecta fuit *Küstero* ad *Suidam*, apud quem αὐστηρεύεσθαι reperitur. Mihi neutra harum lectionum placet. Suspicor potius, ἀθυρεύεσθαι, h. e. *ludere*, *saltare*, veram lectionem continere, quae vox ob soni similitudinem facile cum ἀτηρεύεσθαι permutari potuit. *Athenaeus* lib. I. cap. 40. pag. 22. c. (Tom. I. *Opp.* p. 83. ed. *Schweighaeuseri*) e *Theophrasto* tradit, primum *Andronem Catanensem* tibicinem, cum tibia caneret, corporis motus aptos et concinnos addidisse, ὅθεν σικελίζειν τὸ ὀρχεῖσθαι παρὰ τοῖς παλαιοῖς. *Eustathius* p. 1602, 28. σικελίζειν τὸ ὀρχεῖσθαι, διὰ τὸ, ὡς εἰκὸς, ἐπιχωριάζειν τοῖς ἐν Σικελίᾳ τὸν ὀρχηθμόν. Quibus locis conjectura a me proposita mirifice confirmatur.

Ibid.

Ibid. Σίκιννις, σατυρικὴ ὄρχησις, ἐμμέλεια δὲ τραγική. κάρδαξ δὲ κωμική. ὡς Ἀριστόξενος (ἐν) ά περὶ τραγικῆς ὀρχήσεως. Eadem etiam supra legebantur s. v. Σηκιννὶς c. 376. ubi vide a me notata. Confer quoque *Clement. Alex. Paedagog.* lib. I. cap. 7. p. 109. C. Loco κάρδαξ necessario scribendum est κόρδαξ. *Schol.* ad *Demosthen.* p. 30. Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.*: Κορδακισμοὺς, ὀρχήσεις. Aliud *Scholion* ibidem: ἰστέον, ὅτι κοινὸν μὲν ἦν τῆς τραγικῆς ὀρχήσεως εἶδος ἡ προσαγορευομένη ἐμμέλεια, τῆς δὲ σατυρικῆς ἡ σίκιννις, τῆς δὲ κωμικῆς ὁ κόρδαξ, τῆς δὲ πολεμικῆς ἡ πυῤῥίχη.

Ibid. Σίκλος (*Lexic. Sangerm.* Σίγλος), καὶ τὸ ἐναντίον καὶ σταθμὸς βαρβαρικὸς — — — οὕτως Σοφοκλῆς. Vox ἐναντίον locum habere nequit. Veram lectionem servavit nobis *Apographum Brunckii* in *Lexico Sophocleo* s. h. v. nempe ἐνώτιον. Pertinet autem haec interpretatio non ad Σίκλος, sed ad vocem Σίγλον, cui haec notio est subjecta. *Hesychius*: Σίγλαι, ἐνώτια. Idem: Σίγλον, εἶδος ἐνωτίων. Confer *Iungermannum* ad *Polluc.* V, 97. Caeterum voces σίγλος et σίκλος saepe invicem permutatas esse vel ex *Hesychio* constat.

Ibid. Σικυῶν, ἀῤῥενικῶς Ξενοφῶν. At voce σικύα prorsus non usus est *Xenophon*. Ergo legendum est Σικυὼν, ut respiciatur ad locum in *Histor. Gr.* IV, 2, 8. ubi legitur: ἐν τῷ Σικυῶνι.

Ibid. Σιλλαίνει, μυλαίνει, διὰ τῶν ὀφθαλμῶν σκώπτει. καὶ μυλλίζει. Loco μυλαίνει scribe meo periculo μυλλαίνει. Confer *Schol. Luciani* in *Prometheo* c. 8. Vol. I. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 144 sequ. (ubi copiose de hac voce exponitur.) ac *Politum* ad *Eustathium* ά. p. 387.

Col. 379. Σιμαίθα, Μεγαρικὴ ἑταῖρα. Mentionem ejus facit *Aristophanes* in *Acharn.* v. 529. ubi vid. *Schol.* ac *Athenaeus Deipnos.* lib. XIII. p. 570. A.

Ibid. Σιμικίνθιον, φακιόλιον, ἢ σουδάριον. Ita quoque *Suidas*. *Roeverus* in *glossas nomicas* p. 132. corrigit φακιώλιον e Cod. MS. quae est vera scriptura.

Ibid. Σιμὸν, ἄναντες. οὕτως Ἀριστοφάνης. *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1188. n. 25. pro ἄναντες ex *Hesychio* legendum conjicit πρόσαντες. Confer *Aristoph. Lysistr.* v. 288. ubi *Schol.* τὸ σιμὸν, ἀντὶ τοῦ πρόσαντες. Vide *Alciphron.* lib. III. Ep. 9. ibique notata Tom. II. p. 40. ed. *Wagner.*

Ibid. Σιμὸς, Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 241, 27.), εἰς τῶν Ἀλευάδων. κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*. Distinctionis nota post Ἀλευάδων tollenda est.

Ibid. Σίμυλος. Δημοσθένης ἐν τῷ ὑπὲρ Κτησιφῶντος (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 314, 10.) φησὶν κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*, cui etiam proxime sequens articulus debetur. Vide *Iungermannum* ad *Pollucis Onom.* lib. X. cap. 8. sect. 40. Tom. II. p. 1191.

Ibid. Σίντης, βλαπτικός. E *Schol. Homeri* ad *Iliad.* δ'. v. 481. *Eustathius* p. 857, 46. σίντης λέων, ὁ βλαπτικός. *Scholiastes ineditus Vitebergensis Lycophronis* ad *Cassandram* v. 386. σίντης, βλαπτικός. Confer quoque *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 601. ac *Lennepii Etymologicum L. gr.* p. 880 sequ.

Ibid. Σινωπῆσαι, τοῦτο πεποίηται παρὰ τὴν ἑταίραν Σινώπην κ. τ. λ. Ex *Harpocratione* apparet, hunc articulum post sequentem ponendum, atque utrumque conjungendum esse. *Sinopes* meretricis praeter alios (v. c. *Athenaeum* lib. VIII. p. 338. f. XIII. 567. f.) mentionem facit *Demosthenes* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 610, 17. et Vol. II. p. 1385, 1.

Ibid. Σιπύα, σιτηρὸν ἀγγεῖον. ὡς Λυσίας τε καὶ Εὔπολις καὶ Ἀριστοφάνης. Confer *Harpocrationem*, e quo haec desumta sunt, *Schol. Aristoph.* in *Plut.* v. 807. ed. *Inverniz.* σιπύη, ἡ ἀρτοθήκη. Ita quoque *Hesychius*. Apud *Hippocratem* σιπυΐς dicitur teste *Foesio* in *Oeconomia Hippocr.* p. 567.

Col. 380. Σιροῖς, ὄρυγμα, ἐν οἷς κατετίθετο τὰ σπέρματα. Scribendum: Σιροὶ, (Latinis *Siri*), aut potius Σειροὶ (Confer *Philonis Mathem. Vet.* p. 86. ac *Columell.* I, 6, 15. ibique *Intt.*) ὀρύγματα κ. τ. λ. h. e. *foveae in usum granarii cavatae*, qua-

rum praecipue in Thracia usus fuit. Confer *Valesium* in *Harpocrationem* ad vocem Μελίνη p. 125. et *Wesselingium* ad *Diod. Sic.* T. II. p. 351.

Ibid. Σίσυβοι, κροσσοὶ, ἱμάντες. Fortasse *Photius* dederat Σίσυρoι. Tuetur tamen receptam lectionem *Eustathius* ad *Iliad.* ξ'. p. 976, 28. γλῶσσα μέν τις, σισύβους καλεῖ, ἡ δὲ κοινὴ, κροσσούς.

Ibid. Σίσυρα, ἱμάτιον τραχὺ, περιβόλαιον ἀγροικικόν κ. τ. λ. Confer *Ruhnkenium* ad *Timaei Lexic. Plat.* p. 231. *Schol.* ac *Intt.* ad *Aristoph. Nub.* v. 10. *Etymol. M.* pag. 714, 28. ac *Intt.* ad *Gregor. Corinth. de dialectis* p. 540. ed. *Lips.*

Ibid. Σιτηρέσιον, τὸ διδόμενόν τισιν εἰς τροφήν. Eadem habet *Harpocration.* Confer *Reiskii Indic. Graecit. Demosth.* s. h. v.

Ibid. Σιτίσεων, τροφῶν, δαπανῶν. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Thesmophor.* v. 957. σιτίσεως καὶ τροφῆς ἀπέχεται.

Ibid. Σῖτος, καλεῖται σῖτος — — ὡς ἔστι μαθεῖν κὰκ τῶν τοῦ Σόλωνος πρώτου ἄξονος. Ex *Harpocratione*, unde sua hausit *Photius*, reponendum est: καὶ ἐκ τῶν κάτω τοῦ Σόλωνος πρώτου ἄξονος.

Ibid. Σῖτος, πᾶς ὁ σιτικὸς καρπὸς, οὐχ' ὁ πυρὸς μόνον. καὶ αὐτὰ τὰ σιτία, Θουκυδίδης δ'. nempe cap. 26.

Col. 381. Σίτου ἐκβολὴ, Θουκυδίδης (nempe lib. IV. cap. 1.). ὅταν ὁ στάχυς κ. τ. λ. Glossa ipsa desumta est ex *Eustathio* pag. 1405. Confer quoque *Pollucis Onom.* lib. I. sect. 61.

Ibid. Σιτοφύλακες, ἀρχή τις ἦν Ἀθήνησιν, ἥτις ἐπεμελεῖτο, ὅπως ὁ σῖτος δικαίως πραθήσεται, καὶ τὰ ἄλφιτα, καὶ οἱ ἄριστοι κ. τ. λ. Loco οἱ ἄριστοι etiam *Harpocration*, quem compilavit *Photius*, recte οἱ ἄρτοι habet.

Ibid. Σίφλος, μῶμος. Desumta est haec glossa e *Schol.* ad *Lycophr. Cassandr.* v. 1134. Vide *Eustathium* p. 972, 30.

Ibid. Σιφλώσειεν, μέμψειεν, ἐκφαυλίσειεν. Pertinet sine dubio haec glossa ad *Homer. Iliad.* ξ', 142. Confer *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 603. et *Eustathium* p. 972, 29 sequ.

Ibid. Σιώκολλος, νεόκορος, Εὔπολις. Inepto loco posita est haec glossa misere perturbata. Scribendum enim est Σιωκόρος, νεωκόρος, Εὔπολις, ut recte exhibuit apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1191. n. 4.

Ibid. Σκαιᾷ, τῇ ἀριστερᾷ. Sine dubio legendum est: Σκαιῇ, τῇ ἀριστερᾷ, ut legitur in *Hesychio* ac *Apollonio Soph. Lex. Homer.* p. 603. Referenda enim videtur haec glossa ad *Iliad.* ά. v. 501. ubi videndus *Eustathius* p. 142, 4.

Ibid. Σκαλινὸς, ἄνισος. Dubio caret legendum esse: Σκαληνὸς, ut legitur in *Suida* et *Zonarae Lexico* col. 1654. *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* edita p. 4. Σκαληνὸς, ὁ σκολιὸς καὶ πολυγώνιος. τοῦ γὰρ τριγώνου ἔστιν εἴδη τρία, ἰσόπλευρον, ἰσοσκελὲς, σκαληνόν. Confer quoque *Hesychium* s. v. σκαληνόν.

Ibid. Σκάλωψ, ὁ σπάλαξ ἐν Κλαιοβουλίναις Κρατῖνος. *Schol. Aristoph.* ad *Acharn.* v. 879. σκάλωπας, μύας τινὰς, οὓς φαμεν σπάλακας.

Ibid. Σκαμβωνίδαι, δῆμος τῆς Λεοντίδος. Ex *Harpocratione.* Confer *Stephan. Byz.* p. 672.

Ibid. Σκανδαλίθρα (Legendum Σκανδάληθρα, h. e. ligna quaedam incurva in muscipulis sive tendiculis. Confer *Schneideri Lex. Gr.* s. h. v.) καὶ σκάνδαλα (pro quo apud *Alciphron.* lib. III. Ep. 22. σκανδάλαι legitur). λέγουσι κ. τ. λ.

Ibid. Σκάνδιξ, λάχανον ἄγριον κ. τ. λ. Eadem habet quoque *Hesychius.* Copiose de hac voce exposuerunt Intt. ad *Alciphron.* lib. III. Ep. 49. Tom. II. pag. 157 sequ. ed. *Wagneri.*

Col. 382. Σκαφηφόροι, Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Ἀγησικλέους φησὶν — — ἀλλὰ τῷ (adde τούτου ex *Harpocratione*) ἀργυρίῳ (Hic exciderunt verba: ἀντὶ τοῦ μέτοικοι) — — ὑδρία (legendum ὑδρεία) καὶ σκιάδεια. Confer *H. Stephani diatriben* in *Isocratem* p. 144.

Ibid. Σκάφιον ἀποκεκαρμένην, καὶ σκαφιόκουρον τὸν κείροντα. Lege: Σκαφίον, quod erat *genus tonsurae meretriciae*, teste *Hesychio*. Confer *Aristoph. Aves* v. 807. Caeterum in *Apographo Alberti* ad *Hesychium* Tom. II. col. 1204. n. 20. divisim legitur: Σκαφίον, ἀποκεκαρμένην, ut etiam in *Photio* scribendum erit. De voce σκαφιόκουρος videndus *Schneiderus* in *Lex. Crit. l. gr.* s. h. v.

Ibid. Σκάφιον (scribe Σκαφίον), ἐστὶν καὶ εἶδος κουρᾶς, ὡς Ἀντιφῶν (nempe in *Apologia contra accusationem Demosthenis*) καὶ Ἀριστοφάνης. scilicet ἐν Γήρᾳ, quod addit *Harpocration*, cui sua debet *Photius*.

Col. 383. Σκελόμενα, ἀφαυαινόμενα. Reponendum est Σκελλόμενα, quod *Hesychius* per σκελετευόμενα interpretatus est. Confer quoque *Eustathium* pag. 1295, 38. et 1392, 25.

Ibid. Σκέπαρνον, ἀῤῥενικῶς οἱ παλαιοὶ, τὸν σκέπαρνον. καὶ παρ' Ὁμήρῳ. v. c. *Odyss. i.* 391. et alibi. Confer *Eustathium* p. 1531, 50. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 571.

Ibid. Σκευοποιοῦντα τὸ πρᾶγμα, Ὑπερείδης ἐν τῷ κατὰ Ἀντιθέου κ. τ. λ. Sunt ipsa *Harpocrationis* verba.

Ibid. Σκεῦος, τὸ αἰδοῖον. nempe virile. Sic vox haec usurpatur in *Anthol.* lib. IV. p. 478.

Ibid. Σκηνὴν δὲ ἣν ἔχουσιν. οὐδὲ γὰρ ταύτην λαβόντες ἀναφέρουσιν. Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Σπουδίαν (Vol. II. *Oratt. GG.* p. 1031, 10.) κ. τ. λ. Totus hic articulus desumtus est ex *Harpocratione*.

Ibid. Σκηνίτης. Ἰσοκράτης Τραπεζιτικῷ (nempe cap. 17.). Πυθόδωρον κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*, apud quem etiam recte ἐπώνυμον legitur loco impressi ἐπωνύμιον.

Ibid. Σκηπάνιον, σκῆπτρον. Vide *Eustathium* ad *Iliad.* p. 920, 35. et 1702, 18.

Ibid. Σκήπων, ῥόπαλον. παρ' ὃ καὶ σκηπάνιον. Fortasse legendum est Σκίπων, quod vide apud *Hesychium* s. v. σκηπάνιον, ubi conferendus *Alberti*.

Ibid. Σκήπτεται, προφασίζεται. Confer *Ruhnkenium* ad *Timaei Lex. Platon.* p. 232. ac *Eustathium* p. 1815, 35.

Ibid. Σκηπτὸς, κεραυνὸς ἄνωθεν διάπυρος. Lege divisim διὰ πυρὸς, ut habet *apographum Alberti* ad *Hesychium* Tom. II. col. 1208. n. 33. *Hesychius* ac *Suidas*, quem *Küsterus* frustra tentavit. Confer quoque *Schol. Sophoclis* in *Antigonen* v. 429.

Ibid. Σκηπτοῦχος, βασιλεύς. *Suidas* addit: σκηπτροφόρος. Posses priora conjungere: Σκηπτοῦχος βασιλεὺς, σκηπτροφόρος, ex *Homeri Iliad.* ά. 279. ubi vid. *Schol.*

Col. 384. Σκῆψις, πόλις ἐστὶν ἐν τῇ Τροίᾳ, ἧς μνημονεύει Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκλέους (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 671, 8.). Ex *Harpocratione*. Confer *Stephan. Byz.* p. 672. *Athenaeum* lib. I. p. 30. a. et *Eustathium* p. 840, 50. Loco Ἀριστοκλέους *Suidas* habet Ἀριστοκράτους.

Ibid. Σκῆψις, πρόφασις — — Δημοσθένης ἐν τῇ πρὸς Πανταίνετον παραγραφῇ (Vol. II. *Oratt. GG.* p. 966, 11.) κ. τ. λ.

Ibid. Σκιαδείων, καρουχίων. Si per καρούχια *rhedae opertae* intelleguntur, recte se habet haec glossa. De voce σκιάδειον conferendus est *Valckenarius* ad *Theocrit. Adoniaz.* p. 343. *Gloss. gr. lat.* καρούχιον *reda* seu *rheda*. Ipse *Photius* infra habet: Σκιὰς καὶ σκιάδειον, ἐν ᾧ ὁ Διόνυσος κάθηται, οὕτως Εὔπολις. Vide quoque *Eustathium* p. 857, 37. et 951, 54.

Ibid. Σκίαθος νῆσός ἐστιν πλησίον Εὐβοίας, ἧς μέμνηται Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς. Scilicet Vol. I. *Oratt. GG.* p. 49, 4. et 99, 2. Ex *Harpocratione*. Confer *Intt.* ad *Athenaeum* lib. I. p. 4. e. ac *Stephan. Byzant.* p. 672.

Ibid. Σκιάποδες. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ ὁμονοίας. ἔθνος ἐστὶ Λιβυκὸν κ. τ. λ. Emendationes hujus articuli a me in *libello animadversionum* c. 95. propositas ad unam omnes confirmat *Harpocrationis* auctoritas, quem descripsit *Photius*. Confer etiam *Schol. Aristoph.* ad *Aves* v. 1552.

Ibid. Σκιᾶς ἀναδενδράς. σημαίνει δὲ καὶ τὴν παρὰ Ἀθηναίοις λεγομένην θόλον. Scriben-

dum, Σκιὰς, ἡ ἀναδενδράς, κ. τ. λ. ut *Hesychius* habet. Confer quoque *Harpocrationem* p. 192. s. v. θόλος.

Ibid. Σκιμβάζειν (Scribendum: Σκιμπάζειν, quod etiam admittit literarum ordo.), χωλεύειν, καὶ ἀσκωλίζειν τὸ αὐτὸ τοῦτο. οὕτως Ἀριστοφάνης. Loco ἀσκωλίζειν apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1211. n. 3. habet ἀσκωλιάζειν. Confer *Scholiasten Aristophanis* ad *Nubes* v. 255.

Ibid. Σκινδακίσαι, τὸ νύκτωρ ἐπαναστῆναί τινι ἀσελγῶς. Legendum est Σκινδαρῆσαι, quod vide apud *Hesychium*, aut, quod magis placet, Σκινδαρίσαι. Vide infra s. v. Σκίνδαρον.

Ibid. Σκινδαλεύειν, ἀνασταυροῦν. Repone Σκινδαλμεύειν aut Σκινδαλαμεύειν. *Hesychius:* Σκινδάλαμος, σκόλοψ. τινὲς δὲ διὰ τοῦ χ Σχινδάλαμος. ἄλλοι Σκινδαλμός. ubi vid. *Alberti.* Confer etiam *Schol. Luciani* ad *Dissertationem cum Hesiodo* cap. 5. Vol. VIII. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 151. et *Schol. Aristoph.* ad *Nubes* v. 131.

Ibid. Σκίνδαρον, προσκίνημα, καὶ τὸ νύκτωρ ὑπαναστῆναι ἀκολάστως, σκινδακίσαι. Multum a textu *Photii* recedit lectio *apographi Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1212. n. 17. Σκινδαλεύειν, τὸ νύκτωρ ἐπαναστῆναι ἀκολάστως. Codex D. habet σκινδαλίσαι, pro quo σκινδαρίσαι reponendum erit. Vide supra ad Σκινδακίσαι a me notata.

Ibid. Σκιόεντα, σύσκια. Est sine dubio glossa *Homerica.* Confer *Iliad.* ά. 157. *Odyss.* ά. 365. et δ'. 768. ac *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 605.

Col. 385. Σκιράφια, τὰ κυβευτήρια φησὶν κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Σκιρόν. σκιρὰ (Legendum accentu retracto: Σκίρων, σκίρα. Scribitur et σκίῤῥα et σκεῖρα, item σκεῖρα. Confer *Schweighaeuserum* ad *Athenaei Deipnos.* lib. XI. cap. 92. p. 496. f.) ἑορτὴ παρὰ Ἀθηναίοις, ἀφ' ἧς καὶ ὁ μὴν σκιροφορίων (scribe: σκιροφοριών) —— μεθ' οὗ φερομένῳ (*Harpocration* et *Codex D.* rectius habent φερόμενοι.) ἐξ ἀκροπόλεως ἐστιν ἄτοπον (repone: εἴς τινα τόπον) —— ἱέρεια (scribe: ἱερεία) —— σύμβουλον (lege: σύμβολον. Ita Codex D. et *Harpocration.*) —— καὶ σκέπας δὲ (delendum est δὲ) ποιεῖν κ. τ. λ. Confer *Stephanum Byzant.* s. v. Σκίρος p. 673. ibique *Intt. Schol.* in *Aristoph. Eccles.* v. 18. ed. *Invernix.* Σκίρα ἑορτὴ Ἀθηνᾶς. οἱ δὲ Δήμητρος καὶ Κόρης. ἐν ᾗ ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἐρεχθέως φέρει σκιάδειον λευκὸν, ὃ λέγεται σκῖρον.

Ibid. Σκιροφορίων, μὴν Ἀθηναίων ιβ' κ. τ. λ. Scribendum est vel Σκιροφοριὼν, ut legitur apud *Athenaeum* loco supra laudato, vel Σκιῤῥοφοριὼν, ut habet *Schol. Aristoph. Eccles.* v. 18.

Col. 386. Σκιωρεῖται, λόχος ἀνδρῶν ἑξακοσίων Ἀρκαδικός κ. τ. λ. Est glossa *Timaei,* quae etiam totidem verbis apud *Suidam* occurrit. Pro Σκιωρεῖται *Timaeus* habet Σκιωρῖται, pro quo *Ruhnkenius* mavult Σκιρῖται a Sciro Arcadiae. Vide *Hudson.* ad *Thucyd.* lib. V. cap. 67. et *Wesseling.* ad *Diodorum Sic.* XV, 32.

Ibid. Σκληφρὸς, ὁ σκληρὸς καὶ παρηβηκὼς, ὁ τὰ σκληρὰ φέρειν δυνάμενος. Est glossa *Timaei,* ad quam videndus *Ruhnkenius.*

Ibid. Σκοῖδος, ταμίας τις καὶ διοικητής. Μακεδονικὸν δὲ ὄνομα κ. τ. λ. *Arcadius,* Grammaticus ineditus, apud *Spanhemium* ad *Callimach. H. in Del.* v. 150. Κοῖδος, inquit, παρὰ Μακεδόσιν οἰκονόμος. Sed confer *Iungermannum* ac *Hemsterhusium* ad *Polluc.* X, 12 et 16.

Ibid. Σκόλιον, ἡ παροίνιος ᾠδή κ. τ. λ. De *scoliis* veterum eorumque ratione post *Hadr. Iunium* in *animadverss.* lib. III. cap. 7. ac praeter *Ilgenium* multa lectu dignissima habent *Cludius* et *Santenius* in *Bibliotheca veteris literaturae et artis* ab *Heerenio* ac *Tychsenio* edita Tom. I. p. 55. et Tom. V. p. 20 sequ.

Ibid. Σκομβρίζει, γογγύζει. Lege γογγυλίζει, quod est *rotundat,* aut *convolvit, ut cucullum scombris adaptandum.*

Ibid. Σκόνθυλλε, τονθόρυζε. De hac glossa nihil certi statuere possum. Mendum latet in voce σκόνθυλλε.

Ibid. Σκόνυζαν, καὶ χωρὶς τοῦ σ κόνυζαν λέγουσι, Φερεκράτης, ἀρκεῖ μιᾶς κόνυζα καὶ θύμων δύο. Loco μιᾶς κόνυζα reponendum esse judico μία σκόνυζα. Confer *Hesychium* s. h. v.

Col. 387. Σκοπὸν, τύπον, ὡς τυχοῦσιν καὶ ἀκολουθοῦσιν. Loco τύπον reponendum sine dubio est τόπον et pro ὡς τυχοῦσιν in textum recipienda est lectio Cod. D. ᾧ στοχοῦσιν seu στοιχοῦσιν.

Ibid. Σκοπὸς, κατάσκοπός τις καὶ εὔφορος· καὶ ἀποσκοπῶν τὰ πόῤῥω. In notione κατασκόπου reperitur apud *Homerum Iliad.* κ'. v. 324. Loco εὔφορος scribere mallem ἔφορος.

Ibid. Σκορδινᾶσθαι, τὸ παρὰ φύσιν ἀποτείνειν τὰ μέλη —— Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν. scilicet v. 30. Confer quoque *Vesp.* v. 640. et *Schol.* ad *Ranis* v. 953. Hinc σκορδίνημα est *pandiculatio totius corporis et cum oscitatione extensio* apud *Hippocratem*. Confer *Foesii Oecon. Hipp.* p. 574.

Ibid. Σκοτομήνη, νὺξ ἀσέληνος. Scribitur quoque Σκοτόμαινα apud *Aristidem Eleusin. Orat.* Vol. I. p. 259. ὦ νεφέλη καὶ σκοτόμαινα, ἣ νῦν ἐπέχεις τὴν Ἑλλάδα. Vide *Eustathium* in *Odyss.* p. 1769, 28.

Ibid. Σκυθικαὶ, εἶδός τι ὑποδήματος κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*.

Col. 388. Σκῦτος, πᾶν δέρμα. ἀφ' οὗ καὶ σκυτεύς. Eadem habet *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 605. Confer etiam *Schol.* ad *Odyss.* ξ'. 34.

Ibid. Σκώλυξ, τὸ πρὸς τῇ γῇ οἴδημα τῆς θαλάσσης, οἷον τὸ προσαράσσον κῦμα. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1227. n. 3. extabat προσταράσσον. Lectio impressa προσαράσσον debetur conjecturae Doctissimi *Alberti*.

Col. 389. Σμικυνθίων, ὄνομα κύριον. Scribendum est ex *Harpocratione* ac *Demosthene* (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 676. pen.) Σμικυθίων.

Ibid. Σμιλεύματα. Vox haec sine interpretatione a *Photio* prolata occurrit apud *Aristophanem* in *Ranis* v. 837. ubi videndus *Spanhemius* ac *Dukerus*. *Suidas*: Σμιλεύματα, τὰ ἐκβαλλόμενα ὑπὸ σμίλης, ἀντὶ τοῦ διαγλύμματα, ἐρεθίσματα; ubi loco ἐρεθίσματα et apud *Suidam* et apud *Schol. Aristoph.* l. l. reponendum erit ἢ ξέσματα.

Ibid. Σμινύην, σκαφίον, ἢ δικέλλαν ἢ ἀξίνην. Excepta voce σκαφίον, quae mihi aliunde irrepsisse videtur, eadem habet *Timaeus* in *Lex. Platon.* p. 233. ubi videndus *Ruhnkenius*.

Ibid. Σμονοβδοῦν, συνουσιάζειν, καὶ τὸ σπληκοῦν ταὐτὸ τοῦτο σημαίνει· καὶ τὸ σποδοῦν. Loco σπληκοῦν in apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1231. exhibebatur πλεκοῦν, pro quo ipse σπλεκοῦν legendum esse conjecit, quod vide apud *Hesychium*. Pro σποδοῦν autem scribendum esse σποδεῖν, jam observatum est a me in *libello animadversionum* col. 98. s. v. σποδοῦν.

Ibid. Σμύξαι, καῦσαι. Respicit haec glossa ad *Iliad.* ι'. v. 649. κατά τε σμύξαι πυρὶ νῆας, ubi videndus *Eustathius* p. 781, 43.

Ibid. Σμώδιξ, μώλωψ, τὸ ἐκ πληγῶν οἴδημα. Eadem et longe plura habet *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 608. ubi conferendus *Villoisonius*. Occurrit vox apud *Homer. Iliad.* ψ'. 716. ubi conferendus *Eustathius* p. 1277, 8. et 217, 9. 24.

Ibid. Σμώχειν, σπουδῇ ἐνεργεῖν. Fortasse legendum est Σμοχθεῖν pro μοχθεῖν.

Ibid. Σοβάδες, αἱ διώκουσαι πόρναι. *Philo Jud. de profug.* p. 369. A. ed. *Genev.* ἡ τριοδῖτις σοβάς. Confer quoque *Schol. Aristoph.* ad *Pac.* v. 812.

Ibid. Σόλοι, οἱ μὲν Κύπριος πόλις, οἱ δὲ Κιλικίας. Ex *Harpocratione*. Meminit ejus quoque *Isocrates* in *Evagora* cap. 11. Hinc emendandus est articulus proximo antecedens, ubi loco Σικελίας e *Stephano Byzantino* (p. 677. ubi vide viros doctos) Κιλικίας reponendum est. Confer *Wesselingium* ad *Veter. Roman. Itiner.* p. 707. ac *Luc. Holstenium* ad *Steph. Byz.* s. h. v.

Ibid. Σόλον, δίσκον. *Homer. Iliad.* ψ'. 826. Confer *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 608.

Distinguunt Graeci inter δίσκον et σόλον, quorum ille sit *lapideus* sive λίθος τετρημένος, *lapis perforatus*, hic vero *ferreus* aut *aeneus*. Vide *Eustathium* ad *Iliad*. l. l. p. 1332, 7. et *Ammonium* in voce, ad quem plura notavit *Valckenarius* in *animadv*. lib. I, cap. 14.

Ibid. Σορὸς, μνῆμα, θήκη. In priore notione reperitur apud *Homerum Iliad*. ψ'. 91.

Col. 390. Σορίλλη, σκῶμμα εἰς τοὺς γέροντας, παρὰ τὴν σορόν (*Aristoph. Plut*. v. 277. ubi vid. *Schol*.). οὕτως Ἀριστοφάνης. Eadem e *Lexico Rhetorico* habet *Eustathius* ad *Iliad*. ψ'. p. 1289, 15.

Ibid. Σοφίαν, κοινὸν ἀπάτην, μάθησιν καὶ τὴν τέχνην κ. τ. λ. *Apollonius Soph. Lex. Hom*. p. 609. Σοφία, πᾶσα τέχνη, ubi respecit ad *Iliad*. ό. v. 412. Vide *Intt*. ad *Hesychium* s. v. σοφίης, ac *Eustathium* pag. 1023, 12.

Ibid. Σοφιστὴς, ἀπατεὼν — — λέγεται δὲ σοφιστὴς καὶ ὁ διδάσκαλος ὁ σοφίζων κ. τ. λ. Ante σοφίζων inserenda est particula ὡς. Vide *Schol. Aristoph*. ad *Nubes* v. 330. et *Stanlejum* ad *Aeschyli Prometh*. v. 62.

Ibid. Σπαργῶσα, ἀνθοῦσα, ἢ σπαραττομένη ὑπὸ θλίψεως, καὶ δεομένη ἐκκρίσεώς τινος. Excepta voce ἀνθοῦσα, quae ex alio glossario adjecta videtur, eadem habet *Timaeus* in *Lexico Platonico* p. 234. ubi omnium optime de hac voce exposuit *Ruhnkenius*. Referenda autem videtur haec glossa ad *ubera ita distenta ac turgentia, ut lac stillent. Eurip. Bacch*. v. 700. Confer *Hesychium* s. v. σπαργᾶν. *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 48. Σπαργῶντι, ὁρμῶντι, ὀργῶντι, ταραττομένῳ ἢ ἀνθοῦντι. λαμβάνεται δὲ καὶ ἐπὶ τῶν μασθῶν πεπληρωμένων γάλακτος.

Ibid. Σπαργῶσιν, ὀρεκτικῶς καὶ ἐπιθυμητικῶς ἔχουσιν. De *iis*, *qui semine turgent, ac in Venerem tument*, haec vox adhibita reperitur apud *Platonem* in *Phaedro* pag. 348. F. Confer *Foësii Oecon. Hippocr*. p. 578.

Col. 391. Σπαρτήπολις, ὁμόγραυς. Suspicari fortasse aliquis posset, legendam esse: Σπάρτη, πόλις, ut *Hesychius* habet, sed tunc addita vox ὁμόγραυς nihil haberet, ad quod referri possit. Consultius igitur esse videtur legere: Σπαρτοπόλιος, ἡμιγραῦς. Σπαρτοπόλιος enim (pro quo interdum Σπαρτιοπόλιος, idem quod σπανοπόλιος, dici solet) est idem quod μεσαιπόλιος (*Schol. Homer. Iliad*. ν'. 361. Μεσαιπόλιος, ὁ λεγόμενος Σπαρτοπόλιος, ᾧ διεσπαρμέναι εἰσὶν αἱ πολιαί. ὁ μεσῆλιξ.) adeoque significat: *semicanum, cui sparsi sunt per tempora cani*. Confer *Pollucis Onom*. lib. IV. sect. 133 et 134.

Ibid. Σπεῖσαι, ἐκχύσαι, προσενέγκαι, περιρᾶναι, θῦσαι. Loco περιρᾶναι non dubito reponendum esse περιῤῥᾶναι. Occurrit vox σπεῖσαι apud Daniel. II, 46. et *Homer. Odyss*. γ'. 47.

Ibid. Σπερμολόγος, λέγεται μικρὸν ὀρνιθάριον κωλυῶδες (*Codex D*. habet κολιῶδες. At ego reponendum esse judico ex *Harpocratione* κολοιῶδες, h. e. *graculo similis*.) σπερμολόγος ὠνομασμένον κ. τ. λ. Confer *meum Lexicon N. T*. s. h. v. Loco ἀναλέγειν rectius fortasse legetur συλλέγειν.

Ibid. Σπερχνὸς, τραχύς. Lege: Σπερχνὸς, ταχὺς, e correctione, quam jam *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. protulit. *Galenus* in *exposit. dict. Hippocr*. p. 564. Σπερχνὴ, ἐπείγουσα, συνεχής. Vide *Hippocrat. de vict. rat. in morb. acut*. p. 58, 64. *Hesiodi scutum Herc*. v. 454. ac *Foesii Oecon. Hippocr*. p. 579.

Ibid. Σπερχόμενος, ἐπειγόμενος. Eadem habet *Apollonius Soph. Lex. Hom*. p. 609. Confer *Iliad*. λ'. 110. et ψ'. 870. ac *Eustathium* p. 1348, 13.

Ibid. Σπήλυγξ, σπήλαιον. Usi sunt hac voce *Lycophron* v. 46. (ubi *Scholiastes ineditus Vitebergensis* per πέτραν interpretatus est) ac *Crinagoras Mitylenaeus* in *Brunckii Analectis* T. II. p. 141. n. 7. cujus verba etiam attulit *Suidas* s. h. v. In loco *Dionysii* (apud *Athenaeum* lib. IX. p. 401.)

legere licet: νυμφῶν ὑπὸ σπήλυγγα, h. e. *antrum Nympharum*. *Hesychii* glossa, qua σπήλυγγες esse dicuntur τὰ κοῖλα τῆς γῆς, σπήλαια, spectat ad *Apollonii Rhod.* L. II. v. 570.

Ibid. Σπιθαμὴ, τοῦ βίου τὸ ἐλάχιστον. Pertinet haec glossa, quam etiam *Suidas* habet, ad *Psalm.* XXXVIII. v. 7. ubi *Symmachus* habet: ὡς σπιθαμὰς ἔδωκας τὰς ἡμέρας μου, quod miror nec a *Küstero* ad *Suidam*, nec ab *Ernestio* in *Glossis sacris Suidae et Phavorini* notatum esse.

Col. 392. Σπιλάδες, αἱ ἐν ὕδατι κοῖλαι πέτραι κ. τ. λ. Totus hic articulus reperitur quoque apud *Apollonium Soph. Lex. Hom.* p. 611. ubi in fine pro ἐπειλημμένας exstat πεπιλημένας, ἀπειλημμένας autem ex apographo suo *Photii* attulit *Villoisonius*. Confer *Schol.* ad *Odyss.* έ. v. 405. ac *Eustathium* p. 1468, 27.

Ibid. Σπινὸς, διὰ τοῦ ἑνὸς ν λέγουσιν. Ἀριστοφάνης Ταγηνισταῖς. Reponendum sine dubio est accentu retracto Σπῖνος, quod est εἶδος στρουθοῦ, teste *Schol. Aristoph.* ad *Pacem* v. 1148.

Ibid. Σπλήνιον, οὐ τὸ φάρμακον, ἀλλὰ τὸ ὀθόνιον. καὶ σπλῆνα αὐτὸ τὸ πτύγμα τοῦ ὀθονίου. In *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1249. n. 15. legebatur ἀντὶ τοῦ τύγμα loco impressi αὐτὸ τὸ πτύγμα, ubi *Alberti* recte conjecit: ἀντὶ τοῦ, πτύγμα. Caeterum confer *Aelian. Hist. anim.* VIII, 9. ubi ἐπίδεσμα et σπλήνια junguntur, et *Paul. Aegin.* IV, 5. nec non *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 579 sequ.

Ibid. Σποδοῦν, τὸ συνουσιάζειν καὶ τύπτειν, ὡς παῖσαι. καὶ πατάξαι τὸ αὐτό. οὕτως Ἀριστοφάνης. Notatis a me ad hunc articulum in *libello animadversionum* adde: *Schol. Luciani* in *Cataplo* cap. 12. Vol. III. *Opp.* ed. *Bip.* p. 189. Σποδεῖν, τύπτειν, ὡς Ἀριστοφάνης πολλάκις. κυρίως δὲ τὸ καθαίρειν τοὺς βωμοὺς τῆς σποδοῦ. καὶ τὰ ἐπὶ τῆς σποδοῦ βινεῖν, ὡς ἐνταῦθα. etc. Idem: Ἐσπόδει] ὑβριστικῶς ἠφροδισίαζεν.

Ibid. Σποδιοῦσιν, ἐν σποδῷ ὀπτήσουσιν. οὕτως Πλάτων. Scilicet *Polit.* II. p. 427. E. edit. *Lugd.* ubi *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* edita p. 151. σποδιοῦσι, ἀντὶ τοῦ, εἰς σποδὸν, ἤτοι εἰς ἀνθρακίαν ἐσβεσμένην ἑψήσουσι.

Col. 393. Σπουδαρχιάσας, ἐπιθυμήσας ἄρξαι κ. τ. λ. Post σπουδάζων in sequentibus exciderunt sine dubio verba περὶ τῆς ἀρχῆς. Vox σπουδαρχιᾶν, qualis Latinorum *senaturire*, extat apud *Aristotelem* lib. V. cap. 5. *Politicor.* ac *Dion. Cass. Histor. Rom.* lib. LV, 5. Vol. II. p. 775, 69. ed. *Reimari*.

Ibid. Στάδιον, ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος — Δίων ἐν λθ' Ῥωμαϊκῶν. (scilicet cap. 43. Vol. I. p. 212, 9. ed. *Reimari*.) τῷ δὲ δὴ κ. τ. λ.

Ibid. Σταθερὸν, ὀξὺν, ἰσχυρὸν — — καὶ σταθερὰν μεσημβρίαν ἐν Φαίδρῳ Πλάτων. Nempe p. 342. G. (seu Tom. X. *Bipont.* p. 311.) ὡς σχεδὸν ἤδη μεσημβρία ἵσταται, ἡ δὴ καλουμένη σταθερά. De μεσημβρία σταθηρᾷ vide interpretes ad *Alciphron.* lib. III. Ep. 12. Tom. II. p. 52. ed. *Wagner*.

Col. 394. Σταθμὸς, οὐ τὸ διάστημα τῆς ὁδοῦ, ἀλλὰ ἡ κατάλυσις. *Gloss. Herodot.* p. 176. Σταθμὸς, στρατιωτικὴ κατάλυσις, ὁδοῦ μέτρον, κατάλυμα. *Philemon Grammat. MS.* (teste *Brunckio* in *Lexico Sophocleo* s. h. v. Σταθμὸς, ἡ ἔπαυλις, ἣν Σοφοκλῆς (in *Oedip. Tyr.* v. 1139.) Σταθμὰ λέγει. Vide *Herodot.* V, 52. ac *Wesselingium* ad *Itinerarium* p. 551.

Ibid. Σταθμοῖς, ἐξέβαλε τοὺς σιαγόνας, οἷον τοῖς φλειοῖς. Corruptum hunc ac depravatum locum ita restituendum esse judico: Σταθμοῖς ἐξέβαλε τὰς σιαγόνας, οἷον ταῖς φλιαῖς; ita ut verba: Σταθμοῖς ἐξέβαλε τὰς σιαγόνας ex ullo aliquo scriptore sint desumta, verba autem: οἷον ταῖς φλιαῖς explicationem vocis Σταθμοὶ exhibeant. Σταθμοὶ enim sunt teste *Polluce* (lib. I. cap. 8. sect. 76.) τὰ ἑκατέρωθεν ξύλα, κατὰ πλευρὰν τῶν θυρῶν, ἃ καὶ παραστάδας φασίν. Eandem significationem habet quoque φλιὰ auctore *Hesychio*, qui φλιὰς per τῆς θύρας παραστάδες interpretatus est. Hinc *Proverb.* VIII, 34. pro eo, quod *Alexan-*

drini habent: σταθμοὺς ἐμῶν εἰσόδων, *Theodotion* in versione sua posuit: Φλιὰς θυρῶν μου. Caeterum non prorsus alienum erit ab hoc loco monere, in *Lexico Kimchii* מזוזות *postes* voce *Talmudica* vocari לחיי המזוזות h. e. *maxillas ostiorum*, ac *Exod.* XII, 7. verba *Alexandrinorum* ἐπὶ τῶν δύο σταθμῶν in *versione Arabica Erpeniana* expressa esse hoc modo: علي زوج العضادتين h. e. *super duas maxillas*. Confer *Bocharti Hieroz.* lib. II. c. 50. T. I. p. 679. ed. *Rosenmülleri*.

Ibid. Σταθμούς. Ἀριστοφάνης δράμασιν αὐτοῖς. Vox αὐτοῖς nullo modo hic locum habere potest. Scribendum fortasse δραμάτων ἀναγραφαῖς. Ἀναγραφαὶ δραμάτων editae sunt a *Callimacho*, item ab *Aristophane Byzantio*. Vide *Athen.* lib. VIII. pag. 336. E. Tribuitur etiam *Aristophani Comico* fabula Δράματα inscripta, de qua videndus est *Schweighaeuserus* in *Indice auctorum ab Athenaeo citatorum* T. IX. p. 52 sequ. unde fortasse in *Photio* scribendum est ἐν τοῖς δράμασιν, aut δράμασιν simpliciter, omisso αὐτοῖς.

Ibid. Στατὴρ, τετράγραμμον νόμισμα. Loco τετράγραμμον scribendum esse τετράδραχμον, ex iis apparet, quae *Photius* ipse infra s. h. v. habet. — Paulo post perperam legitur ἐξάγιον, ubi recta scriptura est ἑξάγιον, quod dicitur quasi ἑξάκιον, ab ἕξ, ut *sextula* Latinis.

Ibid. Σταμνίονες, τὰ ἐν ταῖς σχεδίαις ὀρθὰ πεπηγότα ξύλα. Σταμνίονες est corrupta lectio, mutanda in Σταμῖνες, quod legitur apud *Homer. Od.* έ. 252. et vide apud *Hesychium*.

Ibid. Στασιώτης. Ἀντιφῶν ἐν τῷ περὶ τῆς — — περὶ τοίνυν ὧν ἀπόκληξις (Cod. D. Ἀπόληξις. Scribendum est Ἀπόληξις, *Apolexis*, ut sit nomen proprium viri. Ita *Harpocration*, e quo hic articulus desumtus est.) κατηγόρηκεν ὁ στασιώτης, ἦν ἐγὼ καὶ ὁ πάππος ὁ ἐμὸς (Scribe et distingue: ὁ στασιώτης ἦν ἐγὼ, καὶ ὁ πάππος ὁ ἐμὸς, aut: ὅτι στασιώτης ἂν ἦν ἐγὼ κ. τ. λ. *Valesius* correxit: ὡς vel οὐ στασιώτης ἦν ἐγὼ) κ. τ. λ.

Col. 395. Στείβοντες, πατοῦντες. E *Schol. Homeri Iliad.* λ'. v. 534. Confer *Eustathium* p. 778, 53.

Ibid. Στέμφυλον, τὸ ἔκδυμα τῆς σταφυλῆς ἢ τῶν ἐλαιῶν, οἷς ἀντὶ ὄψων ἐχρῶντο. Videntur *Photius* ac *Suidas*, apud quem eadem leguntur, ob oculos habuisse *Timaei* glossam in *Lexico Platonico* p. 239. hanc: Στέμφυλα, ἐλαιῶν καὶ σταφυλῶν ἀποπιέσματα, οἷς ἀντὶ ὄψων ἐχρῶντο. Confer quoque *Eustathium* p. 1963, 60. ac *Schol. Aristoph.* ad *Nubes* v. 46.

Col. 396. Στενωπὸς, στενορύμη διόδων. Mallem legere: στενὴ ῥύμη, δίοδος. Vide *Eustathium* p. 1719, 36.

Ibid. Στεργέτω, οἷον στεγέτω, ὑπομενέτω, οὕτως Πλάτων. Ita usus quoque est hac voce *Lycophron* in *Cassandra* v. 525. ubi *Scholiastes ineditus Vitebergensis* per ὑπομένειν interpretatus est. Confer *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* col. 1679.

Ibid. Στερίφοις, στερεοῖς, ἢ πικροῖς. Loco πικροῖς e *Suida* reponendum est πυκνοῖς.

Ibid. Στερτοὶ, στεῤῥοὶ, πεπηλημένοι. Non uno modo corrupta ac vitiata est haec glossa. Loco Στερτοὶ enim, quod Lexicographi ignorant, reponendum est Στιπτοὶ (h. e. *stipati*, *densati*, a στίπω, quod est idem ac στίβω), ac pro πεπηλημένοι scribendum est, vel una literula mutata, πεπιλημένοι.

Ibid. Στεροπὴ, ἀστραπὴ ἢ λαμπηδών. *Homer. Iliad.* λ'. v. 66. Confer *Eustathium* p. 786, 12.

Ibid. Στλεγγὶς, ἡ ξύστρα. καὶ στλεγγιζόμενος, ἀποξυόμενος, Ἀριστοφάνης Γηρασί. παιδαρίοις κ. τ. λ. Scribe: Ἀριστοφάνης Γήρᾳ. εἰ παιδαρίοις κ. τ. λ. Ita quoque *Suidas*, qui etiam in sequentibus lectionem Cod. D. δεῖ σφαῖραν loco impressi δεῖς φέρων auctoritate sua tuetur.

Ibid. Στεφάνη, ὄρους ἐξοχή. Sic legitur apud *Homerum Iliad.* ν'. v. 138. Confer ad hunc pariter ac sequentem articulum *Apol-*

Apollonii Soph. Lex. Homer. p. 613. ac *Eustathium* p. 925, 12.

Ibid. Στεφανηφόρος, Ἀντιφῶν ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα — — ἢ μήποτε τοῦ ἀστικοῦ (scribendum Ἀττικοῦ) — — Ἑλλάνικος ἐν κ' (legendum β') Ἀτθίδος. Ex *Harpocratione.* Confer *Sturzium* ad *Hellanici Lesbii fragmenta* p. 59 sequ.

Ibid. Στεφανῶν τοὺς νενικηκότας, ἀντὶ τοῦ τιμῶν. ὡς Δημοσθένης κ. τ. λ. Desumta haec sunt ex *Harpocratione*, qui quoque verba graeca ex *Demosthenis* Oratione de *falsa legatione* attulit.

Col. 397. Στήλας, θεμελίους. Confer *Schol. Iliad.* μ'. 259. et *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 614.

Ibid. Στηνία (reponendum Στήνια), ἑορτὴ Ἀθήνῃσιν κ. τ. λ. Confer *Küsterum* ad *Suidam* s. h. v.

Ibid. Στιβαρὸν, ἰσχυρόν. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 617. στιβαραῖς, ἰσχυραῖς. Confer *Iliad.* μ'. v. 397. et ψ'. v. 686.

Ibid. Στῖφος, τάξις πολεμική, ἢ φάλαγξ κ. τ. λ. E *Schol. Aristophanis* in *Equit.* v. 848.

Col. 398. Στοὰν, καὶ σὺν τῷ ι στοιὰν, ἑκατέρως λέγουσιν. Στοιὰς et Στοιὰν habet *Aristophanes* in *Eccles.* v. 672 et 680. Confer similia apud *Maittaire de dialectis l. gr.* p. 400. ed. *Sturzii.*

Ibid. Στοιχομυθεῖν, ἐφ' ἑξῆς λέγειν. *Hesychius* habet: τὸ ἐφεξῆς λέγειν.

Ibid. Στοῖχος, στίχος, καὶ περιστίχους ἐλαίας εἴρηκεν Δημοσθένης — — βλάβης. Vol. II. *Oratt. GG.* pag. 1251, 23. ed. *Reisk.*

Ibid. Στόμαχος, λαιμός. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 615. Στομάχοιο θέμεθλα (*Iliad.* ρ'. 47.), τὴν φάρυγγα, στόμα τῆς κοιλίας. Confer etiam *Schol. Thucyd.* II, 49. ac *Eustathium* pag. 416, 32. et 1094, 23.

Ibid. Στόμις ἵππος, ἀπειθὴς καὶ βίαιος, ὃν τινὲς ἄστομον. *Hesychius* ac *Suidas* habent: Στομίας. *Photii* autem lectionem tuetur *Eustathius* ad *Odyss.* ε'. pag. 1538, 50.

Col. 399. Στέναχας (Scribe: Στοναχὰς), στεναγμούς. Ex *Homero* ejusque *Schol. Iliad.* β'. 36.

Ibid. Στορέσαι, στρῶσαι. Confer praeter *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 615. ac *Eustathium* p. 748, 20. et 778, 48. *Intt.* ad *Alciphron.* lib. I. Ep. 1. Tom. I. p. 7 sequ. ed. *Wagner.*

Ibid. Στόρθυγξ, τὸ ἄκρον τοῦ δόρατος, ἢ τὸ τοῦ βέλους σιδήριον. Confer *Schol. Hom. Iliad.* ν'. 443.

Ibid. Στράβαξ, ὄνομα κύριον. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Στραγεύει, διαβάλλει, οὐκ εὐθὺς πορεύεται κ. τ. λ. Scribendum ex *Hesychio* Στραγγεύει, et e Doct. *Alberti* conjectura ἀναβάλλει pro διαβάλλει. Eodem modo et in proxime sequente articulo:

Ibid. Loco Στραγὸς, ἀναιδὴς, σκόλιος κ. τ. λ. reponendum est Στραγγὸς, quod lectionis vitium etiam *Suidae* eximendum est. Sic etiam in sequentibus, ubi legitur:

Ibid. Στραγώτερος, ἀναιδέστερος, scribendum est Στραγγότερος.

Ibid. Στρατηγίς, ἠγάβη. οὕτως Φερεκράτης. Loco ἠγάβη *Codex D.* habet ἠγανή. Sed nec hoc mihi placet. Malo ἡγήτρια aut ἡγήτειρα. Occurrit vox στρατηγὶς apud *Aristoph. Eccles.* v. 866. et *Demosthenem* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 1162. ult. ubi στρατηγὶς ναῦς est *navis, qua imperator classis vehitur.*

Ibid. Στρατιὰ (*Harpocration* habet: Στρατεία, quod praefero) ἐν τοῖς ἐπωνύμοις. Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ τῆς παραπρεσβείας (In hac oratione non reperitur formula στρατιὰ ἐν τοῖς ἐπωνύμοις, sed στρατεία ἡ ἐν τοῖς μέρεσι καλουμένη, Vol. III. *Oratt. GG.* pag. 330. ed. *Reisk.* Suspicor igitur, coaluisse duas glossas ita constituendas: Στρατεία ἐν τοῖς μέρεσι. Αἰσχίνης ἐν τῷ περὶ παραπρεσβείας. (Confer *Suidam* s. v. τερθρεία.) Στρατεία ἐν τοῖς ἐπωνύμοις κ. τ. λ.) — — εἰσὶν γὰρ φησὶν ἐπώνυμοι διττοὶ (διττοὶ ex-

cidit e textu *Photii*), δέκα —— λελευκασμένα (*Harpocration* λελευκωμένα) —— καὶ ἐπεγράφοντο αὐτοῖς. (Punctum post αὐτοῖς delendum est.) ὅ τε ἄρχων, ἐφ' ὃν (lege ἐφ' οὗ) ἐπεγράφησαν, καὶ ἐπώνυμος ὁ τῷ προτέρῳ (adde ἔτει) ἐπιδεδημηκὼς κ. τ. λ.

Col. 400. Στρατιὰ, τὸ τῶν στρατιωτῶν ὑπὸ ἕνα ἔπαρχον τάγμα. et

Ibid. Στρατεία, ἡ ἐνέργεια καὶ ὥσπερ πάλη. Utraque glossa ad *Timaeum* auctorem referenda est. Priorem solam *Suidas* descripsit. De discrimine harum vocum copiose *Ruhnkenius* ad *Timaeum* disputavit.

Ibid. Στρατηγιᾷν, ἐπιθυμεῖν τῆς στρατηγίδος. Lectio στρατηγίδος (de qua voce supra est a me expositum) locum hic habere nequit. Malim itaque στρατηγίας.

Ibid. Στρατηγοί, οἱ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν χειροτονούμενοι κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*.

Ibid. Στρατοπεδευσάμενοι, ἀπληκεύσαντες. Voce ἀπληκεύειν, quae notat *castra metari*, recentiores Graecos usos fuisse, multis exemplis docuit *Du Cangius* in *Glossario med. et inf. Graec.* fol. 98.

Ibid. Στρεπτοὺς, πλακούντων εἶδος, ὡς Δημοσθένης ὑπὲρ Κτησιφῶντος. Scilicet Vol. I. *Oratt. GG.* p. 314, 1. Ex *Harpocratione*. Confer *Athenaei Deipnos.* lib. XIV. pag. 645. b.

Ibid. Στρέψα πόλις τῆς Θράκης. καὶ οἱ πολῖται Στρεψαῖοι. Confer *Harpocrationem*, qui eadem habet, ac *Steph. Byz.* pag. 681. Meminit ejus quoque *Aeschines* in *Oratione de falsa legatione* Vol. III. *Oratt. GG.* pag. 31, 38.

Col. 401. Στρῆνον (Scribendum Στρηνὸν ex *Etymol. M.* c. 730. lin. 21.), οἱ μὲν τὸ ὀξὺ καὶ τὸ ἀνατεταμένον κ. τ. λ. Confer *Schol. Apollon. Rhod.* ad *Argon.* II, 223.

Ibid. Στριφνὸς, σφιγκτὸς, στεραιός. Loco στεραιὸς necessario scribendum est στερεός. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 1279. n. 8. σφιγγτὸς perperam exstabat pro σφιγκτός.

Ibid. Στρόβηλοι, καὶ αἱ κοχλίαι, καὶ οἱ θαλάσσιοι κήρυκες κ. τ. λ. In lectione Στρόβιλοι pro Στρόβηλοι consentiunt omnes Lexicographi veteres pariter ac recentiores. Eodem mendo laborat quoque sequens articulus. In eodem articulo, ubi legitur: καὶ στρόβλος, εἶδος ὀρχήσεως, etiam στρόβιλος reponendum est pro στρόβλος. Fuisse autem στρόβιλον *genus saltationis lascivae*, diserte tradit *Athenaeus* lib. XIV. cap. 27. p. 630. a. In fine hujus articuli legitur: καὶ ὁ τοῦ δένδρου καρπός. Per δένδρον esse *pinum* intellegendam, partim e sequente articulo intellegitur, partim ex iis apparet, quae *Athenaeus* lib. II. p. 57. c. habet. Confer quoque *Interpretes* ad *Athen.* VII. p. 316. e.

Ibid. Στροβῆσαι, συστρέψαι κ. τ. λ. Quanquam notio voci στροβῆσαι h. l. subjecta in dubium vocari nequit, tamen e sequentibus luculenter apparere mihi videtur, *Photium* aut Στροβιλῆσαι aut Στροβιλίσαι scripsisse.

Ibid. Στρόμβος, ῥόμβος, ἀπὸ τοῦ περιστρέφεσθαι. Eadem quoque habet *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 616. Confer *Etymol. M.* s. h. v. *Iliad.* Ξ'. v. 413. ac *Eustathium* p. 995, 62.

Ibid. Στρομβηχίδης. ὄνομα κύριον. Ex *Harpocratione*, qui rectius Στρομβιχίδης habet. Aliquoties ejus mentionem facit *Lysias*, v. c. Vol. V. *Oratt. GG.* p. 453, 3. et 850, 10. Confer quoque *Athenaeum* III, 98. a. et VI, 230. d.

Ibid. Στρούθης, σατράπης τις βασιλικὸς ἦν. *Harpocration*, qui eadem habet, laudat hanc in rem *Lysiae Orationem contra Thrasybulum*.

Ibid. Στρουθὸς, ὁ λελοβημένος. Quid sit illud λελοβημένος, mihi, ut ingenue fatear, prorsus non liquet, nec habent hanc vocem Lexica. Nec tamen desperandum erit de restitutione hujus loci. Videtur enim mihi aliquid obscoeni in hac voce latere, ad quam conjecturam facile quilibet deducetur, qui scit, Στρουθὸν apud Graecos

etiam *hominem lascivum* ac *Veneri nimis indulgentem* notare, teste ipso *Hesychio*, cui στρουθὸς est ὁ καταφερὴς καὶ λάγνος, unde στρουθιασμὸς *petigo* in *Vett. Gloss.* Quid igitur, si in *Photio* vel una literula mutata λελοπημένος, h. e. *cortice turgescens*, legatur? quod de *homine qui semine turget et in Venerem tumet* aeque commode dici potest, ac de eodem vox σπαργᾷν adhibetur, de qua supra est a me expositum. Confer quoque *Phavorinum* s. v. λοπός.

Ibid. Στρομφίδες, νῆσοι μεταξὺ Ζακύνθου καὶ Ἰλίαδος κείμεναι. Loco Ἰλίαδος *Harpocration*, e quo haec desumta sunt, Ἤλιδος habet.

Ibid. Στροφάλιγγι, τῇ συστροφῇ. E *Schol.* ad *Iliad.* φ'. 503. (ubi de *pulveris turbine* adhibetur), e quo emendandus est *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 616. In oraculo apud *Suidam* v. Ἰουλιανός· ἀμφὶ θυελλείησι κυκώμενον ἐν στροφάλιγξι. *Apollon. Rhod.* IV, 140. καπνοῖο στροφάλιγγες. Confer quoque *Eustathium* p. 1953, 61. ac *Sturzium* ad *Empedoclis* carmin. v. 137. p. 576.

Ibid. Στρόφιον, τὸ στρογγύλον ζωνάριον. Ἀριστοφάνης· τὸ στρόφιον ἤδη λύομαι. Confer *Schol. Aristoph. ad Thesmoph.* v. 146.

Ibid. Στροφιοπανοῦργος, τὸν δεσμόν. Ἡρόδοτος. Legendum est satis probabili conjectura: Στρόφιον, πανοῦργον, seu Στρόφιος, πανοῦργος. τὸν δεσμὸν Ἡρόδοτος. hoc sensu: Στρόφιος interdum *versutum et callidum* (qui ab *Aristophane* in *Nubib.* v. 450. στροφὶς dicitur, ubi videndus *Berglerus*), *qui strophas colit*, notare: στρόφιον autem etiam esse, v. c. apud *Herodotum*, *redimiculum*, de qua posteriore notione ipse *Photius* in antecedentibus exposuerat.

Col. 402. Στρωτὴρ, τὰ μικρὰ δοκίδια τὰ ἐπάνω τῶν δωροδοκῶν τιθέμενα, στρωτῆρας ἔλεγον. Vox δωροδοκῶν in hoc articulo aperte est vitiosa. Tentabam aliquando δομοδοκῶν seu δόμου δοκῶν, ut sermo sit de *trabibus majoribus*, *quibus aedificium continetur.* Sed longe facilius est emendare δοροδόκων, aut δουροδόκων, ut legitur in *Harpocratione*, e quo hic locus est desumtus. Confer Intt. ad *Pollucis Onom.* lib. X. sect. 157, 172 et 173.

Ibid. Στρύφον, στρυφνὸν, σκληρόν. Στρύφον expungendum ac e varia lectione ortum esse arbitror. Confer *Ruhnkenium* ad *Timaeum* p. 237.

Ibid. Στρύμη, νῆσος, ἄποικος Θασίων. ἔστιν δὲ ἐμπόριον Θασίων. Vide *Harpocrationem*, cujus locum in compendium redegit *Photius.* Meminit hujus loci *Demosthenes* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 163, 18. et Vol. II. p. 1213, 19.

Ibid. Στυγεῖ, μισεῖ ἢ φοβεῖται. In priore notione reperitur apud *Homer. Iliad.* θ'. v. 370. in posteriore autem *Iliad.* ά. v. 186.

Ibid. Στύραξ, ὁ σαυρωτὴρ καλούμενος, ἢ τοῦ δόρατος ἀρχὴ, ἐφ' ᾗ στηρίζεται. Est glossa *Timaei*, quam totam etiam descripsit *Suidas.* Vide quoque *Eustathium* p. 795. l. 35. Vox ἀρχὴ h. l. *extremitatem* notat, quam notionem explanarunt *Casaubonus* ad *Aeneae Tactica* p. 1746. et *Intt.* ad *Eurip. Hippolyt.* 752.

Ibid. Στύραξ, τὸ κάτω τοῦ δόρατος τραχήλιον κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Στυφελίξαι, σεῖσαι, κακῶσαι, διῶξαι. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 617. explicat per διασεῖσαι. Confer *Iacobsii anim. in Anthol. Graec.* Vol. II. P. II. p. 340. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 592.

Ibid. Στωμύλος, λάλος, πολύκομψος, πιθανολόγος, εὐτράπελος, ἔφεδρος τῶν λόγων, ἀπατεὼν, κόλαξ. Desumta haec sunt e *Schol. Aristoph.* in *Pac.* v. 994. Confer etiam *Schol. Biseti* ad *Thesmoph.* v. 468. — Pro ἔφεδρος τῶν λόγων *Schol. Luciani* in *vitarum auctione* cap. XV. Vol. III. *Opp.* p. 98. ed. *Bip.* ἔφορος τῶν λόγων sensu eodem habet.

Ibid. Συβαριτικοὶ λόγοι, οἱ ἀσώπειοι. In textum recipienda est lectio Cod. D. οἱ Αἰσώπειοι. Confer *Hesychium* s. v. Συβαριτικοὶ, ibique *Intt.*

Ibid. Συβήνη, ἡ δερματίνη αὐλοθήκη, ἢ ἡ φάρετρα. Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνης. Scilicet v. 1204. ubi autem *Brunckius* ac *Invernizius* συβίνη edi jusserunt. Confer etiam *Pollucis Onom.* X, 153.

Col. 403. Συγγραφῆς, ἄνδρες ᾑροῦντο, ἵνα κ. τ. λ. E Cod. D. reponendum est Συγγραφεῖς, quod quoque habet *Harpocration*, qui omnino hic conferendus est.

Ibid. Συγκλύδων, συμμίκτων, ἐπηλύδων, παρεισάκτων. Vide *Thucyd.* lib. VII. cap. 5. *Aristides* Tom. II. p. 8. jungit σύγκλυδας et πανταχόθεν συμπεφορημένους.

Ibid. Συγκομιδὴ, ὡς ἐπὶ καρπῶν. Θουκυδίδης ἐν γ'. καὶ ἐν συγκομιδῇ καρπῶν ἦσαν. Verba haec reperiuntur lib. III. cap. 15. ubi autem nunc legitur: καὶ ἐν καρποῦ ξυγκομιδῇ ἦσαν. Sic enim semper haec vox scribitur apud *Thucydidem*, v. c. lib. II. cap. 52. et alios, qui laudantur in *Indice Graecitatis* s. h. v. — De loco *Lysiae* in fine hujus articuli laudato conferendus est *Index Scriptorum a Photio laudatorum* col. 504.

Ibid. Συηνία, καυηνία, ἀμαθία, σκαιότης, παρὰ Φερεκράτει κ. τ. λ. Pro καυηνία Codex D. aeque vitiose καὶ συνηνία habet. Reponendum sine dubio est: καὶ ὑηνία, hae enim voces unum idemque significant. Occurrit vox συηνία apud *Plutarchum* in *Gryllo* T. X. *Opp.* ed. *Reisk.* p. 111. ὅς γε καὶ νῦν ἐκ τῆς συηνίας φθεγγόμενος. Confer etiam *Zonarae Lex.* col. 1685. — In sequentibus pro συήνειν rectius scribitur συηνεῖν.

Col. 404. Συκίνη μάχαιρα, συκοφαντία. Mallem ex *Hesychio* legere συκοφάντρια. *Suidas* habet συκοφάντις, ubi tamen συκοφάντης exhibet *A. Schott. Proverb.* p. 536. Vide quoque *Erasmi adagia Chil.* I. *Cent.* VII. n. 85. p. 259.

Ibid. Σύκινον, ἀσθενές. ut latinum *ficulnus* pro *imbecilli*. Vide *Schol. Aristoph.* ad *Plut.* v. 947. ibique *Hemsterhusium*, *Schol. Theocrit.* ad *Idyll.* X, 45. *Intt.* ad *Alciphron.* lib. I. Ep. 39. Tom. I. p. 250 sequ. edit. *Wagner.* ac *Erasmum* l. l. p. 258 sequ.

Ibid. Σύλαι (scribe Σῦλαι), αἱ συλώσεις παρὰ Δημοσθένει. Confer *Reiskii indicem graecit. Demostheneae* p. 701. *Schol. Demosthenis* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 109. σῦλαι, συλλήψεις.

Ibid. Σύλας, Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου (Vol. II. *Oratt. GG.* p. 927, 4.) — — ὥσπερ ἐξηγούμενος αὐτὸ (lege: αὐτὸν) — — τῷ τοιούτῳ (scribe: τοῖς τοιαύτοις) ἢ ὅτι ἀναιροῦνται τὰ ἀλλότρια (*Harpocration*, e quo sua hausit *Photius*, habet: ἢ ὅτι ἀφαιροῦνται βίᾳ τὰ ἀλλότρια) κ. τ. λ.

Ibid. Συλλογῆς, ὄνομα ἀρχῆς. Scribe Συλλογὴ, ut habet *Harpocration*, e quo haecce desumta sunt.

Col. 405. Συμβιβάσει, εἰς συμβίβασιν καὶ ὁμολογίαν ἐλθεῖν περί τινος. Est glossa *Timaei*, (respiciens *Platonis Polit.* VI. p. 477. B.) ubi videndus *Ruhnkenius*, qui probat *Küsteri* conjecturam, e qua pro Συμβιβάσει reponendum est Συμβιβάσαι.

Ibid. Σύμβολα, τὰς συνθήκας κ. τ. λ. Desumta haec sunt ex *Harpocratione*. Confer *Reiskii indicem graecit. Demosthen.* s. h. v. p. 703 sequ.

Ibid. Συμβούλους, τοὺς οἰωνοὺς Ἀττικοὶ λέγουσιν. *Apographum Alberti* ad *Hesychium* Tom. II. col. 1294. n. 17. Συμβόλους exhibet, quod praefero.

Ibid. Συμμορία, Δημοσθένης κατὰ Ἀφόβου (Vol. II. *Oratt. GG.* p. 815, 10.) — — ὁ γοῦν Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τῶν συμμοριῶν (Ibid. Vol. I. p. 182, 19 sequ.) ναῦς εἰσὶν (*Harpocration*, ex quo totus hic articulus desumtus est, habet: ὥςπερ νῦν εἰσὶν) — — λέγει τὴν αἰτίαν γράφων ταύτην (Scribendum ex *Harpocratione:* λέγει τὴν αἰτίαν, γράφων ταυτὶ) — — οἱ τῆς αὐτῆς αὐτοῖς (repone: αὐτοὶ) κ. τ. λ.

Col. 406. Συμπαίστορα, συμπαίζοντα. Confer *Xenophontis Cyrop.* I, 3, 12. *Verheyk.* ad *Antonin. Liberal.* XXI. p. 136. *Eustathium* p. 1594, 46. ac *Sturzii Lexic. Xenoph.* s. h. v.

Ibid. **Συμφραδμονες**, σύμβουλοι. Confer *Homer. Iliad.* β'. v. 372.

Ibid. **Συναιρόμενος**, συμβαλλόμενος, συνερχόμενος, συμβοηθῶν. Loco συνερχόμενος scribendum est **συνεργούμενος**, ut habet *Zonaras Lex.* col. 1692.

Ibid. Συγγραφεῖς, ἠθισμένον ἦν παρ' Ἀθηναίοις — — ὡς Ἰσοκράτης φησὶν (nempe in *Areopagitico* cap. 24.) — — καθὰ Θουκυδίδης ἐν τῷ ή (scilicet cap. 67.) κ. τ. λ.

Col. 407. Σύνδικοι. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατὰ Ἐλπαγόρου κ. τ. λ. Totus hic articulus ex *Harpocratione* desumtus est.

Ibid. Συνδούμενος, συνδεδεμένος. Confer *Ctes. Pers.* cap. 4.

Ibid. Συνδυάσω, συζευχθῶ, κοινωνήσω, συμπράξω. Pertinere videtur haec glossa ad *Psalm.* CXLI, 4. ubi in textu quidem συνδοιάσω reperitur, sed in variis lectionibus συνδυάσω. Derivanda autem est haec vox a σύνδυο, quae convenit cum σύντρεις, teste *Eustathio* p. 1638, 21.

Col. 408. Συνεύρησεν, συνέτυχεν. Loco Συνεύρησεν e *Suida* rescribendum est Συνεκύρησεν, aut ex *Cyrilli Lex. MS.* Συνέκυρσε.

Ibid. Συνελόχησεν, συνήθροισεν. Eadem quoque leguntur in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Apud *Suidam* perperam scribitur Συνελόχισε. Derivandum enim est a συλλοχάω, *colligo copias.* 1 Macc. IV, 28. συνελόχησεν ὁ Λυσίας ἀνδρῶν ἐπιλέκτων ἑξήκοντα χιλιάδας.

Ibid. Συνέμπορος, συνοδοίπορος. Est glossa *Timaei*, quae quoque est apud *Suidam*.

Ibid. Συνέπεσε γενέσθαι, ἀντὶ τοῦ συνέβη. οὕτως Ἰσοκράτης. v. c. in *Oratione* πρὸς Φίλιππον cap. 37.

Ibid. Συνέριθος, σύνεργος (idem tradit *Schol. Musaei* v. 11.), συνυφαίνουσα. Confer *Ruhnkenium* ad *Timaei Lexic. Platon.* pag. 242. ac *Eustathium* p. 1550, 4.

Ibid. Συνεψήσθη, συνελεπτύνθη. Videtur haec glossa pertinere ad Ierem. XXXI (XLVIII), 33. συνεψήσθη χαρμοσύνη καὶ εὐφροσύνη ἐκ τῆς Μωαβίτιδος. Confer *Biblii Thesaur. Philol.* Vol. III. p. 364.

Ibid. Συνήγοροι, ἐοίκασιν παρὰ Ἀθηναίοις τινὲς χειροτονεῖσθαι συνήγοροι κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Συνήσαν, συνῆλθον. Scribendum Συνῄεσαν.

Col. 409. Συνήορος, συνηρμοσμένη, συνήθης. Confer *Homer. Odyss.* θ'. v. 99. ibique *Schol.* ac *Eustathium* p. 1587, 15. et 1819, 36.

Ibid. Συνίστωρ, συνόμιλος, γνωστός κ. τ. λ. Loco γνωστὸς legendum videtur γνώστης ex *Hesychio* et *Lex. Cyrilli MS.*

Ibid. Συνουσιασμὸς, συμμιξία. Ita etiam *Suidas.* Sed scribendum est σύμμιξις, ut legitur in *Lex. Cyrilli MS.* Siracid. XXIII, 5. κοιλίας ὄρεξις et συνουσιασμὸς conjunguntur.

Ibid. Σύνταξις, ἀντὶ τοῦ συντεταγμένη οἴκησις. Δημοσθένης ἐν Φιλιππικοῖς (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 14, 27.) — — σύνταξις (lege συντάξεις) κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Συντελὴς, χρήσιμος. De hac notione conferendus est *Budaeus* in *Comment. l. gr.* p. 623 sequ.

Col. 410. Συντελεῖς, οἱ συνδαπανῶντες, καὶ συνεισφέροντες. τὸ δὲ πρᾶγμα συντέλεια καλεῖται. Ex *Harpocratione*, ubi videndus *Valesius.*

Ibid. Συντιμηθῆναι, τὸ πολλῆς τιμῆς γενέσθαι τὰ ὤνια, συντιμηθῆναι καλεῖται. οὕτως Δημοσθένης. scilicet Vol. II. *Oratt. GG.* p. 1285, 15.

Ibid. Συντροχάσαι, καταντῆσαι, πληρωθῆναι. Legendum suspicor κληρωθῆναι. Sic quoque apud *Hesychium* s. v. Συντροχάσει, κληρώσει reponendum erit loco πληρώσει.

Ibid. Συνωμοσία, ἡ μεθ' ὅρκου φιλία. Confer *Schol. Herodoti* ad I, 65. et *Ruhnkenium* ad *Timaeum* s. v. ἐνωμοτία.

Ibid. Συοβοιωτοί. σύες γὰρ ἐκαλοῦντο οἱ πάλαι Βοιωτοί. *Apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1314. n. 23. Συοβοιω-

τοὶ exhibebat, pro quo *Alberti* ex *Hesychio* Συοβοιωτοὶ correxit. Idem apographum in proxime sequente articulo

Ibidem, ubi legitur: Συοβαύβαλοι, ἐν οἷς οἱ σύες εὐνάζονται, pro εὐνάζονται habebat ἐσυάζονται, quod *Alberti* in εὐνάζονται mutavit.

Ibid. Σύργαστρος, ὕφορβος, ἐργάτης. Observatis a me ad hunc articulum in *libello animadversionum* addendum est: occurrere hanc vocem apud *Simm. Ar.* v. 14. ut me docuit *Maittaire* in libro aureo de *dialectis l. gr.* p. 402. ac *Alciphron.* lib. III. Ep. 19. ubi vide *Intt.* Tom. II. p. 67. ed. *Wagneri. Aem. Port. Lex. Dor.* ὄφις, παρὰ τὸ σύρειν τὴν γαστέρα.

Ibid. Συρμαία, τὸ καθαρτικὸν δι' ἐμέτων καὶ κοιλίας. καὶ συρμαΐζειν τὸ κενοῦσθαι. οὕτως Ἡρόδοτος. nempe II, 77, 88 et 125. *Lexic. Herodot.* p. 174. Συρμαΐζειν, καθαίρειν πόματι ἐκ ζειῶν καὶ ὕδατος. In *nova versione graeca Pentateuchi* e *Codice Veneto* Deut. XXIX, 5. vox συρμαία respondet hebraico שֵׁכָר, quod *cerevisiae speciem* notat. Caeterum copiose ac docte de hac voce post *Foesium* in *Oeconomia Hippocr.* p. 601, disputavit *Schneiderus* in *Lexico graeco* s. h. v.

Ibid. Σύριγγος, αὐλοῦ ἢ δορατοθήκης. Respexit *Homer. Iliad.* τ', 387. Adde quoque *Iliad.* κ'. 313.

Col. 411. Σύρφα, συρφετὸς, ὄλεφος. Pro ὄλεφος Codex D. habet ὄλετος. Neutrum rectum videtur. Scribendum fortasse est ὄχλος. Confer articulum proxime sequentem.

Ibid. Συρφετὸς, ἀγυρτώδης ὄχλος ἢ λόγος κ. τ. λ. cum quo conferenda sunt *Scholia in Platonem* a *Ruhnkenio* edita p. 17. Συρφετῷ] κονιορτῷ τῷ μετὰ κόπρων. οἱ δὲ, κοιμῶν, καὶ συρμὸς, καὶ σύρφη, φρύγανα. Adde *Lucian. Hermotim.* §. 1. Tom. IV. p. 2. ed. *Bip.* et ibid. §. 21.

Ibid. Σύροι πρὸς Φοίνικας. —— ἢ ὅτι ἑκάστοτε δι' ἔχθρας ἀλλήλοις ὄντα (lege ἀλλήλοις δι' ἔχθρας ὄντα) οὐδέποτε πιστῶς διαλλάττεται.

Ibid. Συσκιρραθέντες, συστραφέντες. Confer *Sturzii Lexicon Xenophonteum* s. h. v.

Ibid. Συσσιτίαι, τὰ δεῖπνα, ἃ κοινὰ ποιοῦνται οἱ Λακεδαιμόνιοι, καλεῖται δὲ καὶ φίτια, ἐπεὶ καὶ φιλίας ἐστὶ συναγωγά. Loco φίτια scribendum est φειδίτια, aut φειδίτεια, aut φιδίτια, aut, quod h. l. ob sequentia mallem, φιλίτια, ut legitur in *Scholiis in Platonem* a *Ruhnkenio* collectis p. 210. His enim omnibus vocabulis insigniri solita erat *sodalitas quaedam apud Spartanos simul epulari solitorum, sed cum parsimonia ac valde sobrie.* Incerti enim fuisse videntur scriptores veteres, utrum a *parsimonia* an ab *amicitia* nomen invenerit illud sodalitium. Confer *Meursii Miscell. Laconica* lib. I. cap. 9—11. *Erasmi Adagia* Chil. II. Cent. VIII. n. 51. p. 575. ac *Athenaei Deipnos.* lib. IV. cap. 19 et 22.

Ibid. Σύσυς, τοὺς Ἱπποκράτους υἱοὺς ἔλεγον, καὶ τοὺς Παναιτίου καὶ Μέμνονος εἰς ὑηνίαν κωμῳδοῦντες. In *apographo Ruhnkenii* ad *Timaei Lexic. Platon.* p. 262. loco Σύσυς legitur Σῦς. Respicitur hac glossa ad *Aristoph. Nub.* v. 997.

Ibid. Σφαγεῖον, τὸ ἀγγεῖον —— περισπᾶται ἡ δευτέρα συλλαβή. Confer *Müllerum* ad *Tzetzae Scholia in Lycophr.* T. I. pag. 35 sequ.

Ibid. Σφαδάζειν, φράσσειν κ. τ. λ. Scribendum βράσσειν. Facem nobis praefert *Hesychius* glossa: Σφαδάζει, βράζει.

Col. 412. Σφενδόνη, τοῦ δακτυλίου ἡ περιφέρεια ἢ εἰς λίθου βολήν. *Timaeus* in *Lexico Platonico* p. 244. (ubi videndus *Ruhnkenius*), e quo haec glossa est desumta, habet: τοῦ δακτυλίου ἡ περιφέρεια, ἢ εἰς λιθοβολήν. Confer *Corayum* ad *Heliodori Aethiopica* p. 152. *Foesii Oeconom. Hippocr.* p. 604. ac *Kirchmannum* de *annulis* cap. III. p. m. 15.

Col. 413. Σφιγανὸν, πολεμικόν. Ita legitur quoque apud *Suidam*, ubi *Küsterus* Σφιγανὸν in Σφριγανὸν mutari jubet. Sed ex *Timaei Lex. Platon.* p. 244. ubi legitur: Σφεδανὸν, καταπληκτικὸν, πολεμικὸν,

Ruhnkenius potius Σφεδανὸν legendum esse censet. Est glossa *Homerica, Iliad.* λ'. 165. π'. 372. φ'. 542. Confer quoque *Nicandri Theriaca* v. 642.

Ibid. Σφραγιδώνυχα, ἀργοκόμητα, καὶ ἐν τοῖς δακτυλίοις σφραγῖδα ἔχοντες λίθου ὄνυχος. Corrigendus est hic articulus ex *Aristoph. Nub.* v. 331. e quo est desumtus, hoc modo: Σφραγιδονυχαργοκομήτας, καὶ ἐν τοῖς δακτυλίοις σφραγῖδα ἔχοντας λίθου ὄνυχος. Confer quoque de hac voce *Etymolog. M.* c. 459, 7. et 739, 12.

Ibid. Σφριγῶν, νεάζων, αὔξων, σφύζων κ. τ. λ. Eadem glossa reperitur quoque apud *Schol. Luciani* in *Amor.* c. 12. Vol. V. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 269. Confer *Timaei Lex. Platon.* p. 244. ibique *Ruhnkenium* ac *Villoisonium* ad *Longum* p. 179 et 191.

Ibid. Σφοδρίας, στρατηγὸς Λακεδαιμονίων ὁ Σφοδρίας ἐστὶν κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Σχάσον, κατάπαυσον, μετάβαλε. *Schol.* ad *Aristoph. Nub.* v. 106. σχάζειν, καταλύειν, καταπαύειν. Confer *Eurip. Phoen.* v. 464. ubi vid. *Schol. Philostrat. Icon.* II, XV. p. 832. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 607.

Ibid. Σχελίδες (pro Σκελίδες), τὰ πλευρίδια κρέα. Ex *Eurip. Phoen.* v. 1422. Confer *Pierson.* ad *Moerid.* p. 361. *Scholiastes Luciani* in *Lexiphane* cap. 6. Vol. V. p. 184. ed. *Bipont.* Σχελίδες, τὰ ἀπὸ τῶν σκελῶν τῶν ζώων εἰς μῆκος ἀφαιρούμενα, ἅπερ φησὶν ἀκρονάρια.

Ibid. Σχέτλιος, ὀδυνηρὸς, χαλεπός κ. τ. λ. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 626.

Ibid. Σχηματιζόμενος, προσποιούμενος, ἢ συνταττόμενος. Est glossa *Timaei*, quam etiam *Suidas* et auctor *Etymol. M.* suam fecerunt.

Ibid. Σχήσειν, ἀνθέξειν. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 627. Σχήσεις (*Odyss.* λ'. 70.), προσέξεις.

Ibid. Σχήσεσθαι, ἐπισχηθήσεται. Malim legere: Σχήσεσθε, ἐπισχήσεσθε, ut glossa pertineat ad *Iliad.* ν'. v. 360.

Ibid. Σχήσουσιν, σχῶσιν, κρατήσουσιν, ἐφέξουσιν. Respicit haec glossa *Iliad.* λ'. v. 819.

Col. 414. Σχιστὸς ὁδὸς, ἡ μιξοδία. Legendum: Σχιστὴ ὁδός. Pertinet fortasse haec glossa ad *Sophoclis Oedip. Tyrann.* v. 733. ubi vid. *Schol.*

Ibid. Σχιζιάς (lege: Σχίζίας), ὁ τετανὸς καὶ ἰσχνός. Similiter vocem σχιζίας explicant *Scholia MSS. Cod. Moden.* in *Clement. Alex.* Προτρ. p. 26. Σχιζίας, λεπτὸς παρ' Ἀττικοῖς. οὕτω Διογενι ... Supple: Διογενιανός. Confer *Bastium* ad *Gregor. Corinth. de dialectis l. gr.* p. 241. De Hercule haec vox occurrit apud *Clementem Alex. Admonit.* p. 19. C.

Ibid. Σχῖνον, τὴν σκίλλαν, ἐν ᾗ διαμάσσονται οἱ καλλωπιζόμενοι ἕνεκα τοῦ λευκοῦν τοὺς ὀδόντας, ἀφ' οὗ καὶ ἠσχινίζεσθαι. *Etymolog. M.* col. 740, 47. et *apographum Kusteri* (Confer *ejusdem Praefationem* ad *Iamblichum de vita Pythagorae* n. 154.) habent: Σχῖνον, τὴν σκίλλαν, ἣν διαμασσῶνται οἱ καλλωπιζόμενοι ἕνεκα τοῦ λευκοῦν τοὺς ὀδόντας, ἀφ' οὗ καὶ τὸ σχινίζεσθαι, quod impressae lectioni longe praeferendum videtur.

Ibid. Σχοίνισμα, μέτρου μέρος. Legendum videtur: μέτρον, μέρος. Pro *mensura* vox legitur apud *Alexandrinos Intt.* Zach. XI, 7. 14. pro *parte* vel *portione* ibid. Deut. XXXII, 9. Iosua XVII, 14. *Hesychius:* σχοίνισμα, μέτρον ὁδοῦ ἢ μέρος.

Ibid. Σχοῖνος, μέτρον γεωμετρικὸν, ὥς φησὶν Ἡρόδοτος ἐν τῇ β' τῶν ἱστοριῶν. Nempe cap. 6. Esse autem Σχοῖνος vocabulum Persicum, quod alii masculini generis faciunt, alii foeminini, tradit *Athenaeus Deipn.* lib. III. cap. 94. p. 122. a.

Ibid. Σχολαῖον, ἀργὸν —— καὶ σχολαίτερον (*Thucyd.* I, 84. σχολαίτατος per *syncopen. Xenoph. Hist. Gr.* VI, 3, 4.) ἢ σχολαιότερον κ. τ. λ.

Ibid. Σχολὴ, οὐχὶ ὁ τόπος —— τὸ δὲ εὐκαιρεῖν βάρβαρον. ἀλλ' ἀντὶ μὲν τούτου σχολὴν ἄγειν λέγουσιν. In *Etymolog. M.*

c. 740, 50 sequ. ubi eadem verba repe-riuntur, rectius sine dubio scribitur: τὸ δὲ εὐκαιρεῖν βάρβαρον. ἀντὶ δὲ τοῦ σχολὴν ἄγειν λέγουσιν ἀττικοὶ σχολάζειν.

Ibid. Σχόμενος, κατασχὼν ἢ κατασχεθείς. Respicit haec glossa *Iliad.* ν'. v. 570. ubi videndus Celeb. *Heynius.* Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 627. ibique *Intt.* ac *Eustathium* p. 1420, 11.

Ibid. Σῶ, μονοσυλλάβως, οἱ σῶοι. καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ. Respexit sine dubio locum *Thucydidis* lib. III. cap. 34. ubi legitur σῶν, quod etiam *Dukerus Suidae* et auctori *Etymol. M.* loco σῶ reddere voluit. Confer quoque *Bisetum* in *Aristoph. Lysistr.* v. 489. et *Maittaire de dialectis l. gr.* pag. 53. ed. *Sturzii.*

Ibid. Σῶμα, πᾶν τὸ τεθνηκός. τοῦ (lege: τὸ) δὲ τοῦ ζῶντος δέμας (*Odyss.* ν'. 288.) λέγεται, διὰ τὸ συνδεδέσθαι τῇ ψυχῇ, ὡς εἶπεν Ὅμηρος. v. c. *Iliad.* γ'. 23. et χ'. 342. Hinc explicari ac suppleri potest *Apollonius Soph.* in *Lex. Homer.* p. 629.

Col. 415. Τά, ταῦτα. *Apollonius Soph.* in *Lex. Homer.* p. 630. Τά, ταῦτα, ἀναφορικῶς.

Ibid. Τάγυρι, τὸ βραχύτατον καὶ ἐλάχιστον, οἷον ψιλὰ λέγουσιν. In hoc articulo, quanquam cum *Photio* conveniunt *Suidas* et *Etymologus* p. 743. l. 55. tamen existimo Grammaticum, quem expilarunt, scripsisse: ὃ νῦν ψίχα λέγουσιν. *Hesychius* in Ἀττάραγος· τὸ ἐλάχιστον — — οἱ δὲ τὰς καλουμένας ψίχας. A pro X saepissime fuit posita. Confer *Pierson.* ad *Moerid.* p. 331. —. In loco *Eupolidis*, qui in fine hujus articuli adducitur, pro ζῆν scribendum est μήν.

Ibid. Τὰ ἐκ τῶν ἁμαξῶν, ἐπὶ τῶν ἀπαρακαλύπτως σκωπτόντων κ. τ. λ. Scribe: Τὰ ἐκ τῶν ἁμαξῶν σκώμματα, ἐπὶ τῶν κ. τ. λ. Confer *Politum* ad *Il.* β'. T. I. p. 502.

Col. 416. Τάλαντα, τὰ ζυγὰ, καὶ τὰ ἱστάμενα. Est glossa *Homerica*, cujus prior pars pertinet ad *Iliad.* μ'. 433. posterior autem respicit *Iliad.* τ'. 247. Confer *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 631.

Ibid. Τάλαντον, πολλὰ μὲν σημαίνει — — καὶ τὸ Ὁμηρικὸν (*Iliad.* θ'. 69. coll. χ'. 209.) χρύσεια πατὴρ — — καὶ τὸ Ὁμηρικὸν (*Odyss.* θ'. 393.) κ. τ. λ.

Col. 417. Ταλαντουμένην, ἐν Τιμαίῳ (pag. 535. G.), τὴν δὲ γῆν ταλαντουμένην ἀνωμαλῶς (scribendum est e *Platone* l. l. τὴν δὲ γῆν ἀνωμάλως πάντῃ ταλαντουμένην) — — κινουμένων (lege: αὐτὴν κινουμένην) δ' αὖ πάλιν σείειν. Eundem locum laudat quoque *Etymol. M.* c. 744, 12.

Ibid. Τάλαρος, καλαθίσκος, κόφινος. Confer *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 630. ac *Eustathium* p. 699, 13. et 1163, 48.

Ibid. Ταλάσῃς, ὑπομείνῃς. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 631. Ταλάσσαι, ὑπομεῖναι. *Iliad.* ὁ. 164.

Ibid. Ταλασιουργία, ἡ τῶν ἐρίων ἐργασία. *Timaeus* in *Lexico Platon.* p. 247. ταλασιουργία, ἡ περὶ τῶν ἐρίων ἐργασίμη τέχνη, ubi videndus *Ruhnkenius.*

Ibid. Ταλαπείριον; οἱ τραγικοὶ τὸν ταλαπείρον λέγουσιν. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 631. Ταλαπείριος, ἤτοι τλητικὸς κατὰ τὴν πεῖραν, ἢ τηλόθεν διαπεπειραμένος. Confer *Homer. Odyss.* ή. v. 24. ac *Eustathium* p. 962, 53.

Ibid. Τάλεσιν, ἀναλώμασιν. Scribendum est Τέλεσιν, ut post *Casaubonum* ad *Athenaeum* VII. cap. 18. recte observavit *Küsterus* ad *Suidam*, qui eandem glossam habet.

Ibid. Τάλιδος, τῆς μεσογάμου. οὕτως Ἀριστοφάνης. Occurrit haec vox apud *Sophocl. Antigon.* v. 640. ubi vid. *Schol.* et *Athenaeum* p. 277. f. Confer etiam *Eustathium* p. 699. l. 27. ubi per μελλόγαμον παρθένον explicatur, ac *Pollucem* lib. III. sect. 45. p. 289.

Ibid. Ταμίαι. ἀρχή τις παρὰ Ἀθηναίοις ἦν κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Col. 418. Ταμίης, δεσποίνης. Pertinet haec glossa ad *Homer. Iliad.* τ'. v. 224. Confer *Eustathium* p. 1170, 31.

Ibid. Ταμισός, πυτία. Scribendum: Τάμισος, πιτύα, e conjectura *Alberti* ad *He-*

Hesychium s. h. v. Significat enim *πιτύα coagulum*, quod et *τάμισος* dicitur. Confer *Schol. Theocrit. Idyll. ζ.* v. 16. et *ιά.* v. 66.

Ibid. Ταμύναι, *πόλις ἐστὶν ἐν Εὐβοίᾳ — — ὡς Αἰσχίνης Φησί* (Aliquoties hujus urbis mentionem fecit *Aeschines* Vol. III. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* p. 332. 480. et sequ.) *κ. τ. λ.* Ex *Harpocratione.* Confer *Steph. Byzant.* p. 691.

Ibid. Τᾶν, *ἑταῖρε, ἢ σύ.* Confer *Maittaire de dialectis l. gr.* p. 234. ed. *Sturzii.*

Ibid. Τανύπεπλος, *ἐπιμήκη πέπλον ἔχουσα, ἐξ οὗ καὶ τὴν Φοροῦσαν εὐμήκη εἶναι δηλοῖ.* Idem tradit *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 632. Τανύπεπλος, *τεταμένον ἄχρι πολλοῦ πέπλον ἔχουσα, ἐξ οὗ τὸ μέγεθος τῆς Φορούσης σημαίνειν βούλεται.* Aliquoties haec vox occurrit apud *Homerum*, v. c. *Iliad. γ'.* 228. Vide *Eustathium* p. 409, 3. 1497, 31. et 1799, 18.

Ibid. Τανύποδας, *ταχέας.* Pertinet fortasse haec glossa ad *Sophocl. Ajac.* v. 849. ubi est epitheton Furiarum. Confer etiam *Homer. Odyss. ί.* 464.

Ibid. Τανύηκες, *τεταμένην ἔχων τὴν ἀκὴν, ἢ αἰχμὴν ἠκονημένην.* Spectat haec glossa *Iliad. π'.* 473. Confer *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 632. ac *Eustathium* p. 666, 18.

Ibid. Τανύπτερος, *παρατεταμένα πτερὰ ἔχων.* Eadem fere habet *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 633. Sed quia *τανύπτερος* apud *Homerum* non occurrit, mallem utrobique legere: Τανυσίπτερος, quod exstat apud *Homerum Od. έ.* 65. et *χ'.* 468. ac *Hesiod.* Ἔργ. I. v. 212. aut Τανυπτέρυξ, quod vide apud *Eustathium* p. 1188, 5.

Ibid. Ταονθαρύζειν, *τρέμειν.* Reponendum est Τανθαρύζειν aut Τανθαλύζειν. *Hesychius:* Τανθαλύζει, *τρέμει.* Δωριεῖς. Confer *Schneideri Lex. Gr.* s. h. v.

Ibid. Ταραντῖνον (scribendum Ταραντινὸν, ut et habet apographum *Alberti* ad *Hesychium* Tom. II. col. 1348. n. 21.), *λεπτὸν καὶ διαφανὲς ἱμάτιον — — οὕτως Νικόστρατος.* A *Luciano Calum. non temere cred.* cap. 16. Vol. VIII. *Opp.* ed. *Bip.* pag. 46. vocatur Ταραντινίδιον, ubi Schol. *θέριστρον λεπτὸν καὶ διαφανὲς ἱμάτιον οὐ πάντως πορφυροῦν.* Confer *Hesychium* s. h. v. *ibique Intt. Athenaei Deipnos.* lib. XIV. pag. 622. b. ac *Interpretes* ad *Alciphron.* lib. I. Ep. 36. Tom. I. p. 215. ed. *Wagner.*

Col. 419. Ταριχεύειν, *ταριχεύσειν, ὥςπερ οἱ τὰ ᾠά κ. τ. λ.* Verba haec exstant apud *Platonem* in *Conviv.* p. 322. E.

Ibid. Ταρσοί, *τὰ ἀγγεῖα τῶν τυρῶν* (Pertinet haec glossa ad *Odyss. ί.* 219. Ταρσοὶ *μὲν τυρῶν βρῖθον, στείνοντο δὲ σηκοί.*). *καὶ τὰ ἔξω τῶν κωπῶν* (Confer *Lexicon Polybianum* ed. *Schweighaeuseri* s. h. v.). *καὶ ταρσοῖς, πτεροῖς ἄκροις.*

Ibid. Ταρσὸς, *ἐκ μέρους ἢ τὸ πλάτος τοῦ ποδὸς, ἢ τὸ ἄκρον τῆς χειρός.* Prior interpretatio respicit *Iliad. λ'.* 377. Ταρσὸν *δεξιτεροῖο ποδός:* ubi *Schol. τὸ πλατὺ τοῦ ποδός.* Confer *Intt.* ad *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 633. *Eustathium* p. 843, 35. et 1625, 11 sequ. *Zonarae Lex.* col. 1710 et 1711. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 612.

Ibid. Τάρταρον, *τὸν παρὰ τὰ νέφη τόπον. οὕτως λέγουσιν περὶ ψυχῆς.* Non separandus erat a proxime antecedente hic articulus, ut vel ex *Suida* apparet, ubi eadem leguntur. Verba: *οὕτως λέγουσιν* (*καὶ* addit *Suidas*) *περὶ ψυχῆς*, vulgo ita explicant interpretes *Suidae: item, locum animarum,* scilicet apud inferos. Sed mallem scribere: *οὕτως λέγει περὶ ψυχῆς*, h. e. *ἐν τῷ περὶ ψυχῆς*, scilicet Πλάτων, ut respiciatur ad locum in *Phaedone* §. 60. (ubi vide quos laudavit *Fischerus*) qui autem pertinet ad verba: *ὁ κατώτερος τοῦ ᾅδου τόπος*, quae in proxime antecedente articulo leguntur.

Ibid. Ταρτησία *μύραινα, ὡς ἐκεῖ γινομένων μεγίστων.* Confer *Schol. Aristoph. ad Ranas* v. 478. ac *Eustathium* p. 809, 62.

Ibid. Ταντάλου *τάλαντα, πλούσιος ὁ Φρὺξ Τάνταλος κ. τ. λ.* Eadem verba quoque habet *Apostolius Paroem.* XVIII, 14. ac *Suidas* in v. Τὰ Ταντάλου *ταλαντίζεται.*

Copiose de hoc adagio exposuit *Fischerus* ad *Anacreontis fragm.* 50. p. m. 383.

Col. 420. Τὰ τῶν Φώρων κρείττων, παροιμία ἐστὶ λεγομένη κατὰ τῶν πλοίῳ Φερομένων, ὧν ἠδίκησαν. Totus hic articulus desumtus est ex *Harpocratione*, ubi *Maussacus*, praeeunte *Cantero* in *Varr. Lectt.* lib. VIII. cap. 9. e *Cod. Morell.* recte edidit: τὰ τῶν Φώρων κρείττω, h. e. *furum potior est causa.* Reliqua hujus articuli menda sustuli in *libello animadversionum* suo loco.

Ibid. Ταυρέας, ὄνομα κύριον. Ex *Harpocratione.*

Col. 421. Ταχυβάμονας ὅρκους — — βελτίον δὲ τοὺς ἐν ἑτέρῳ τινὶ γινομένους νοεῖν κ. τ. λ. Vix dubium est, quin verba: βέλτιον δὲ τοὺς ἐν ἑτέρῳ τινὶ γινομένους νοεῖν depravata sint. Admodum enim ambigua est formula ἐν ἑτέρῳ τινὶ γίνεσθαι, quae interpretationi inservire nullo modo potest. Tollitur autem haec ambiguitas legendo ἐν ἔρωτί τινι, aut simpliciter ἐν ἔρωτι ex *Hesychio.* Postulant hanc emendationem sequentia, maxime ea, quae in fine hujus articuli leguntur: Ἀφροδίσιος ὅρκος οὐκ ἐμποίνιμος.

Ibid. Τὰ ὦτα ἐπὶ τῶν ὤμων ἔχοντες κ. τ. λ. Deprompta haec sunt ex *Platone* lib. X. de *republica* p. 518. D.

Ibid. Τέγγει, βρέχει, μαλάττει. Scribendum sine dubio: Τέγγων, βρέχων, μαλάττων. Est enim glossa *Timaei*, pertinens ad locum *Platonis* de *Legg.* lib. IX. p. 657. C. ἐν θαλάττῃ τέγγων τοὺς πόδας, ubi vide *Scholion.* Confer *Sophocl. Antigon.* v. 536. *Valckenarium* ad *Eurip. Hippolyt.* v. 844. et *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 235. Substantivum τέγξις, quod *Erotiano* exponitur διάβρεξις, reperitur aliquoties apud *Hippocratem*, teste *Foesio Oecon. Hippocr.* p. 612.

Ibid. Τέγγεσθαι, εἴκειν, ἐνδιδόναι. Est glossa *Timaei*, ubi videndus *Ruhnkenius.*

Ibid. Τεγχθέντων, ἀντὶ τοῦ εἰξάντων, ἔνθεν καὶ ὁ ἄτεγκτος. Πολιτείας β'. Delenda sunt, quae ad hunc articulum in *libello animadversionum* col. 107. a me sunt prolata, certe ita refingenda: Eadem verba ex apographo suo protulit *Ruhnkenius* ad *Timaeum* p. 248. ubi copiose de hac voce ejusque derivatis disputavit. Confer etiam *Valckenarium* ad *Eurip. Hippolyt.* v. 303.

Ibid. Τέθηπα, καταπέπληγμαι. Eadem verba habet *Apollonius Soph. Lex. Hom.* pag. 639. Pertinet autem haec glossa ad *Odyss.* ζ. 168.

Ibid. Τεθηπότες, ἐπτοημένοι, δειλιάσαντες. Referenda sine dubio est haec glossa ad *Iliad.* δ'. 246. Vide *Eustathium* p. 468, 26. et 746, 14.

Ibid. Τέθμια, νόμος. Scribendum est νόμους, aut νόμοι. Sic quoque *Hesychius.* Vide *Eustathium* p. 993, 14.

Ibid. Τενθία, γαστριμαργία πολλή. Inter Τέθνασο et Τεθολωμένος ordine poni nequit Τενθία. Scriptum itaque fuerat Τεθνία (ut quoque legitur in Cod. D.) literis per errorem transpositis pro Τενθία vel Τευθεία apud *Pollucem Onom.* lib. VI. sect. 42. Confer *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Τεθυμμένος, ὑπὸ πυρὸς ἐκκεκαυμένος ἢ κεκακωμένος. Est glossa *Timaei* (ubi videndus *Ruhnkenius*), quae fluxit ex *Platonis Phaedro* p. 338. A. Vox κεκακωμένος in fine hujus articuli est in κεκαρωμένος mutanda. Τύφω scilicet idem est cum τυφόω. Vide 1 Timoth. v. 4.

Ibid. Τεθυωμένοι, τεθυμιαμένοι, εὐώδεις. Sunt ipsa verba *Apollonii Soph.* in *Lex. Homer.* p. 639. ubi tamen monente *Tollio* scribendum est: Τεθυωμένον, τεθυμιαμένον, εὐῶδες, ut glossa pertineat ad *Iliad.* ξ'. 172.

Ibid. Τέθωται, τεθοίμηται. In *apographo Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1358. n. 22. scriptum legebatur: Τέθωτα, τεθοίμηται. Reponendum autem est ex *Hesychio:* Τέθωκται, τεθυμίαται.

Ibid. Τεικτούς, χρηστούς. Scribendum est Τεγκτούς, ut habet *Hesychius*, ubi videndi *Interpretes.* Idem jam *Küsterus* ad *Suidam* recte observavit.

Col. 422. Τέκμωρ, τέλος, μόρον, θάνατον. Per τέλος quoque interpretatus est *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 639. Confer *Homer. Iliad.* λ'. 526.

Ibid. Τεκτήνατο (Scribe Τεκτήνατο), κατεσκεύασεν. Ex *Homer. Iliad.* ε'. 62. ubi vide *Schol.*

Ibid. Τέκτων, κοινὸς τεχνίτης κ. τ. λ. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 639. Τέκτων, πᾶς τεχνίτης, παρὰ τὸ τεύχειν. Sic saepius apud *Homerum*, v. c. *Odyss.* ρ'. v. 340.

Ibid. Τελαμὼν, ὁ ἀναφορεὺς τοῦ ξίφους, τῆς ἀσπίδος. Eadem quoque leguntur apud *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 640. Vide quoque *Polluc. Onom.* I. 136. ac *Eustathium* ad *Iliad.* β'. p. 243, 31 sequ.

Ibid. Τελεσθῆναι, τὸ ἀναλωθῆναι, οὕτως Ἀντιφῶν. *Timaeus* in *Lex. Platon.* pag. 251. τελεσθέντα, ἀναλωθέντα. *Lexicon* A. apud *Matthaei* in *Lectt. Mosquens.* P. II. p. 75. Τελεσθῆναι καὶ τὸ ἀναλωθῆναι. οὕτως Ἀντιφῶν. τελεῖν καὶ ἀντὶ τοῦ δαπανᾶν. *Galen.* in *Gloss.* p. 576. τελεῖν, ἀναλίσκειν, ὡς ἐν τῷ περὶ παθῶν λέγει.

Ibid. Τελετὴ, θυσία μυστηριώδης. *Timaeus* in *Lex. Platon.* p. 251. Τελεταὶ, αἱ μυστηριώδεις θυσίαι, ubi videndus *Ruhnkenius.*

Ibid. Τελευτῆσαι, τελέσαι. Confer *Homer. Odyss.* β'. v. 280.

Ibid. Τελθεῖν, ἐν ᾠδῇ τέρπειν. Scribendum: Τέλθειν, ut quoque legitur in apographo *Alberti* ad *Hesychium* Tom. II. col. 1361. n. 16. et *Suida*. *Hesychius:* Τέλθει, ἐν ᾠδῇ τέρπει.

Ibid. Τελισκόμενος, τελειούμενος, πληρούμενος, ἐνθουσιῶν. Respicit haec glossa *Deut.* XXIII, 17. ubi haec occurrunt verba: οὐκ ἔσται τελεσφόρος ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἔσται τελισκόμενος ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ: de quo loco videatur *Is. Vossius* de *Sibyllinis oraculis* cap. XIII. p. 267.

Ibid. Τέλματα, τὰ πηλώδη καὶ τελευταῖα τοῦ ὕδατος, ἢ βάτρα. Ἰσαῖος δὲ εἶπεν τὰ γεωργήσιμα χωρία. Eadem habet *Etymolog. M.* vide et *Schol. Lucian. ad Asin.* p. 4. T. II. ed. *Graevii* et *Platonis Phaedon.* §. 58. ubi conferendus *Fischerus.* Loco βάτρα seu βάθρα, quod *Suidas* habet, reponendum est βάραθρα.

Ibid. Τέλος, ἀρχὴ, πρᾶξις κ. τ. λ. Loco πρᾶξις legendum est τάξις vel τάγμα e *Timaei Lex. Platon.* pag. 251. ubi videndus *Ruhnkenius.* Confer et *Sixt. Arcerium* ad *Aelian. Tact.* p. 128.

Col. 423. Τελοῦντα, τεταγμένα. Pertinet huc glossa *Timaei:* Τέλος, τάξις, et *Apollonii Soph.* in *Lex. Homer.* p. 640. Τέλος, τὸ τάγμα. Confer *Homer. Iliad.* κ'. 56. et 470. et δ'. 729.

Ibid. Τελχῖνες, πονηροὶ δαίμονες, φθονεροὶ, βάσκανοι. Ad posteriorem interpretationem pertinet locus *Synesii Epist.* 154. pag. 576. Confer *Iacobs anim.* in *Anthol. Gr.* Vol. II. P. 2. p. 177. ac quos laudant *Intt.* ad *Alciphron.* lib. I. Ep. 12. Tom. I. p. 75 sequ. ed. *Wagneri.*

Ibid. Τέμνειν, πείθειν, τιμᾶν, ἡγεῖσθαι. Post Τέμνειν omissum est φάρμακον. Confer *Platonis Epist.* VII. *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 248. ac ipsum *Photium* in proxime sequente articulo.

Ibid. Τέμπη, τὰ μεταξὺ τῶν Θετταλίας ὀρῶν κ. τ. λ. Verba ultima hujus articuli: καθόλου δὲ καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ὄρεσι στενόταται διεκβολαί, pertinent ad *Herodot.* VII, 173. ubi vide *Glossas.*

Ibid. Τέμπλα, ἐπίσημα. Sine dubio legendum est Τέμπεα, quod legitur apud *Herodotum* l. l. Tunc autem post ἐπίσημα supplendum erit χωρία aut τεμένη, aut simile quid.

Col. 424. Τεναίδιος (scribe Τενέδιος) πέλεκυς, ἐπὶ τῶν ἀποτόμων κ. τ. λ. Confer *Cononis narrat.* 28. p. 25. ed. *Kann.* ac *Erasmi adagia* Chil. I. Cent. IX. n. 29. p. 302.

Ibid. Τένθης, ὁ γαστρίμαργος. Est glossa *Timaei,* quam etiam descripsit *Suidas.* Confer *Ruhnkenium* ad *Timaeum* p. 252 sequ. ac *Eustathium* p. 1837, 40.

Ibid. Τένοντας, τραχήλους, τὰ διατεταμένα νεῦρα. *Philipp. Epigr.* XIV. v. 5. Tom. II.

Anthol. Graecae p. 199. ed. *Iacobs.* βούστροφα δεσμὰ τενόντων. Confer *Villoisonium* ad *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 640. ac *Eustathium* p. 818, 2.

Ibid. Τεραΐζεις, ἀντὶ τοῦ τερατεύῃ. οὕτω Πλάτων. Scribendum: Τεράζεις (ita quoque habet *apographum Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1365. n. 17.) ἀντὶ τοῦ τερατεύεις.

Ibid. Τέραμνον, ἁπαλὸν, εὔψανον, καὶ ἀτέραμνον, τὸ δυσέψανον. οὕτω Πλάτων. Reponendum est Τέραμον et ἀτέραμον. Τέραμνον enim longe aliud significat. Confer articulum proxime sequentem. Eodem mendo liberandus quoque est *Zonaras* loco non uno.

Ibid. Τερατία, ψευδολογία. Eadem leguntur in *Schol. Aristoph.* ad *Nub.* v. 317. ubi Τερατεία scribitur.

Col. 425. Τέρετρον, τρυπάνιον. Confer *Villoisonium* ad *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 641. ac *Eustathium* p. 249, 27. et 1531, 64.

Ibid. Τέρμα, τέλος, ὅρος, ἢ καμπτήρ. Sunt haec ex *Aristophanis Avib.* v. 706. desumta. Vide *Eustathium* p. 1311, 7. ac *Polluc.* III, 30, 147.

Ibid. Τερπικέραυνος, ὁ τοῖς κεραυνοῖς τερπόμενος. Est glossa *Homerica* pertinens ad *Iliad.* ά. 419. et θ'. 2. quam etiam habet *Apollonius Soph.* in *Lex. Hom.* p. 641. Vide *Eustathium* p. 486, 42. et 1186, 1.

Ibid. Τερποτράμις (Fortasse legendum est Τερπιτράμις), ἡ τῶν ἀφροδισίων τέρψις. οὕτως Τηλεκλείδης. Confer *Hesychium* s. v. Τράμις, ibique notata.

Ibid. Τεταρτομόριον, τὸ δ' μέρος τοῦ ὀβολοῦ κ. τ. λ. *Harpocration* partem tantum hujus articuli habet.

Col. 426. Τετρακόσιοι, οἱ τετρακόσιοι πρὸ ἑπτὰ ἐτῶν κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Τετραρχία, τεττάρων μερῶν ὄντων —— διῃρῆσθαι (scribendum διῃρῆσθαι) φησίν κ. τ. λ. Ex *Harpocratione,* unde haec desumta sunt, apparet, articulum hunc in fine mutilum esse. Locus *Demosthenis* ibi laudatus reperitur Vol. I. *Oratt. GG.* p. 127, 26. ed. *Reisk.*

Col. 427. Τετρίγει, ἔτριζεν, ἢ ποιὸν ἦχον ἀπετέλεσεν. Ex *Homeri Iliad.* ψ'. v. 714. ubi vid. *Schol.* ac *Eustathius* p. 229, 9. et 1290, 36. *Schol. Luciani Necyomant.* cap. XI. Vol. III. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 14. Τετριγυῖαι, τρίζουσαι.

Ibid. Τετρυπημένη. ψῆφοι εἰσὶν χαλκαῖ κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.* Confer *Aeschinem* Vol. III. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* pag. 11, 34.

Ibid. Τετρύσθαι, καταπεπονῆσθαι. Respicit fortasse haec glossa ad *Herodot.* I, 22. καὶ τὸν λεὼν τετρῦσθαι ἐς τὸ ἔσχατον κακοῦ. Confer etiam *Apollon. Rhod.* I, 1174. et loca, quae laudat *Iacobsius* in *animadv.* ad *Epigr. Anthol. Gr.* Vol. II. P. 2. p. 231.

Ibid. Τετρωβολίζων (Scribendum: Τετρωβολίζων), τὸ δικαστικὸν τετρώβολον λαμβάνων. ἐγένετο γὰρ καὶ τοσοῦτόν ποτε. Confer *Polluc. Onom.* IX, 64. ac *Eustathium* p. 1405, 28.

Ibid. Τετταράκοντα, κληρωτή τις ἦν Ἀθήνησιν ἀρχὴ κατὰ τὸν ἀριθμόν κ. τ. λ. Loco Τετταράκοντα scribendum est Τετταράκοντα.

Ibid. Τεττιγοφόροι, οἱ Ἀθηναῖοι —— Θουκυδίδης ά. nempe cap. 6. ubi vide *Intt.* ac *Eustathium* p. 395, 34.

Ibid. Τετύκοντο, παρεσκευάζοντο. *Homer. Iliad.* ά. 467. ubi vid. *Schol. Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 641. Τετύκεντο, ἡτοιμάζοντο. Confer quoque *Eustathium* p. 136, 21. et 1774, 59. ac *Gregor. Corinth. de dialecto Ionica* §. 37.

Ibid. Τέτυκται, κατεσκεύασται. *Homer. Iliad.* γ'. 101. Eandem glossam habet *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 642.

Ibid. Τετύφωμαι, ἀντὶ τοῦ ἐμβεβρόντημαι κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*, e quo in fine hujus articuli loco: πάμπαν δὲ τυφῶς ἐκ δελέγετο φρένας legendum est: πάμπαν δὲ Τυφῶς ἐκ δ' ἐλέγετο φρένας (aut ex emendatione *Maussaci* ἐκ δ' ἐλήγετο φρονῶν), *Omnino Typhon ipsi ademit mentem.* Con-

fer quoque *Schol.* ad *Demosthenem* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 104.

Col. 428. Τετυφῶσθαι, μεμηνέναι. Reponendum μεμηνέναι.

Ibid. Τευμησία, περὶ τῆς Τευμησίας ἀλώπεκος κ. τ. λ. Vera lectio est Τευμησσία per duplex σσ. Vide *Stephan. Byz.* v. Τευμησσὸς et ibi *Luc. Holstenium*, nec non *Antonini Liberal. Metamorph.* cap. 41. ibique *Munckerum* p. 185. ed. *Lips.*

Ibid. Τευτάζειν, πραγματεύεσθαι, ἢ σκευωρεῖσθαι κ. τ. λ. Locus *Platonis* in *Timaeo*, qui in sequentibus adducitur, reperitur p. 551. G. Vide quoque *Eustathium* pag. 968, 3. et *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 42.

Col. 429. Τέως, ἀντὶ τοῦ πρὸ τοῦ, πρὶν, ἕως τίνος, ἐπὶ τοσοῦτον ἕως. Confer *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 85 sequ. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 617.

Ibid. Τῇ, ταύτῃ ἢ δέξαι. Si Τῇ pro ταύτῃ ponitur, tunc cum Iota subscripto legendum est. Si autem λάβε aut δέξαι significat, tunc Τῆ sine Iota scribendum est, teste *Apollonio Soph. Lex. Homer.* p. 645. Τῆ, λάβε. Τῆ νῦν τοῦτον ἱμάντα (*Iliad.* ξ'. 219.). Τινὲς δὲ καὶ σὺν τῷ ι γράφουσι, εὐχ' ὑγιῶς κ. τ. λ. Confer *Odyss. ι.* 347. ε. 346. *Hesychium* ibique *Intt.* ac *Schol. Aristoph.* ad *Aves* v. 1310.

Ibid. Τηλαύγημα, ἀρχὴ λέπρας ἐν τῇ τοῦ σώματος ἐπιφανείᾳ. Eadem habet *Lexicon Cyrilli MS. Brem.* ac ex parte *Glossarium* in *Octateuchum.* Pertinet autem haec glossa ad *Levit.* XIII, 23.

Ibid. Τηλεφάνης, αὐλητὴς, ὄνομα κύριον. Ex *Harpocratione.* Confer *Interpretes* ad *Athenaei Deipnos.* lib. VIII. p. 351. e.

Col. 430. Τηλυγέτης, μονογενὴς, καὶ τηλύγετον, μονογενῆ. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 646 sequ. ibique *Interpretes.*

Ibid. Τηνάλλως, μάτην, καὶ οὐ τηνάλλως μετὰ τῆς ἀποφάσεως λέγεται κ. τ. λ. *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* edita pag. 25. Τηνάλλως, ἀντὶ τοῦ ματαίως, καὶ ὡς ἔτυχεν. Locus *Platonis* in *Theaeteto*, qui in fine hujus articuli laudatur, reperitur cap. 23. p. 149. ed. *Fischeri.* Confer quoque *Berglerum* ad *Alciphron.* lib. I. Ep. 19. Tom. I. p. 102 sequ. ed. *Wagner.*

Ibid. Τήνελλα, τοῦ ἐπαυλήματος μίμησις καὶ τοῦ κρούματος. Eadem verba reperiuntur quoque in *Etymologico M.* Confer *Schol. Aristophanis* in *Acharn.* v. 1225 et 1228. ibidemque *Küsterum* ac *Berglerum*, qui Τήνελλαν pro voce ficta habuit, ad exprimendum sonum organicum, in Epiniciis carminibus adhiberi solita. Idem ad *Equit.* v. 276. „*Schol.* νικηφόρος. Τήνελλος δὲ κρουμάτιον ἐπινίκιον. *Tenellus* est *sonitus lyrae aut tibiae index victoriae* etc."

Ibid. Τηνία, ὅτι οἱ ὄφεις ἐν Τήνῳ πικροὶ γίνονται. Post Τηνία excidit vocabulum ἔχιδνα supplendum ex *Hesychio.* Confer *Schol. Aristoph.* ad *Plut.* v. 718. *Stephan. Byzant.* s. v. Τῆνος p. 707. ibique *Berkelium* ac *Athenaei Deipnos.* lib. II. p. 43. c.

Ibid. Τὴν λεοντὴν ἐνδύου, ἴσον τοῦ γενναΐζου. Adagium hoc, quo usus quoque est *Plato* in *Cratylo* §. 60. ut recte monuit Celeb. *Heindorfius* ad illum locum Vol. III. p. 92. natum est ex illa fabula Aesopea, quam narrat *Lucian. Piscat.* 32. Tom. III. p. 149. ed. *Bip.* ubi vide *Solan.*

Col. 431. Τῆτες, τούτῳ τῷ τέλει ἔπετος. Recte *Celeb. Beckius* in *Comment.* ad *Aristoph. Nubes* v. 626. monuit, scribendum esse: Τῆτες, τούτῳ τῷ ἔτει, ἐπ' ἔτος. Confirmat hanc emendationem *Harpocration* (qui habet: Τῆτες, ἀντὶ τοῦ, τούτῳ τῷ ἔτει.) atque *Hesychius*, ubi videndi Interpretes.

Ibid. Τιαγγάβαρι, τὸ κιννάβαρι. Διοκλῆς. Scribendum Τιγγάβαρι, quod et series literarum postulat. Idem fere habet *Lexicon Rhetoricum* apud *Eustathium* p. 310, 31. Confer quoque infra col. 435. apud *Photium* vocem Τιγγάβαρι.

Ibid. Τιάρα, κόσμος ἐπικεφάλιος, ἣν οἱ βασιλεῖς μόνοι ὀρθὴν ἐφόρουν παρὰ Πέρσαις κ. τ. λ. Adde *Scholia* in *Platonem* a *Ruhn-*

kenio collecta p. 185. ubi eadem leguntur, ac praeterea additur, *Herodotum* ἀρσενικῶς hac voce usum esse, nempe lib. I. cap. 55. p. 66. ed. *Wesselingii*, ubi vide *Interpretes*.

Ibid. **Τιγόνων**, ἐπὶ νηπίου τίθεται. Apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 1385. n. 2. exhibebat: ἐπὶ τοῦ μηπίου, ubi *Alberti* conjecit: ζωϋφίου. *Hesychius*: Τιγόνιον, ἢ Τεττιγόνιον, εἶδός τι τεττίγων Ἀριστοτέλει.

Ibid. **Τί δή τα θεῶν στρέφῃ**, ἀντὶ τοῦ ἐνδιατρίβεις. E *Platonis Phaedro* p. 340. F. ad quem glossa haec est referenda, scribendum est: Τί δῆτα ἔχων στρέφῃ, ut jam recte monuit *Ruhnkenius* ad *Timaei Lexicon Platonicum* p. 257 sequ.

Ibid. **Τί ἐστιν. τὸ ἐν τοῖς Δημοσθένους Φιλιππικοῖς** κ. τ. λ. Observatis a me ad h. l. in *libello animadversionum* col. 113. addendum est, verba haec *Demosthenis* non ἐν Φιλιππικοῖς, sed Ὀλυνθιακοῖς reperiri. Confer Vol. I. *Oratt. GG.* p. 19, 26.

Col. 432. **Τίζειν**, τί λέγειν, οὕτως Ἀριστοφάνης. Necessario scribendum est: Τιτίζειν, τι τι λέγειν κ. τ. λ. Τιτίζειν est vox ficta ad exprimendum sonum τι τι, quem pulli avium edunt. *Photius* supra: Πιπίζειν καὶ τιτίζειν, μίμησις ὀρνέων φωνῶν. Confer *Aristoph. Aves* v. 316. *Eustathius* ad *Iliad.* β'. v. 314. (ubi *Scholia Veneta* habent: οἱ νεοττοὶ τιτίζουσιν) p. 229, 25. Ζηνόδοτος μέντοι φασὶν, ἀντὶ τοῦ τετριγῶτας, τιτίζοντας γράφει —— σημείωσαι δὲ, ὅτι ἐκ τοῦ τιτίζειν τίτις κατὰ Αἴλιον Διονύσιον, βραχὺ ὀρνίθιον. Confer Celeb. *Schneiderum* ad *Aristotelis histor. anim.* lib. V. cap. 24. Tom. II. pag. 382. ac *Sturzii* Prol. V. de *vocibus animalium* p. 4.

Ibid. **Τιθαιβώσσειν**, τιθασεύειν. Coaluerunt hic duo articuli sine explicatione positi. Nullo enim modo hae voces invicem conciliari possunt. Τιθαιβώσσειν (pro quo et Τιθαιβάσσειν dicitur) est *mellificare*. Vide *Schol.* apud *Clarkium* ad *Odyss.* ν'. 106. et *Eustathium* p. 1243, 22. et 1735, 44. Τιθασεύειν autem est *cicurem reddere*, πραΰνειν, ut interpretatus est *Hesychius*.

Ibid. **Τιλφωσσαῖον**, ὄρος ἐστὶ μικρὸν ἀπέχον τῆς λίμνης τῆς Κωπαΐδος. Eadem quoque leguntur in *Harpocratione*. Meminit ejus *Demosthenes* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 385, 5.

Col. 433. **Τιμαλφέστερον**, τιμιώτερον, λαμπρότερον κ. τ. λ. Ob oculos certe habuit *Photius Timaei Lex. Platon.* p. 258. ubi videndus *Ruhnkenius*. Verba ὃ δὴ συμβέβηκεν τῷ χρυσῷ in fine hujus articuli spectant sine dubio locum *Platonis* in *Timaeo* p. 538. E. τιμαλφέστατον κτῆμα χρυσός.

Ibid. **Τίμημα**, ἀντὶ τοῦ ἐνέχυρον, καὶ οἷον ἀπὸ τίμημα κ. τ. λ. Desumta sunt haecce ex *Harpocratione*, in quo etiam recte conjunctim ἀποτίμημα reperitur. Confer quoque *Reiskii indicem graecit. Demosthen.* p. 743.

Ibid. **Τίμιον**, ἀντὶ τοῦ ἔντιμον. οὕτως Ἀντιφῶν. ὁ δὲ Δημοσθένης (Vol. II. *Oratt. GG.* p. 1285, 12. ubi τὸ τίμιος opponitur εὔωνος) ἐχρήσατο ἐπὶ τοῦ πιπρασκομένου πολλῆς τιμῆς. Confer *Matthiae Miscell. Philolog.* Vol. I, p. 272.

Ibid. **Τί μὴν**, κατάφασιν δηλοῖ, ἀντὶ τοῦ πῶς γὰρ οὒ, διὰ τί γὰρ οὔ. Est glossa *Timaei*, quam etiam habet *Suidas*, et *Scholiastes Platonis ad Sophist.* p. 160. F.

Ibid. **Τίνειν**, διδόναι. Malim legere ἀποδιδόναι aut ἀποδοῦναι, ut habet *Hesychius*.

Ibid. **Τίνυνται**, τιμωροῦνται. *Apollonius Soph.* in *Lex. Homer.* p. 649. habet Τίνυνται. Pertinet haec glossa ad *Iliad.* τ'. 260. ubi videndus *Eustathius* p. 1093, 32.

Col. 434. **Τίσειαν**, ἀποδοῖεν. Ex *Homer. Iliad.* ά. 42. ubi vid. *Schol.* Confer quoque *Etymol. M.* c. 760. l. 16. et *Koenium* ad *Gregor. Corinth. de dialectis* p. 284.

Ibid. **Τιτακίδαι**, δῆμος ἐστὶν τῆς Αἰαντίδος φυλῆς —— οὗ μνημονεύει Ἡρόδοτος. Scilicet lib. IX. cap. 73. Sunt haec desumta ex *Harpocratione*. Secundum *Steph. Byz.* p. 711. Titacidae sunt populus Antiochidis tribus. Confer *Sylburgium* in notis ad *Etymolog. M.* p. 45.

Ibid. Τιττιγόνιον, ὅμοιον τέττιγι. Ἐπίλυκος Κοραλίσκῳ. Reponendum est Τιτιγόνιον ex *Eustathio* ad *Il.* β'. p. 229. et *Etymolog. M.* Apud *Aristotelem* lib. V. de *histor. anim.* c. 30. ac *Plin.* lib. XI. c. 26. scribitur Τεττιγόνιον.

Col. 435. Τιφὺς (Scribendum Τίφυς), ὁ καλούμενος Ἐπιάλτης. Confer *Pierson.* ad *Moerid.* p. 373. et *Schol. Aristoph.* ad *Vesp.* v. 1033.

Ibid. Τλῆναι, ὑπομεῖναι. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 650. τλῆναι, ὑπομεῖναι, τολμῆσαι.

Col. 436. Τοκάδα. Εὔβουλος τὸ κηρύκειον, ἢ τὴν μάχαιραν, λεγόμενόν τι. Glossa haec in fine mutila redintegranda est ex *Etymol. M.* c. 761, 37. qui habet: λεγόμενόν τι τὸ κατακύλωμα, τὸ πέρας, καὶ ἀνωτάτω τῶν καλῶν ῥημάτων. *Sylburgius* ad h. l.: „Λεγόμενόν τι quid velit, ignoro; nec multo melior lectio est, si reponas: τὴν μάχαιραν λεγομένην, expuncto τι. Deinde ad μάχαιραν magis τομάδα quam τοκάδα quadrare quis censuerit. Sequentia sunt ἄλλης ἀρχῆς, seu novum initium constituere debent, et pro κατακύλωμα legitur apud *Suidam* κατακύκλωμα, ac sequente voce κακῶν pro καλῶν, omisso nomine ῥημάτων."

Ibid. Τομὸν, τὸ τμητικὸν, ὀξυτόνως. οὕτως Πλάτων. Scilicet in *Timaeo* p. 539. F.

Col. 437. Τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς, ἀντὶ τοῦ σκυθρωπάζει. Legendum σκυθρωπάζειν. Respicitur autem hac glossa ad *Aristoph. Lysistr.* v. 8. μὴ σκυθρώπαζ', ὦ τέκνον, οὐ γὰρ πρέπει σοι τοξοποιεῖν τὰς ὀφρῦς: ubi vid. *Schol. Longus Pastoral.* lib. IV. cap. 16. σφόδρα τὴν ὀφρῦν εἰς αὐτὸν τοξοποιήσας, h. e. *torvum in illum intuitus*, ubi videndus *Mollus*. *Alciphron* lib. III. Epist. 19.

Ibid. Τοξόται καὶ Σκύθαι, καὶ Σπουσίνοι, οἱ δοῦλοι οἱ δημόσιοι Ἀθήνησιν, ἀπὸ Σπουσίνου τοῦ πρῶτον καταστήσαντος αὐτοὺς ἐπὶ τὴν ὑπηρεσίαν. Ita quoque legitur in *Etymolog. M.* c. 762. l. 9. Sed loco Σπευσίνιοι vel legendum est e *Suida* Σπευσίνιοι et in sequentibus Σπευσίνου pro Σπουσίνου, vel scribendum Πευσίνιοι et Πευσίνου vel Πεύσινος ex *Schol. Aristoph.* in *Acharn.* v. 712.

Ibid. Τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, παροιμία. Πλάτων Γοργίᾳ. Scilicet §. 118. p. 302. F. Confer *Hemsterhusius* ad *Lucian. Necyom.* §. 21. Tom. III. p. 365. ed. *Bip.*

Ibid. Τόπιον (Legendum ex *Harpocratione* Τοπεῖον). τὰ σχοινία λέγουσιν τόπια (Scribe τοπεῖα). Στράτις Μακεδόσι, τὸν πέπλον δὲ τοῦτον ἕλκουσι δεσμεύοντες τοπιεῖς ἄνδρες. Repone: τοπείοις ἄνδρες. Confer *Iutt.* ad *Pollucem* VII, 150. et X, 130.

Ibid. Τόρα, ὥςπερ δὴ οὖν, ὅπερ οὖν. Loco Τόρα divisim scribendum est, Τὸ ῥά, ut habet *Hesychius*.

Ibid. Τορεύει, γλύφει, τιτρᾷ. Posterior interpretatio τιτρᾷ non pertinet ad Τορεύει, sed ad vocem Τορεῖ. Confer *Hesychium* s. v. Τορεῖν.

Ibid. Τόρμος, ἡ πλήμη (*Hesychius* rectius habet: ἡ πλήμνη τοῦ τροχοῦ), εἰς ἣν ὁ ἄξων ἐνήρμοσται. Confer *Eustathium* p. 598, 22. ubi Τόρμη scribitur.

Col. 438. Τορώνη, πόλις ἐν Θράκῃ. Ex *Harpocratione*. Confer *Stephan. Byzant.* pag. 713. et *Athenaei Deipnos.* lib. III. p. 72. d.

Ibid. Τορῶς, ἰσχυρῶς, τρανῶς, μεγαλοφώνως. *Aeschyl. Agamem.* v. 26. σημανῶ τορῶς. *Alciphron* III, 48. p. 348. Confer *Ruhnkenii Epist. Crit.* p. 153.

Ibid. Τοὔμπαλιν, εἰς τοὐπίσω. *Aristoph. Thesmoph.* v. 1230. Τοὔμπαλιν τρέχεις σύ γε. *Schol.* ἐπὶ τοὐναντίον.

Ibid. Τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας, Δημοσθένης Φιλιππικαῖς, (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 50, 22.) —— καὶ τοὺς χωρὶς οἰκοῦντας τῶν δεσποτῶν (Verba τῶν δεσποτῶν sensus causa *Photius* de suo addidit) κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*.

Col. 439. Τόφρα, τέως. Confer *Homer. Iliad.* α'. v. 509.

Ibid. Τραγικὴ σκηνὴ, πῆγμα μετέωρον, ἐφ' οὗ ἐν θεῶν σκηνῇ (*Suidas* habet: σκηναῖς) τινὲς παριόντες (in *Suida* reperitur παρόντες) ἔλεγον κ. τ. λ. *Timaeus* in *Lexico Platonico* p. 259. loco ἐν θεῶν σκηνῇ habet ἐν θεάτρῳ. *Piersonius* ad *Moerid.* p. 22. correxit: ἐν θεῶν σκευαῖς, quam lectionem et *Photio* et *Etymolog. M.* c. 763, 27. restituendam esse judicavit *Ruhnkenius*. Caeterum pertinet haec glossa ad *Platonis Clitophont.* p. 255. D.

Ibid. Τραγικὸς πίθηκος, ἔοικεν τοῦτο λέγειν κ. τ. λ. Sunt haec desumta ex *Harpocratione*. Pertinet autem haec glossa ad *Demosthenis Orat. pro Ctesiphonte* (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 307, 25.) ubi vox αὐτοτραγικοπίθηκος occurrit.

Ibid. Τραμὶς (Scribendum Τράμις. Confer *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 622.), ὁ ὄρρος, ἢ ἡ διαγραφὴ, ἢ τὸ τρῆμα τοῦ ἀρχοῦ. Confer *Erotianum* p. 360. *Schol. Luciani* ad *Lexiphan.* T. I. p. 821. τὴν τράμιν] οἱ μὲν τὸ τρῆμα τῆς ἕδρας. οἱ δὲ τὸ ἀπὸ τούτου μέχρι τῆς ἀρχῆς τοῦ βαλάνου χωρίον, ὃ καὶ ὑποταῦρον (scribe: ὑποταύριον, quod apud *H. Stephanum Thes. l. gr.* T. III. p. 1271. reperies *Apsyrti* fide firmatum. Adde *Vegetium* in *arte veterin.* II, 18, 2.) καλοῦσιν.

Ibid. Τρανὲς, τὸ σαφὲς οἱ τραγικοὶ λέγουσι. Confer *Schol. Sophocl.* ad *Ajac.* v. 23.

Ibid. Τραπεζοφόρος, ἱερωσύνης ὄνομά ἐστιν κ. τ. λ. Emendationes hujus articuli a me in *libello animadversionum* propositae confirmantur quoque auctoritate *Harpocrationis*, e quo hic articulus desumtus est.

Ibid. Τράσια, οὗ τὰ σῦκα ψύχεται. οὕτως Εὔπολις. *Brunckius* in *Lexico Sophocleo* s. h. v. Τρασιὰ (ita enim scribendum est) λέγεται ὁ τόπος, ἔνθα τὰ σῦκα ξηραίνεται, παρὰ τὸ τερσαίνειν. ὁ δὲ Σοφοκλῆς ἐν τῷ ἑτέρῳ Ἀμφιαράῳ ἐπὶ τῆς ἅλω ἐτίθη τὴν λέξιν. *Lex. MS. Bibl. Reg.* et *Scholion* in *Mediceo Cod.* ad *Aeliani H. A.* III, 10.

Ibid. Τραφερὴ, ἡ ξηρὰ γῆ. Pertinet sine dubio haec glossa ad *Odyss.* υ. v. 98. Confer *Apollonii Sophistae Lex. Homeric.* pag. 653. *Oppianum Halieut.* lib. V. v. 334. (τραφεροῖσι, h. e. τοῖς γηΐνοις interprete *Gloss. Gr. Rutgersii*) ac *Eustathium* pag. 987, 59.

Ibid. Τράχηλοι, τῶν θαλασσίων πορφυρῶν, οὕτως Ποσίδιππος. Legendum Ποσείδιππος, ut et habet *apographum Alberti* ad *Hesychium* Tom. II. col. 1409. n. 14. Confer supra ad vocem Νεανισκεύεται a me notata. Caeterum loco Τράχηλοι sine dubio reponendum erit Τραχήλων. *Hesychius*: Τραχήλους, τὰς πορφύρους. Locus *Posidippi* laudatur ab *Athenaeo* lib. III. cap. 34. p. 87. Tom. I. *Opp.* ed. *Schweighaeuseri* p. 343 sequ.

Col. 440. Τρέφεσθαι, πήγνυσθαι, συνίστασθαι — — πολλῶν δὲ τροφῇ κῦμα. Scribendum est τρόφι loco τροφῇ. Sunt verba *Homeri Iliad.* λ'. 307. de quibus bene exposuit *Heynius* in *Commentario* suo.

Ibid. Τρέχειν τὸν περὶ ψυχῆς, οἷον δρόμον. Illud τὸν aut prorsus delendum aut in τὸ mutandum est. Respexit autem sine dubio *Photius* locum *Herodoti* lib. IX. cap. 37. ὥστε τρέχων περὶ τῆς ψυχῆς. In *Aristophanis Nubibus*, ni fallor, formula θέειν περὶ ψυχῆς reperitur. Formula *pro salute currere* usus est *Ammianus Marcellinus* XXIV, 4.

Ibid. Τρήρωνα, δειλήν. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 655. Τρήρωνος, ἐπὶ τῶν περιστερῶν, ἀπὸ τοῦ τρεῖν, ὅ ἐστι φοβεῖσθαι, δειλὸν γὰρ τὸ γένος κ. τ. λ.

Ibid. Τριακὰς, τοῖς τετελευτηκόσιν ἤγετο ἡ τριακοστὴ ἡμέρα διὰ θανάτου κ. τ. λ. Desumta haec sunt ex *Harpocratione*, ubi τριακάτῃ loco τριακοστὴ legitur. Confer *Koenium* ac *Schaeferum* ad *Gregor. Corinth. de dialectis* p. 498. et *Bastii Commentat. Palaeograph.* ibid. p. 852.

Ibid. Τρία καὶ δύο, ἐπὶ τῆς κράσεως τοῦ οἴνου Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν (v. 1195. ubi vid. *Schol.*) — — Ἡσίοδος (scilicet Ἔργ. v. 596.) τρὶς ὕδωρ προχέειν (lege τρὶς δ' ὕδατος προχέειν.) — — Εὔπολις Αἰξίν· Διό·

Διόνυσε χαῖρε μήτι καὶ β. (Senarius hic corrigendus est, ex *Athenaeo* lib. X. cap. 7. T. IV. p. 60. *Opp.* ed. *Schweighaeuseri*, ubi legitur: Διόνυσε χαῖρε, μή τι πέντε (ε) καὶ δύο.) — — καὶ δύπλα (scribe διπλᾶ). τὸ δὲ τέτταρα ἴσον ἴσα. Reponendum est ex *Athenaeo* l. l. ἴσον ἴσῳ. Confer *Eustathium* p. 1624, 44.

Ibid. Τριακοντούτης, προοξυτονεῖται — — καὶ παρὰ Θουκυδίδῃ αἱ τριακοντούτεις σπονδαὶ εἴρηται. Locus *Thucydidis* reperitur lib. I. cap. 23 et 87. In sequentibus laudatur quoque *Aristophanes*, qui autem τριακοντούτιδας σπονδὰς dixit in *Equit.* v. 1386. et *Acharn.* 193. 251. Etiam *Herodotus* lib. VII. cap. 149. dixit τριακονταέτιδας σπονδάς. Confer *Intt.* ad *Pollucem* I, 56. [In Photio pro προοξυτονεῖται legendum esse παροξυτονεῖται, obiter monui in Indice Verborum et Rerum ad Homeri Odyss. p. 186. Passim confunduntur verba composita cum praepositionibus παρὰ et πρό. Diodorus Sic. XIX. c. 95. extr. διὰ τὸ προγεγενὸς εὐτύχημα. Ibi Cod. habet παραγεγ. SCHAEFER.]

Col. 441. Τριβὴν, ὑπέρθεσιν. Pertinet haec glossa ad *Aristophanis Aves* v. 156. ubi vide *Schol.*

Ibid. Τρίβωνα, στολισμόν. *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* edita p. 52. Τρίβων ἐστὶ στολή τις, ἔχουσα σημεῖα, ὡς γραμμάτια. Τριβώνιον δὲ, ἱμάτιον παλαιὸν καὶ τετριμμένον.

Ibid. Τριβωνευόμενοι, ἤτοι ἀντὶ τοῦ τριβὰς ἐμποιοῦντες κ. τ. λ. Desumtus est hic articulus ex *Harpocratione*.

Ibid. Τρίγλῃνα, ὁ μὲν Ἡλιόδωρος τρίκορα κ. τ. λ. Eadem ac longe plura habet *Apollonius Soph.* in *Lex. Homer.* p. 655. ubi videndi *Intt.* Loco Ἡλιόδωρος legendum sine dubio Ἡρόδωρος, qui cum *Aristarcho* ac *Apione* inter eos, qui *Homerum* illustrarunt, praecipuus fuit. Confer quoque *Pollucis Onom.* V. sect. 97.

Ibid. Τρίγωνον δικαστήριον, ὄνομα ἐστὶν δικαστηρίου κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*.

Ibid. Τρίγωνον, δικαστήριον Ἀθήνησιν, ὡς παράβιστον καὶ μέσον. Loco παράβιστον legendum est παράβυστον, de quo judicio, in quo jus dicebant Undecimviri, videndus est *Harpocration* sub h. v.

Ibid. Τριηράρχημα, τὸ εἰς τὴν τριηραρχίαν ἀνάλωμα κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*. Vide *Demosthenem* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 1220, 12. et 1223, 13.

Ibid. Τρικάρανον, Φρούριον ἐστὶ τῆς Ἀργίας οὕτως καλούμενον. Sunt haecce quoque ex *Harpocratione* desumta. Mentionem ejus facit *Demosthenes* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 206, 6.

Col. 442. Τρικέφαλος, ὁ Ἑρμῆς, ὥσπερ διδάσκων τὰς ὁδοὺς κ. τ. λ. In fine hujus articuli loco Προκλείδης ex *Harpocratione*, cui sua debet *Photius*, Πατροκλείδης scribendum est.

Ibid. Τρίορχος, ὄρνεον. *Schol. ineditus Vitebergensis* ad *Lycophronis Cassandram* v. 148. Τριόρχης, εἶδος ἀετοῦ.

Ibid. Τρὶς ἓξ ἢ τρεῖς κύβοι — — καὶ τὸ παρ᾽ Εὐριπίδῃ τοιοῦτον, βέβληκ᾽ Ἀχιλλεὺς δύο κύβω καὶ τέτταρα. Confer *Schol. Aristoph.* in *Ranas* v. 1447. qui ex *Aristoxeno* docet, falso hunc versum *Euripidi* tribui. Adde *Zenob. Cent.* XI. *Prov.* 85. et *App. Vatic. Cent.* I. *Prov.* 29.

Ibid. Τριστάται, οἱ παρὰ χεῖρα τοῦ βασιλέως, οἷον ἔχοντες λόγχας ἀνὰ τρεῖς κατὰ χεῖρα. Ita distinguendum est.

Col. 443. Τριτημόριον. Δείναρχος κατὰ Καλλισθένους κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*, e quo etiam proxime sequens articulus desumtus est.

Ibid. Τριτομηνὶς, τὴν τρίτην τοῦ μηνὸς τριτομηνίδα ἐκάλουν κ. τ. λ. Eadem habet *Harpocration*, quem etiam in sequente articulo sublegit *Photius*.

Col. 444. Τρίτου κρατῆρος, τοῦ σωτῆρος, ὃν καὶ τέλειον ἔλεγον κ. τ. λ. Suspecta mihi est in fine hujus articuli vox Ὀλυμπικῶς, quam litura sanandam esse judico. Caeterum confer *Schol. Augustan.* ad *Platonis Philebum* §. 42. et *Apostolii Paroem.* XIX, 55.

Ibid. **Τριττύαν θυσίαν** (Legendum Τριττύαν, θυσίαν. *Etymolog. M.* ubi idem legitur, habet: Τριττὺν θυσίαν.). Καλλίμαχος κ. τ. λ. In fine hujus articuli exstat ridiculum σφάλμα typothetae. Pro υἱῶν ἀῤῥένων enim reponendum est ὑῶν ἀῤῥένων, ut habet apographum *Ez. Spanhemii.* Confer *Callimachi Opera* ed. *Ernesti* Tom. I, p. 563.

Ibid. **Τριττὺς**, φυλῆς μέρος τρίτον. καὶ τριττύαρχος ὁ ἄρχων. scilicet τοῦ τρίτου μέρους τῆς φυλῆς. Vox τριττυαρχεῖν reperitur apud *Platonem* lib. V. *Polit.* p. 466. F. Vide *Eustathium* p. 238, 28.

Ibid. **Τρίττὺς**, τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*, qui laudat *Aeschinem*, cujus locus reperitur Vol. III. *Oratt. GG.* p. 58, 7. Confer *Pollucis Onom.* VIII, 9. sect. 109 sequ.

Col. 445. **Τρίτῳ καὶ τετάρτῳ ἔτει**, ἀντὶ τοῦ, πρὸ τριῶν καὶ τεσσάρων ἐτῶν. οὕτως Ἀντιφάνης. Ita et *Suidas.* Sed in Codice D. legitur Ἀντιφῶν (scribe: Ἀντιφῶν), de qua nominum permutatione confer *Ruhnkenii Opuscula* p. 254 sequ.

Ibid. **Τριχακτὸν**, κτένιον. Ita et *Suidas.* Suspecta tamen jure est lectio Τριχακτὸν, cujus loco utrobique Τριχαπτὸν restituendum erit, de quo videndi sunt Interpretes ad *Hesychium* s. h. v.

Ibid. **Τριχθὰ**, τριχῆ. Occurrit haec vox apud *Homerum Iliad.* γ'. v. 363. ό. 189. et *Odyss.* ί. 71. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 656. interpretatus est per τριχῶς. Vide *Eustathium* p. 424, 16.

Ibid. **Τροπάδια**, ἀστραγάλων παιδιά. Scribe: Τρόπα, δι' ἀστραγάλων παιδιά. Confer *Hesychium* s. h. v. ibique *Interpretes.*

Ibid. **Τροπῆς ἀποσκίασμα**, ἀντὶ τοῦ —— φαντασίας. Est glossa sacra pertinens ad *Epist. Iacob.* I, 17.

Ibid. **Τροπίδια**, τὰ εἰς τρόπιν νεὼς εὐθετοῦντα ξύλα κ. τ. λ. Vide *Pollucis Onom.* I, 85.

Ibid. **Τροφαλὶς**, τυρός. οὕτως Εὔπολις. Hanc formam laudant Grammatici veteres, ac vocabulum Atticum esse praecipiunt. Confer. *Pollucis Onom.* VI, 48. et *Moeris Atticista* in vocab. τροφαλὶς, ubi vid. *Sallierius* et *Piersonius* p. 370 sequ. Adde *Athenaei Deipnos.* lib. IV. p. 149. f. Ducta est haec vox a verbo τρέφειν, *coagulare.* Scribitur etiam τρυφαλὶς (a verbo θρύπτω, unde etiam τρύφος, h. e. κλάσμα, natum est.) apud *Aristotelem H. A.* III, 20. pag. 259. Tom. II. ed. *Duval.* ac Alexandrinos 1 Sam. XVII, 18. Confer *Bielii Thesaurum Philol.* s. h. v.

Col. 446. **Τρόφι κῦμα**, τεθραμμένον κῦμα. Est glossa *Homerica* pertinens ad *Iliad.* λ'. 307. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 659. ac *Eustathium* p. 846, 6.

Ibid. **Τρόχις**, ἄγγελος. Eandem glossam habet *Scholiastes ineditus Vitebergensis* ad *Lycophronis Cassandram* v. 1471. *Aeschyl. Prometh.* v. 940. τόνδε τὸν Διὸς τρόχιν. Eodem sensu τρόχος apud veteres usurpatur teste *Eustathio* ad *Odyss.* δ'. p. 1517, 60. aut τροχὸς secundum *Etymolog. M.* p. 686, 10.

Ibid. **Τρόχον**, δρόμον. Εὐριπίδης Μηδείᾳ. ἄλλοι δὲ παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι. Scribe: ἀλλ' οἵδε παῖδες ἐκ τρόχων πεπαυμένοι. Ita *Euripides* in *Medea* v. 46. et *Cod. MS. Reg.* 16. D. XIV. ad *Ammonium de differ.* p. 137. ed. *Valckenarii.*

Ibid. **Τρύγοιπος**, ὑλιστήρ. οὕτως Ἀριστοφάνης. Scilicet in *Pluto* v. 1088. ubi videndus *Ezech. Spanhemius.* Confer quoque *Florent. Christian.* ad *Aristophanis Pacem* v. 534. ac *Pollucis Onom.* I, 235. VI, 19. et X, 75.

Ibid. **Τρύγονα ψάλλειν** —— ἴσως παρὰ τὸ τρύζειν, ὥς μοι μὴ τρύζητε. Sunt verba *Homeri Iliad.* ί. v. 311.

Ibid. **Τρύγων**, τὸ ζῶον. παίζεται δὲ εἰς τὴν τῶν γυναικῶν συνουσίαν. Confer *Hesychium* s. h. v. ibique *Interpretes.*

Col. 447. **Τρύμη**, πανοῦργος. Ἀριστοφάνης. Scilicet in *Nubibus* v. 448. ubi vide *Scholia* ac *Commentarium Beckii.* *Eustathius* ad *Odyss.* γ'. p. 1471, 8. Ἀριστοφάνης τρύ-

μην θηλυκῷ γένει τὸν πανοῦργον ἔφη. Confer quoque eundem ad *Odyss.* δ'. pag. 1517, 7.

Ibid. Τρὺξ, καὶ τὸ γλεῦκος, καὶ ἡ ὑποστάθμη. Ἀριστοφάνης. Vide *Ez. Spanhemium* ad *Aristoph. Nubes* v. 1087.

Ibid. Τρύφος ἄρτου, κλάσμα ἄρτου. *Lucian. Fugit.* 31. Φέρ' ἴδωμεν ἅτινα σοι ἡ πήρα ἔχει, θερμοὺς ἴσως, ἢ ἄρτου τρύφος. *Schol. inedit. Viteberg. ad Lycophronis Cassandram* v. 607. Τρύφος, ψωμὸς, κλάσμα. Confer *Homer. Odyss.* λ'. 508. *Eustathium* p. 1507, 20. et *Apollonii Soph. Lex. Hom.* p. 659.

Ibid. Τρώγειν, οὐχὶ τὸ ἐσθίειν ἁπλῶς κ. τ. λ. Vide *Ez. Spanhemium* ad *Aristoph. Plutum* v. 798.

Ibid. Τρώκτης, ἐκ παντὸς κερδαίνων, οἷον ἀποτρώγων. Eadem habet quoque *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 661. Pertinere autem videtur haec glossa ad *Odyss.* ξ'. 289. Vide *Eustathium* p. 1557, 61. et 1786, 32.

Ibid. Τυκτὸν, χειροποίητον. Mallem scribere: Τυκτὴν, ut glossa referenda sit ad *Odyss.* ρ'. 206. τυκτὴν, καλίῤῥοον, quod *Apollonius Soph. Lexic. Homer.* p. 661. ita interpretatus est: θέλει λέγειν χειροποίητον, οὐ φυσικὴν κρήνην.

Ibid. Τύλη, τὸ ἐπὶ τῶν τενόντων φῦμα, Ἀριστοφάνης. Scilicet in *Acharn.* v. 860 et 954. Confer quoque *Eustathium* pag. 1390, 25. ac *Pollucem* VII, 133 et 192.

Ibid. Τύλος, ὁ ἐξέχων ἧλος, περὶ ὧν (scribe οὗ) δεσμεύεται ὁ τροπωτήρ. Confer *Schol. Aristoph.* in *Acharn.* v. 552. ac *Schneideri Lex. Graec.* s. h. v.

Ibid. Τυμβογέροντες, πέμπτη ἡλικία γερόντων κ. τ. λ. Eosdem teste *Scholiasta Euripidis* in *Med.* v. 1209. τύμβους appellare solebant veteres. Confer quoque *Pollucis Onom.* lib. II. sect. 16.

Col. 448. Τυπῆσιν, τρώσεσιν. E *Schol. Homeri Iliad.* ε'. v. 887.

Ibid. Τυπτήσεις, οὕτως λέγουσιν τὸ μέλλον. Ἀριστοφάνης. Scilicet in *Pluto* v. 21. Confer *Maittaire de dialectis l. gr.* p. 154. ed. *Sturzii.*

Ibid. Τύρβη, ἀπόλαυσις, ἢ θόρυβος ἢ τάραξις. Suspicor cum *Alberti*, vocem ἀπόλαυσις pertinere ad Τρυφὴ, quod est cum Τύρβη confusum.

Ibid. Τυρμίδαι, δῆμος τῆς Οἰνηΐδος, οἱ Τυρμίδαι. Ex *Harpocratione.* Confer *Steph. Byzant.* p. 722.

Ibid. Τυρόκνηστις, μαχαίριον, καὶ σχῆμα ἀκόλαστον. Scribendum est Τυροκνῆστις. Vide *Aristoph. Lysistr.* v. 231. Impressam lectionem tamen tuetur *Eustathius* p. 871, 60. et 872, 11. ac *Pollux Onom.* VI, 89. et X, 104.

Ibid. Τυρταῖος, ὁ τῶν ἐλεγειῶν ποιητής. Sunt haec ex *Harpocratione* desumta.

Col. 449. Τυτθὴν, ὀλίγην ἢ μικράν. Est glossa *Homerica.* Vide *Iliad.* α'. v. 354. et η'. 334.

Ibid. Τυφλῶν ὀνείρων, ἤτοι τῶν ἀπατηλῶν. καὶ ἴσως περιέπεσεν τοῦτο (*Suidas* habet τούτῳ, quod praefero. In *Etymologico M.* legitur: πέπλασται τοῦτο, quod Doct. *Sturzius* praefert)· δοιαὶ γάρ τε πύλαι ψευστάων εἰσὶν ὀνείρων (Sunt verba *Homeri Odyss.* τ'. v. 562. ubi autem nunc legitur ἀμενηνῶν loco ψευστάων), ἢ ὅτι μύουσι προσδιαλέγονται. Eadem paucis mutatis habent *Suidas* et *Etymolog. M.* c. 772. l. 24.

Ibid. Τυφλοπλαστεῖται, τυφλὸς ἀναπλάττεται. *Mangeius* ad *Philonis fragmenta* T. II. p. 637. mavult τυφλῶς ἀναπλάττεται.

Ibid. Τυφὼν, οὐχ ἡ φλὸξ ἡ ἐκ τοῦ ἀέρος — — ὡς Πλάτων ἐν Φαίδρῳ. Scilicet §. 8. ubi videndus *Heindorfius* Vol. I. *Platon.* p. 197.

Ibid. Τυφῶνος πολυπλοκώτερον κ. τ. λ. Glossam hanc ab antecedente male divulsam ex *Timaeo* sumserunt *Photius* et *Suidas.* Referenda autem est ad *Platonis Phaedrum* §. 8. ubi haec ipsa verba leguntur.

Col. 450. Τύψας, ἐκ χειρὸς πατάξας. Eadem habet *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 662. Confer *Iliad.* υ'. 462. et *Odyss.* χ'. 98.

Ibid. Τῶ, χωρὶς τοῦ ι ἀντὶ τοῦ διό κ. τ. λ. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 662. et *Maittaire de dialectis l. gr.* pag. 233. ed. *Sturzii.*

Col. 449. Ὑακινθίδες, θυγατέρες Ὑακίνθου βασιλέως. Ex *Harpocratione.*

Col. 450. Ὕαλος διὰ τοῦ α —— Ἀριστοφάνης Ἀχαρνεῦσιν (scilicet v. 74.). ἐξ ὑαλίνων ποτηρίων καὶ χρυσίδων κ. τ. λ.

Col. 451. Ὑβάδαι, δῆμός ἐστι τῆς Λεοντίδος. Ex *Harpocratione.* Confer *Stephan. Byzant.* s. v. Ὕβα p. 723.

Ibid. Ὕβος, κυρτός. Scribendum est Ὑβός. Confer *Zonarae Lex.* c. 1760. *Etymolog. M.* c. 774, 6. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 630.

Ibid. Ὑβριστοδίκαι, οἱ ἐπὶ τῶν μὴ ἐθελόντων (Cod. D. θελόντων) εἰσάγειν τὰς δίκας. Si lectio hujus articuli sana est, ὑβριστοδίκαι dicerentur *praefecti* vel *judices* ὑβριστῶν, h. e. *eorum, qui causam introducere nolebant non sine gravi aliorum injuria, quos ita jure suo defraudabant.* Sed reliqui Lexicographi graeci longe aliud tradunt. Sic v. c. *Hesychius* scribit, ὑβριστοδίκας esse: τοὺς μὴ θέλοντας εἰσάγειν τὰς δίκας, apud Atticos. Confer etiam *Pollucis Onom.* VIII, 126. ibique *Iungermannum. Alberti* itaque ad *Hesychium* l. l. monuit, illud οἱ (quod sit idem quod ἐπὶ, *de.*) apud *Photium* irrepsisse. Sed fortasse, alia distinctione facta, lectio impressa apud *Photium* retineri potest, nempe ita: Ὑβριστοδίκαι οἱ, ἐπὶ τῶν μὴ θελόντων εἰσάγειν τὰς δίκας, ut adeo illud οἱ generis vocis ὑβριστοδίκαι significandi causa additum sit a *Photio.*

Ibid. Ὕβρις, ἡ μετὰ προπηλακισμοῦ ——. Λυσίας ἐν τῷ περὶ αἰκίας πρὸς Ἰσοκράτην. *Pollux* in *Onomast.* VIII, 6. quem sequor, laudat *Lysiae* orationem πρὸς Ἱπποκράτην. Confer *Reiskii Indicem graecitatis Lysiacae* s. v. ὑβρίζειν et ὕβρις.

Ibid. Ὑγεία Ἀθηνᾶ, ἐπώνυμόν ἐστιν Ἀθηνᾶς κ. τ. λ. *Harpocrationem* descripsit *Photius.*

Ibid. Ὑγρὰ κέλευθα, τὴν διὰ θαλάσσης ὁδόν. *Apollonius Sophista Lex. Homer.* pag. 666. Ὑγρὰ κέλευθα, τὴν θάλασσαν. Est glossa *Homerica* pertinens ad *Iliad.* ά. 312. ubi *Schol.* eandem, quam *Photius* habet, interpretationem addidit. Confer etiam *Hesychium* s. h. v. *Biblioth. Coislin. Montfauconii* p. 464. ac *Eustathium* p. 108, 16.

Ibid. Ὑγρὸς, ὁ εὐκατάφορος εἰς τὰς ἡδονὰς, ῥευματιζόμενος. Eadem habet *Lexic. MS. Bibl. Coislin.* p. 476.

Ibid. Ὑγρότης, ἀραιότης καὶ ὠφέλεια. *Lex. MS.* apud *Montfauc. Bibl. Coislin.* p. 476. habet: Ὑγρότης, ἀραιότης (in margine scribitur γρ. ὡραιότης) καὶ ἀφέλεια. Lectionem ἀφέλεια *Suidas* quoque habet.

Ibid. Ὑδερῶν, ὑδροπιῶν. Legendum Ὑδεριῶν (Confer *Intt.* ad *Polluc. Onom.* VI, 187. et *Aelian. Hist. anim.* III, 18. et XIV, 4.), ὑδροποιῶν. Vide *Moeridem* s. v. ὕδερος. In margine *Lexici MS. Bibl. Coislin.* pag. 476. ad vocem Ὑδερῶν legitur γρ. Ὑδρίων.

Ibid. Ὕδραν τέμνειν, ἐπὶ τῶν ἀμηχάνων λέγεται κ. τ. λ. Confer *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 159. ac *Erasmi Adagia Chil.* I. *Cent.* X. n. 9. p. 325.

Ibid. Ὑδρηλοὶ, κάθυγροι. Est glossa *Homerica* pertinens ad *Odyss.* ί. 133. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 667. ac *Polluc. Onom.* I, 239.

Col. 452. Ὕε, ἔβρεχεν. Scribe: Ὗεν, ἔβρεχεν, ut habet *Hesychius.* In *Lex. MS.* apud *Montfauc. Bibl. Coislin.* p. 476. legitur: Ὕε, ἔμβρεχε.

Ibid. Ὑειὸν, ὑὸς ἴδιον, χοίρου ἔργον —— ὥσπερ τα ὑδία τοῖς λίθοις κ. τ. λ. Loco ὑδία reponendum est e *Xenophonte* ὕϊδια. Eandem lectionem quoque exhibebat apographum *Valckenarii.* Confer ejusdem annotationes ad *Xenoph. Memorab.* I, 2, 30. ex quo haec verba sunt desumta. Pro προσκνίσασθαι in antecedentibus apud *Xenophontem* legitur προσκνᾶσθαι, apographum *Valckenarii* autem l. l. προσκνήσασθαι habebat. In *Lex. MS.* apud *Montfauc. Bibl. Coislin.* pag. 476. reperitur προσκυνήσασθαι ac in sequentibus ἴδια loco ὑδία.

Ibid. Ὑῆς, (Lege: Ὕης, ut recte apud *Suidam* scribitur), ἐπίθετον Διονύσου — — ὁ δὲ Φερεκύδης (Vide Celeb. *Sturzium* ad *Pherecydis fragmenta* p. 114 sequ.) τὴν Σεμέλην κ. τ. λ.

Ibid. Ὑηνεῖς, ὑϊκόν τι καὶ ζωῶδες ποιεῖς. Est glossa *Timaei* pertinens ad *Platonis Theaetet.* §. 60. p. 124. quam etiam *Suidas* descripsit, et quae totidem verbis legitur in *Scholiis* in *Platonem* a *Ruhnkenio* editis p. 23. Confer *Heindorfium* ad *Platonem* Vol. II. p. 364.

Ibid. Ὑης (Scribe: Ὕης), τοῦ Σαβαζίου ἡ ἐπίκλησις. *Hesychius:* ὑεὺς, σαβάζιος, et ὕης, Ζεὺς ὄμβριος. Vide *Küsterum* ad *Aristoph. Aves* v. 874. et *Eustathium* ad *Iliad.* σ'. p. 1155, 63.

Col. 453. Ὑλακόμοροι (Scribendum: Ὑλακόμωροι), ὑλακτικοὶ, οἱ περὶ τοῦ ὑλακτεῖν πονούμενοι. Pertinet haec glossa ad *Odyss.* ξ'. 29. ac π'. 4. Confer etiam *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v. ac *Eustathium* p. 1749, 38. et 1792, 10.

Ibid. Ὑλήεσσα, σύνδενδρος. Ex *Homeri Odyss.* ι. 24. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 668. ὑλήεσσα, κατάδενδρος.

Ibid. Ὑμεῖς, ὦ Μεγαρεῖς, οὔτε τρίτοι οὔτε τέταρτοι. κ. τ. λ. Locus *Callimachi* in fine hujus articuli excitatus reperitur in *Epigram.* XXVI. v. 4 et 5.

Col. 454. Ὑμενῶδες, λεπτότατον, καὶ οἷον εἰπεῖν ἀερῶδες. Scribendum ἀεροειδὲς ex *Hesychio.*

Ibid. Ὑμνεῖν, ὀδύρεσθαι (*Sophocl. Electr.* v. 385. ubi vid. *Scholion.*), μέμφεσθαι, λοιδορεῖν (*Euripid. Medea* v. 423. ubi vid. Schol. *Herodian.* IV, 2, 10.), κατ' εὐφημισμὸν, ὡς ἐν ά Πολιτείας. Scilicet p. 410. D. quo *Platonis* loco usus quoque est *Suidas* in v. ac *Etymolog. M.* c. 777, 14. *Eustathius* ad *Iliad.* ζ. p. 634, 10. ἔτι δὲ καὶ τῷ ὑμνεῖν, φαύλως ἐκλαμβανομένῳ ποτὲ, κατὰ βαρεῖαν ἀντίφρασιν, Σοφοκλῆς, ὑμνήσεις κακὰ, ἤγουν ὑβρίσεις, καὶ ἐν Οἰδίποδι Τυράννῳ, τοιαῦτα ἐφυμνῶν, ἤγουν δυσφημῶν κ. τ. λ. *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 144. ὑμνοῦσιν ἀντὶ τοῦ ὀδύρονται, λοιδοροῦσι, μέμφονται, κατ' εὐφημισμόν. Confer quoque *Ruhnkenium* ad *Timaeum* p. 262 sequ. ac *Spanhemium* ad *Iuliani Orat.* I. p. 9.

Ibid. Ὑπάγουσιν, ἀντὶ τοῦ προάγουσιν. Δημοσθένης Φιλιππικοῖς. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Ὑπαγωγὰς, τὰς ἀναχωρήσεις, διώξεις τε καὶ ὑπαγωγὰς φησὶ Θουκυδίδης. nempe lib. III. cap. 97. Eundem locum laudat quoque *Etymol. M.* s. v. ὑπάγει c. 777.

Ibid. Ὑπάγειν εἰς δίκειν, τὸ ἄγειν καὶ Θουκυδίδης καὶ ἄλλοι. Ex *Timaei Lexico Platonico* p. 263. (ubi videndus *Ruhnkenius*) scribendum est: Ὑπάγειν, εἰς δίκην ἐνάγειν κ. τ. λ.

Col. 455. Ὕπατε κρειόντων, βασιλεῦ βασιλευόντων, ἐξοχώτατε, μέγιστε. Ita enim distinguendum est. Est glossa *Homerica* respiciens ad *Iliad.* θ'. 31. *Odyss.* α'. 45 et 81. ac ω. 472.

Ibid. Ὑπ' αὐγὰς, ὑπὸ τὸν ὄρθριον, ἢ ὑπὸ τὸν πεφωτισμένον ἀέρα. Est glossa *Timaei,* quam etiam descripsit *Suidas.* Loco ὄρθριον *Timaeus* ὄρθρον habet.

Ibid. Ὕπαφρον, ὕπουλον, φανερόν. Ante φανερὸν excidit particula μή. *Hesychius:* τὸ μὴ φανερὸν, ὕπαφρον λέγουσιν, ubi videndi *Interpretes.* *Zonaras Lex.* col. 1781. ὕπαφρον, τὸ κρύφιον λέγει ὁ Ἱπποκράτης.

Ibid. Ὑπέμβρυον, τὸ ὑπὸ τῇ θηλαζούσῃ νεογνόν. Respicitur sine dubio hac glossa *Homer. Odyss.* ι. 245. καὶ ὑπ' ἔμβρυον ἧκεν ἑκάστῃ.

Ibid. Ὑπέρα, τὸ τοῦ κέρως τοῦ ἱστοῦ σχοινίον κ. τ. λ. Eadem leguntur in *Schol. Luciani Dialog. Mort.* IV. c. 1. Vol. II. *Opp.* p. 138. ed. *Bipont.*

Ibid. Ὑπέρβιον, ὑπερβίως, οἷον ἄγαν βιαίως κ. τ. λ. Est glossa *Homerica,* quae respicit ad *Iliad.* ρ'. 19. ubi ὑπέρβιον pro adverbio acceperunt *Schol.* et *Eustathius* pag. 1092, 18. Confer etiam *Odyss.* ξ'. 95. et *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 671.

Col. 456. Ὑπερβολὴν, τὴν ἀναβολὴν καὶ ὑπέρθεσιν, καὶ ἐν τῷ περὶ τοῦ στεφάνου

Δημοσθένης. Eadem habet *Etymolog. M.* c. 778, 36. Confer *Reiskii Indicem Graecit. Demostheneam* p. 763.

Ibid. Ὑπέρβολος. δημαγωγὸς ἦν, ὃν Θουκυδίδης ἐν τῇ ή ἐξωστρακίσθαι φησίν. Locus reperitur lib. VIII. cap. 73. Articulus ipse desumtus est ex *Harpocratione.* Confer *Suidam* v. Ὑπέρβολον, *Aristoph. Equitt.* v. 1298 et 1359. ac *Thucyd.* VIII, 73.

Ibid. Ὑπερδέα (Scribendum Ὑπερδεᾶ δῆμον ex *Etymologico M.* ubi eadem verba reperiuntur), ὑπερβαλλόντως ἔνδεα (Lege ἐνδεᾶ), οἷον πάνυ ἔλασσονα κατὰ δύναμιν. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 674. Ὑπερδεᾶ, ὑπερδεόντως ἐνδεῆ, οἷον, ἔλασσον κατὰ δύναμιν. Confer *Tollii excursum* ad h. l. p. 756. ac *Eustathium* p. 1108, 61.

Ibid. Ὑπερδέξιον χωρίον. εἶχον δὲ ὑπερδέξιον χωρίον, οἷον χαλεπώτατον, Ξενοφῶν φησίν. Scilicet in *Anabasi* IV, 8, 1. Confer *Sturzii Lexicon Xenophonteum* Vol. IV. p. 373.

Ibid. Ὑπερήμερος. οἱ δίκην ὀφείλοντες κ. τ. λ. *Harpocration*, e quo haec desumta sunt, Ὑπερήμεροι habet, quod *Photio* reddendum est. Confer quoque *Scholia* ad *Demosthenem* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 84. ed. *Reisk.*

Ibid. Ὑπέρθεον, ὑπὲρ θεῶν βούλησιν. Scribendum est divisim: Ὑπὲρ θεόν.

Ibid. Ὑπερίονα, ὑπὲρ ἡμᾶς ἀνατέλλοντα. Ante ὑπὲρ ἡμᾶς ά. omissum est substantivum ἥλιον. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* pag. 672. Ὑπερίων, ὁ ἥλιος, ἀπὸ τοῦ ὑπερεῖναι ἡμᾶς. Confer *Iliad. τ'.* 398. *Hesiodi Theogon.* 371. ac *Eustathium* p. 1190, 5. et 1383, 36. Apud *Stesichorum* in *Athenaeo* lib. XI. p. 469. e. sol *Hyperionides* et ibid. p. 470. b. apud *Mimnermum* Sol *Hyperionis* filius vocatur.

Ibid. Ὑπερμαζεῖ (Scribendum: Ὑπερμαζᾷ), ὑπερτρυφᾷ, πλουτεῖ, στρηνιᾷ. Confer *Hesychium* s. h. v. ibique Interpretes. Ὑπερμαζᾶν proprie de *foeminis* adhiberi, *quae turgidiores habent mammas,* docet locus *Synesii Episc. Cyren. Ep.* IV. p. 166. ed. *Petavii* δυστυχοῦσι. γοῦν ὅπερ αἱ Λήμνιαι. αὗται γὰρ ὑπερμαζῶσι, καὶ ἀσυμμέτρως ἔχουσι τῶν στέρνων, ὥστε τὰ βρέφη μὴ διὰ μάλης, ἀλλὰ δι' ὤμων σπᾷν τῆς θηλῆς ἀναβεβλημένης κ. τ. λ. Vide quoque *Schol. Luciani* in *navigio* cap. 15. Vol. VIII. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 168 sequ.

Ibid. Ὑπερμενέα, ἰσχυρότερα λίαν. Scribendum videtur ἰσχυρότερον λίαν, ut pertineat haec glossa ad *Iliad. β'.* 350. et *θ'.* 470. *Apollonius Sophista Lex. Homer.* pag. 670. Ὑπερμενεῖ, ὑπερέχοντι, κατὰ τὸ μένος, τουτέστι τὴν ἰσχύν. *Iliad. β'.* 316. Potest tamen Ὑπερμενέα quoque accipi pro neutro plurali.

Ibid. Ὑπεροιαζομένου, ὑπερηφανευμένου. Locum quidem habere potest lectio recepta Ὑπεροιαζομένου: facile tamen aliquis per glossam proxime sequentem (ubi legitur: Ὑπέροπλον, ὑπερήφανον) ad eam sententiam perduci poterit, ut statuat, *Photium* dedisse: Ὑπεροπλιζομένου. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 674 sequ. s. v. ὑπεροπλίσαιτο.

Ibid. Ὑπέρου περιτροπή, ἐπὶ τῶν ταὐτὰ ποιούντων, καὶ μηδὲν περαινόντων κ. τ. λ. Post ποιούντων necessario supplendum est πολλάκις, quod additum legitur in *Scholiis* in *Platonem* a *Ruhnkenio* editis p. 33. quae habent: Ὑπέρου περιτροπή, ἐπὶ τῶν τὰ αὐτὰ ποιούντων πολλάκις, καὶ μηδὲν ἀνυόντων, ἢ ἐπὶ τῶν ταχέως τι πραττόντων. Μέμνηται δὲ αὐτῆς Φιλήμων ἐν Ἥρωσι, καὶ ἐνταῦθα Πλάτων. nempe in *Theaeteto* cap. 43. p. 211. edit. *Fischeri.* Confer quoque *Erasmi Adagia Chil.* II. *Cent.* VIII. n. 2. p. 565. *Gataker.* ad *M. Antonin.* X. §. 17. ac *Heusd. Specim. Crit.* p. 49. extr.

Col. 457. Ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα (supple ἅλλεσθαι seu πηδᾷν), ὑπὲρ τὰ μέτρα. —— Καὶ Πλάτων ἐν οὗ ἡ ἐπιγραφὴ Κράτυλος (§. 65.) περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος. *Schol.* Παροιμία, ὑπὲρ τὰ ἐσκαμμένα πηδᾷς, ὅμοιον τῷ, ὑπερβάθμιον πόδα τείνεις. Confer *Lucian. Gall.* §. 6. Tom. VI. *Opp.* ed. *Bip.* p. 298. et *Valckenar.* ad *Chrysost. Orat. in laud. Pauli* p. XX.

Ibid. Ὕπερθερον, ὁ οὐρανός. ὑπὸ γὰρ τὸν αἰθέρα ὑπάρχον. Ex addita explicatione luculenter apparet, loco Ὕπερθερον scribendum esse Ὕπαιθρον, quod vide supra s. v. ὑπαίθριον. Etiam in fine hujus articuli ὑπάρχων reponendum erit.

Ibid. Ὑπερτεροῦν, δέσποζον. Scribendum: δεσπόζον. Fortasse tamen pro Ὑπερτεροῦν reponendum erit Ὑπέρτερον. *Cyrilli Lex. MS.* Ὑπέρτερον, ἀνώτερον, ἢ δεσπόζον. Non possum tamen prorsus silentio praeterire, *Suidam* quoque habere: Ὑπερτεροῦν, δεσπόζον, et: Ὑπερτερῶ γενικῇ.

Ibid. Ὑπερώησαν, ὑπεχώρησαν. Eadem quoque habet *Apollonius Sophista Lex. Hom.* p. 674. Confer *Iliad.* θ'. 122. ibique *Schol.* ac *Eustathium* pag. 197, 42. et 703, 3.

Ibid. Ὑπεστειλάμην, παρῃτησάμην, ἀπεκρυψάμην. Referenda sine dubio est haec glossa ad *Actor.* XX, 20. Confer meum *Lexicon N. T.* s. h. v.

Ibid. Ὑπετέθυπτο, ὑπεκαίετο καὶ κέκνιστο. Ἀπολλοφάνης. Loco κέκνιστο legere mallem: ὑπεκέκνιστο. *Suidas:* Ὑποτυφούσης, ὑποκνιζούσης, ὑποκαιούσης.

Col. 458. Ὑπήγετο, ὑπέπειθεν. Confer *Hemsterhusium* ad *Aristophanis Plutum* pag. 58.

Ibid. Ὑπηνέμιοι, ὑπὸ τὸν ἄνεμον. E *Schol.* ad *Sophoclis Antigon.* v. 418. unde haec desumta sunt, apparet, apud *Photium* scribendum esse Ὑπήνεμοι, quae vox etiam apud *Theocrit. Idyll.* XXII. v. 32. reperitur. Eodem modo corrigendus quoque est articulus proxime sequens. *Schol. Luciani* de *sacrif.* cap. 6. Vol. III. *Opp.* ed. *Bipont.* pag. 72. habet tamen: ὑπηνέμια λέγονται τὰ δίχα συνουσίας καὶ μίξεως. Confer *Beckii Comment.* in *Aristoph.* Vol. III. pag. 479. ac *Wagnerum* ad *Alciphron.* lib. II. Ep. 2. Tom. I. p. 296 sequ.

Ibid. Ὑπηνήτῃ, ἀκμαίῳ, ἄρτι γενειῶντι. Pertinet haec glossa ad *Iliad.* ω. v. 348. *Schol. Luciani* de *sacrif.* cap. 11. Vol. III. *Opp.* ed. *Bipont.* p. 76. Ὑπήνη, τὸ γένειον, ἀπὸ τοῦ ὑπεῖναι, ὑποκεῖσθαι. καὶ ὑπηνήτης ἀνὴρ ἀκμαῖος. Conferendus quoque est *Apollonius Soph. Lex. Hom.* p. 676.

Ibid. Ὑπηρέσιον, ὑπαγκώνιον τῶν ἐρετῶν ἤγουν κωπηλατῶν, ὑφ' οὗ καθίζουσιν. Scribendum est ex *Eustathio* p. 1509, 14. (adde p. 1591, 39.) ἐφ' οὗ καθίζουσιν. Caeterum de usu vocis ὑπηρέσιος in re navati videndus *Hieronymus de Bosch.* in *Obss.* ad *Anthol. Graecam* p. 186 sequ.

Ibid. Ὑπίσχεται, ὑπισχνεῖται. Confer *Iliad.* ψ'. 209. et *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 678.

Ibid. Ὑποβολιμαῖοι, ὑποβαλλόμενοι καὶ εἰσποίητοι, ὡς ἐπὶ τῶν χαμαιριφῶν παιδίων, ἅπερ ἑαυτῶν ἀποβάλλουσιν αἱ γυναῖκες. Ex omni orationis serie apparet, scribendum esse: ἅπερ ἑαυταῖς ὑποβάλλουσιν αἱ γυναῖκες, ut quoque habet *Hesychius*, e quo jam *Suidam* recte emendavit *Küsterus.* Confer quoque *Eustathium* p. 106, 6. et 1406, 40. ac *Schol. Demosthenis* e *Codice Bavarico* Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* pag. 53.

Ibid. Ὑπόβολον, ὑποκείμενον πρὸς δάνειον καὶ τόκον. Confer *Pollucis Onom.* III, 85. ac *Eustathium* pag. 1405, 21. et 1406, 42.

Ibid. Ὑπογενειάζων, λιτανεύων, ἀπὸ τοῦ γενείου ἁπτόμενος. Occurrit haec vox apud *Aeschinem* Vol. III. *Oratt. GG.* pag. 9, 20.

Col. 459. Ὑπὸ γῆν οἰκοῦντες — — ὑποκυδεῖς (Lege: ὑποκύδεις. Paulo post quoque legitur ὑποκύδης) κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Ὑπόγυον, ἐγγύτερον, πρόσφατον κ. τ. λ. Loco Ὑπόγυον scribendum est Ὑπόγυιον, ut habet *Schol. Demosthenis* e *Cod. Bavarico* Vol. II. *Oratt. GG.* ed. *Reisk.* pag. 54. apud quem in fine hujus articuli pro τὸ πρὸ ὀλίγου καὶ μετ' ὀλίγον legitur: τὸ προολίγον καὶ μετολίγον.

Ibid. Ὑποδέξῃ, ὑποδέχῃ τὰ πρὸς ὑποδοχὴν ἐπιτήδεια. Admodum corrupta est haec glossa, sed facillimo negotio ita resti-

tuenda: Ὑπόδεξις, ὑποδοχὴ, τὰ πρὸς τὴν ὑποδοχὴν ἐπιτήδεια. Sic legitur aliquoties apud *Hippocratem*. Confer *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 638. Potest etiam loco Ὑποδέξηι scribi Ὑποδεξίη, ὑποδοχὴ, ut legitur apud *Apollonium Soph. Lex. Homer.* p. 677. Tunc glossa referenda esset ad *Iliad.* IX, 73. Pertinet huc etiam glossa proxime sequens: Ὑποδέξιος, ὑποδοχεύς. Vox ὑποδέξιος, quanquam alio significatu, reperitur apud *Herodot.* VII, 49.

Ibid. Ὑποθημοσύνη, διδασκαλία. Confer *Iliad.* ό. 412. ibique *Schol. Odyss.* π'. 233. ac *Eustathium* p. 696, 20. et 1023, 15. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 676. ὑποθημοσύνῃσι, ὑποθήκαις, συμβουλαῖς.

Ibid. Ὑποθήσομαι, διδάξω. Respicitur fortasse hac glossa ad *Aristoph. Aves* v. 1368. ubi videndus *Beckius* in *Commentario* ad *Aristophanem* Vol. III. p. 590.

Col. 460. Ὑποκοριζόμενοι, διασύροντες. Ξενοφῶν (in *Memorab. Socr.* II, 1, 26. ubi vide *Intt.*) — — λέγει γὰρ ἐν τῷ παραπρεσβείας (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 424, 11.) κ. τ. λ. Confer *Ruhnkenium* ad *Timaeum* p. 266. et *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio collecta* p. 156.

Ibid. Ὑπὸ κρασὶν, ὑπὸ ταῖς κεφαλαῖς. Ex *Homer. Iliad.* κ'. 152. ubi vid. *Schol.*

Ibid. Ὑποκρίνεσθαι, τὸ ἀποκρίνεσθαι οἱ παλαιοί. καὶ ὁ ὑποκριτὴς ἐντεῦθεν ὁ ἀποκρινόμενος τῷ χώρῳ κ. τ. λ. Idem tradit *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 676 sequ. qui simul adducit loca *Homeri Iliad.* μ'. 228. et *Odyss.* β'. 111. Locus *Thucydidis* reperitur lib. VII. cap. 44. Confer quoque *Eustathium* p. 1437, 31.

Ibid. Ὑποκυσαμένη, ἐγκυμονήσασα. Fortasse *Photius* dedit Ὑποκυσσαμένη, ut sit glossa *Homerica* referenda ad *Iliad.* ζ. 26. et *Odyss.* λ'. 253. Impressam lectionem habet tamen *Eustathius* p. 622, 47. 1205, 37. et 1681, 31.

Ibid. Ὑπολακάξας, ὑποκενώσας. Confer *Aeliani Hist. anim.* XIV, 14.

Ibid. Ὑπὸ μάλης, μάλην δ' οὐ λέγουσιν, ἀλλὰ μασχάλην. [ἀλλὰ τοῦτο τὸ γραμα- χρῶνται ναυ . . . λιοι καθόλου μάλην λέγοντες, ἀλλ' οὐ μασχάλην ἢ μασχάλας.] Verba haec uncis inclusa ita sunt restituenda: ἀλλὰ τούτῳ τῷ ῥήματι χρῶνται Ἀττικοὶ καθόλου κ. τ. λ. Confer *Thomam Mag.* p. 594 sequ. ibique *Intt.* ac *Eustathium* p. 1631, 35.

Col. 461. Ὑπονομεύοντες, ἀντὶ τοῦ ὑπονόμους ὀρύττοντες. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Καλλίστου. In *Harpocratione*, e quo haec desumta sunt, pro Καλλίστου legitur Καλλίππου, quod non notatum est in *Indice Auctorum*.

Ibid. Ὑπόξυλος, κίβδηλος, ὡς ὑπόχαλκος. οὕτως Μένανδρος. Confer *Phrynichi apparat.* p. 468. *Scholiastes Hermogenis ineditus* apud *Is. Vossium* ad *Catull.* p. 308. ὑπόξυλα κυρίως καλεῖται τὰ ἀγάλματα, οἷς ἐκ ξύλων κατεσκευασμένοις ἐπιπολῆς ἐπελήλατο ἄργυρος ἢ χρυσός. Vide quoque *Casaubonum* ad *Athenaeum* IX. cap. 8. p. 664. *Kühnium* ad *Pollúcis Onom.* lib. III. sect. 56. ac *Montfauconii Bibl. Coislin.* p. 468.

Ibid. Ὑπὸ παντὶ λίθῳ σκόρπιος, ἐλλείπει ὕπεστι κ. τ. λ. Proprie adhibita haec formula reperitur apud *Aelian. H. anim.* XV, 26. proverbialiter autem a *Sophocle* in Αἰχμαλώτοις apud *Suidam* T. III. p. 558. Respexit etiam ad hoc proverbium *Aristoph. Thesmoph.* v. 528. Confer etiam *Zenob. Cent.* VI, 20. et *Diogen.* VIII, 59.

Ibid. Ὑπώπια, ἀπὸ μέρους τὴν ὄψιν. scilicet δηλοῖ. Ita *Schol. Homeri Iliad.* μ'. 463.

Ibid. Ὑπόπτερος, ταχεῖα. Fortasse scribendum est Ὑποπτέρου, ταχείας, ut respexerit *Photius* ad *Pindari Olymp.* IX, 36. ubi legitur: ναὸς ὑποπτέρου, ac *Scholiastes* interpretatus est ταχείας.

Ibid. Ὑποσμήχουσα, ἐνδιερεθίζουσα κ. τ. λ. Lege ἔνδον ἐρεθίζουσα ex *Hesychio*.

Ibid. Ὑποσταθμίς, τρυγίας. Reponendum est Ὑποστάθμης. Ὑποστάθμη enim est auctore *Hesychio* τρυγία, τρύξ. Nec tamen repu-

repugnarem, si quis Ὑποσταθμὴ, τρυγία (Confer *Suidam* s. v. ὑποστάθμη) aut Ὑπόστασις, τρυγία (Vide *Thom. Mag.* in v. ἰλὺς) legere mallet. Glossae veteres: ὑπόστασις ἐλαίου, *fraces*, *faeces*, et: ὑποστάθμη, *fax*, forte *faex* seu *frax*.

Ibid. Ὑπόστημα, πλῆθος. scilicet τῶν στρατιωτῶν. Usus est hac voce *Aquila* 1 Sam. XIII, 3. Reperitur quoque apud *Alexandrinos* 1 Paral. XI, 16. et 2 Sam. XXIII, 14. Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Ὑποστησάμενος, ὑποβαλλόμενος. Ὑπερείδης. In *Harpocratione*, cui sua debet *Photius*, legitur Ὑποστήσας.

Ibid. Ὑποσχεῖν, ὑπολαβεῖν, ἀπαιτηθῆναι, ὑποθεῖναι. Quomodo interpretatio ἀπαιτηθῆναι voci ὑποσχεῖν conveniat, docuit *L. Bos Anim. ad SS. GG.* Ὑπέχειν λόγον scilicet dicitur, *qui rationes reddere tenetur, a quo rationes exiguntur.*

Col. 462. Ὑποτεμνόμενος τὸν πλοῦν (delenda enim est distinctionis nota post Ὑποτεμνόμενος, quae in editione *Hermanniana* reperitur), ἀντὶ τοῦ —— οὕτως Ξενοφῶν φησίν. Nempe in *Histor. Graeca* I, 6, 10. Eadem habent *Etymol. M.*, *Suidas* ac *Phavorinus*.

Ibid. Ὑποτοπεῖσθαι, ὑπονοεῖσθαι. καὶ καθυποτοπεῖσθαι, τὸ ὑπὸ τὸ χεῖρον ὑπονοεῖν. *Etymol. M.* c. 762, 15. τοπάζειν, στοχάζειν, ὑπονοεῖν — καὶ καθυποτοπεῖσθαι τὸ ὑπὸ τὸ χεῖρον ὑπονοεῖν. Utrobique ὑπὸ ante τὸ χεῖρον in ἐπὶ mutandum est. Caeterum *Beckio* ad *Aristoph. Ran.* v. 1043. καθυποτοπεῖσθαι ex καχυποτοπεῖσθαι ortum esse videtur. Nam etiam θ et χ saepe invicem permutantur. Confer ipsum *Photium* s. v. Καχυπότοπος c. 113.

Ibid. Ὑπότροπος. ἐξ ἀποστροφῆς. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 676. Ὑπότροπον, ὑπόστροφον καὶ ἀφιγμένον (*Iliad.* ζ. 367.). Ὑπότροπος ἵξομαι αὖθις.

Ibid. Ὑποφθὰς, φθάσας, προλαβών. Loco φθάσας sine dubio rescribendum est προφθάσας ex *Hesychio*, qui etiam ὑποφθαμένη (apud *Homerum Odyss.* δ. 171. obvium) per προφθάσασα interpretatus est.

Ibid. Ὑποφόνια, τὰ ἐπὶ τῷ φόνῳ διδόμενα χρήματα κ. τ. λ. Ex *Harpocratione*. Confer quoque *Eustathium* p. 1158, 11.

Ibid. Ὑποφύσεις, παραφυάδες φαύλων λογισμῶν ἔξωθεν φυόμεναι. Eadem habent *Suidas* ac *Phavorinus*, sine dubio ex *Aristotele*, in cujus libris ad *Nicomachum* me certe vocem παραφυάδες sensu metaphorico usurpatam legisse memini. Cel. *Sturzius* ὑποφύσεις hoc sensu usurpatum comparat cum vernaculo *Auswüchse*.

Col. 463. Ὑπωμοσία, τὸ ὑπερτίθεσθαι δίκην προφάσει χρώμενον ἀποδημίᾳ ἢ νόσῳ ἢ τινὶ (reponendum ex *Harpocratione*, cui sua debet *Photius*, ἀποδημίας, ἢ νόσου, ἢ τινὸς) τῶν παραπλησίων μεθ' ὅρκου. οὕτως ἐλέγετο καὶ τὸ ποιεῖν τοῦτο ὑπόμνυσθαι. Distingue: μεθ' ὅρκου, οὕτως ἐλέγετο. καὶ τὸ κ. τ. λ. ut recte legitur in *Schol. Demosthenis* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 89. Confer *Matthiae Miscellanea Philologica* p. 263 sequ. ac *Eustathium* p. 1661, 51.

Ibid. Ὑπώρεια, ἡ ὑπὸ τοῦ ὄρους πεδιάς. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 678. Ὑπωρείας, τοὺς πρὸς τοῖς κάτω μέρεσι τοῦ ὄρους. Confer *Homer. Iliad.* ύ. v. 218.

Ibid. Ὕσπληξ (apud *Pollucem Onom.* III, 147. ὕσπληγξ scribitur.), φραγέλιον, ἀφετηρία. Ita enim distinguendum est. Copiose ac docte de hac voce exposuit *Hieronymus de Bosch* in *Obss. et Nott. ad Anthologiam graecam* p. 173 sequ. Similis vox est βουπλὴξ, quam cum hac nostra comparavit *Eustathius* p. 629, 53. Per ἀφετηρίαν exposuit quoque hanc vocem *Schol. Luciani* in *Cataplo* cap. 4. Vol. III. *Opp.* ed. *Bip.* p. 178.

Ibid. Ὕρισοι, ἔρυσοι σπυρίδες. Loco ἔρυσοι, quod vocabulum nihili est, reponendum est ὑῤῥισσοὶ, ita ut a sequente voce distinguatur.

Ibid. Ὑσίαι, πόλις τῆς Βοιωτίας. Ex *Harpocratione*. Loco Ὑσίαι autem reponendum est Ὑσία auctoritate *Steph. Byz.* p. 730.

Ibid. Ὑσσακοῦς (scribe: Ὑσσάκους), τοὺς πασσάλους Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ, καὶ οἱ Δωριεῖς. Locus *Aristophanis* reperitur in *Lysistrata* v. 1001. ubi *Scholiastes:* ὑσσάκων, τῶν γυναικείων μορίων.

Col. 461. Ὑστριχὶς καὶ ὕστηρξ, ἡ ἐκ τῶν ὑείων τριχῶν μάστιξ. Usus est hac voce *Aristophanes* in *Pace* v. 646. et *Ran.* 619. Vocabulum ὕστηρξ, Lexicographis ignotum, in ὑστρίχους, apud *Philonem* T. II. p. 645. in eadem significatione obvium, mutare non dubito. *Beckius* in notis ad *Aristoph. Ran.* v. 631. Vol. III. *Comment.* in *Aristoph.* p. 161. e *Zonara (Lex.* II. p. 1788. ubi vid. *Tittmannus)* ὕστρηξ reponere mavult. Quidni ὕστριξ? e *Suida* ac *Etymol. M.*

Ibid. Ὑφηνίοχος, ἀντὶ τοῦ ἡνίοχος. E *Schol. Homer. Iliad.* ζ. 19. Confer *Eustathium* p. 622, 25.

Ibid. Ὑφόλμιον, ἀπὸ τῶν αὐλῶν Φερεκράτης. Lucem foenerat huic glossae *Hesychius*, apud quem legitur: Ὑφόλμιον, μέρος τι τοῦ αὐλοῦ πρὸς τῷ στόματι, ἢ αἱ γλωττίδες. Confer etiam *Hesychium* s. v. Καταστομὶς, ac *Pollucis Onom.* lib. IV. sect. 70. Docte de voce ὑφόλμιον egit *C. Bartholinus* de *tibiis Vett.* cap. V. pag. 62.

Ibid. Ὑψίζυγος, ἐν ὕψει θρόνον ἔχων. Est epitheton Iovis apud *Homerum Iliad.* δ'. 166. Confer *Villoisonium* ad *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 681. ac *Eustathium* p. 460, 23 sequ. et 665, 24 sequ.

Col. 465. Φαέθοντα τόκον, ἐπιφανῆ καὶ καταπληκτικὸν τὴν πρόσοψιν. Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Φαέθων, λάμπων, ἥλιος. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 684. Φαέθων, λάμπων (*Iliad.* λ'. v. 734.). ἔστι δὲ καὶ ἵππου ὄνομα. *Homer. Od.* ψ'. 246. Confer quoque *Eustathium* p. 826, 26. 1671, 45. et 1947, 20.

Ibid. Φαεινὸν, λαμπρόν. Confer *Apollonii Soph. Lexic. Homer.* p. 683.

Ibid. Φαεσίμβροτον, ἡ φέρουσα φῶς τοῖς ἀνθρώποις. Φαεσίμβροτος (ita enim legendum est) positum est pro Φαεσίβροτος, μ medio e dialecto poetica injecto. Confer *Tryphiod.* v. 226. ac *Eustathium* pag. 243, 43. et 1651, 52.

Ibid. Φαέσιμος, λαμπρὸς, ἰσχυρὸς, scilicet κατὰ τὴν ψυχὴν, quod addit *Hesychius. Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 682. Φαίδιμος, λαμπρὸς, ἢ ὁ ἐπίσημος.

Ibid. Φακῆ, τὸ ἕψημα τοῦ φακοῦ. *Lexicon Cyrilli Alex. MS.* Φάκος διὰ δύο κκ. ὀξύνεται φακῆ, ἀπὸ γὰρ φακέα, φακῆ. Confer *Matthaei* ad *Glossaria graeca minora.* pag. 11. ubi observavit, φακῆς vocabulum haberi apud *Diogenem Laert.* pag. 212 et 239 bis.

Ibid. Φακὸς, τὸ ὄσπριον ὠμόν. Vide *Theocrit. Idyll.* X. v. 54. ac *Eustathium* pag. 1289, 14.

Col. 466. Φαλάγγια, ζῶόν τι τῶν δακετῶν (lege δακέτων) ἐστὶ τὸ φαλάγγιον. Confer *Harpocrationem*, qui praeter *Hyperidem* provocat ad *Xenoph. Memor.* I, 3, 12.

Ibid. Φαληροῖας, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος, ἀφ' οὗ ὁ δημότης Φαληρεύς. Ex *Harpocratione* loco Φαληροῖας reponendum est Φάληρον. Confer *Stephan. Byzant.* p. 733.

Ibid. Φαληρυκον (Scribendum Φαληρικὸν), ἱππόδρομον Ἀθήνησιν. Est glossa *Timaei*, ad quam conferendus est *Schol.* ad *Platonis Sympos.* p. 315. init.

Ibid. Φάνχι, ἐν αὐτῷ (lege: αὐτῷ) ὑπολαμβάνειν. τὸ δὲ λέγειν ἑτέρῳ δηλοῦν. Sublegit *Photius Timaeum*, ad quem videndus est *Ruhnkenius.*

Ibid. Φάνας (Scribendum Φανὰς), τὰς ἐκλάμψεις. Pertinet haec glossa ad *Euripid. Rhes.* v. 943.

Ibid. Φανίας, ὄνομα κύριον. τῶν ἐστρατηγηκότων τις οὕτως ἐκαλεῖτο. Sunt haecce ipsa *Harpocrationis* verba.

Ibid. Φανίον, τόπος, εἰς ὃν τὰ καθάρματα ἐξέβαλον. Eadem habet quoque *Phavorinus* ac *Etymolog. M.* col. 787. l. 34. In

utroque additur ῥητορικῇ, ac Φάνιον scribitur. Τὸ Φανίον, ἐκ Φανοῦ παράγωγον, tanquam vox a *Menandro* adhibita, commemoratur quoque ab *Eustathio* ad *Odyss.* ή. p. 1571, 3.

Col. 467. **Φαντασιοκοπεῖς**, Φαντάζομαι, συκοφαντοῦμαι. οὕτως Ἀριστοφάνης. Si recte se habet haec glossa, prout continua serie procurrit, Φαντασιοκοπῶ scribendum erit. Suspicor tamen, duas hic coaluisse glossas, alteram Φαντασιοκοπεῖς sine explicatione positam, alteram autem Φαντάζομαι, συκοφαντοῦμαι, quam quoque habet *Hesychius.* De voce Φαντασιοκοπεῖν videndus *Burmannus* ad *Suetonium* T. I. p. 124.

Ibid. **Φανοστράτη.** Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ — — ἐφθειρίζετο. Desumta sunt haecce ex *Harpocratione.* Meminit ejus etiam *Demosthenes* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 610, 17. ac *Athenaeus Deipnos.* lib. XIII. p. 585. f. et 586. a.

Ibid. **Φαρμακὸς**, ὄνομα κύριον — — Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστογείτονος (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 794, 4.). οὕτως οὖν αὐτὸν ἐξαιρήσεται (reponendum est e *Demosthene* l. l. ac *Harpocratione*, unde haec omnia desumta sunt: οὗτος οὖν αὐτὸν ἐξαιτήσεται.) ὁ Φαρμακὸς (loco minoris distinctionis notae hic maxima ponenda est.) — — Φαρμακῶντα δὲ Δημοσθένης κατὰ στεφάνου ἔφη (Vol. II. *Oratt. GG.* pag. 1133, 26.) κ. τ. λ.

Ibid. **Φαρμακὸς** (Scribendum Φάρμακον), τὸ κάθαρμα βραχέως. οἱ δὲ Ἴωνες ἐκτείνοντες λέγουσι Φάρμακον κ. τ. λ. Confer *Gregor. Corinth. de dialectis* pag. 233. ed. *Koenii.*

Col. 468. **Φᾶρος**, ἱμάτιον, περιβόλαιον, ἀπὸ τοῦ φέρεσθαι, ἢ τῇ ὑφῇ ἀρηρέναι. λέγεται δὲ ἐπὶ γυναικός. Pro virili indumento ponitur *Iliad.* β'. 43. *Odyss.* ώ. 276. pro muliebri autem *Odyss.* ί. 230. et κ'. 543. Confer *Eustathium* p. 1570, 58. et 170, 2.

Ibid. **Φάσις.** λέγεται μὲν καὶ ἐπὶ δημοσίου ἐγκλήματος κ. τ. λ. Vide *Iungerm.* ad *Polluc.* lib. VIII. cap. 6. §. 49.

Ibid. **Φασκώλειον**, ἱμάτιον, φορεῖον. Φάσκωλον δὲ ἔστι μαρσίππιον. *Harpocration*, quem compilavit *Photius*, habet: Φασκώλιον, ἱματίων φορεῖον. Φάσκωλον δὲ πήρα τις οὕτως ἐκαλεῖτο. Confer *Intt.* ad *Pollucis Onom.* lib. X. cap. 31. sect. 137. Tom. II. p. 1319. ac *Eustathium* p. 1446, 5. et 1534, 51. Addenda haec sunt iis, quae ad h. l. in *libello animadversionum* col. 126. monui.

Col. 469. **Φασίμη κύλιξ**, παρὰ τὴν φάσιν, τὴν ἔνδειξιν. Eadem habet *Etymolog. M.* c. 789, 2.

Ibid. **Φατνώματα**, σανιδώματα στέγη διάγλυφα. Mallem legere: σανιδώματα στέγης διάγλυφα, ut est apud *Eustathium* ad *Iliad.* έ. p. 547, 3. Confer *Wesselingium ad Diodor. Sic.* I, 66.

Ibid. **Φατρία**, σύνταγμα. Confer *Schol. Demosthenis* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 111.

Ibid. **Φαύλια μῆλα**, εἶδός τι μήλων. Reponendum est **Φαύλια μῆλα**. Confer *Athenaei Deipnos.* lib. III. cap. 23. Vol. I. *Opp.* ed. *Schweighaeuseri* p. 322. ibique *Interpretes*, *Pollucis Onom.* VI, 47. ac *Eustathium* ad *Iliad.* ώ. p. 1492.

Ibid. **Φαῦλον**, ἡμεῖς μὲν ἐπὶ τοῦ κακοῦ καὶ μοχθηροῦ τάσσομεν. παρὰ δὲ Πλάτωνι κ. τ. λ. Confer *Ruhnkenium* ad *Timaei Lex. Platon.* p. 268.

Ibid. **Φαῦλον**, τὸ ἁπλοῦν — — — Πλάτων ἐν τῷ περὶ ψυχῆς. scilicet §. 45. init. ubi videndus *Fischerus* p. 402.

Ibid. **Φαῦλος** (Repone **Φαΰλλος.** Confer *Athenaei Deipn.* lib. XIII. p. 605. b.). Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Ἀριστοκράτους (Vol. I. *Oratt. GG.* p. 661, 1.) — — ἀδελφὸς Φαῦλος. Hic quoque scribendum est Φαΰλλος ex *Harpocratione*, cui sua debet *Photius.*

Col. 470. **Φάων**, ἐπὶ τῶν ἐρασμίων καὶ ὑπερηφάνων. Displicet mihi vox ὑπερηφάνων,

cujus ex historia nulla ratio reddi potest, quanquam eadem verba leguntur quoque apud *Etymol. M.* Malim itaque scribere εὐμόρφων, quae lectio, uti nexum orationis cum sequentibus admodum convenientem reddit, ita confirmatur *Hesychii* auctoritate, iisque quae *Aelianus V. H.* XII, 18. ac *Athenaeus Deipnos.* lib. II. p. 69. d. et XIII. p. 596. e. de *Phaone* memoriae tradiderunt.

Ibid. Φειδώ, πρόνοια, φεισμονή, εὐσπλαγχνία. Confer *Zonarae Lex.* col. 1802. *Etymolog. M.* c. 791, 19. et *Schol. Homeri* ad *Iliad.* ή. v. 409.

Ibid. Φέλλεα, τὰ πετρώδη καὶ αἰγίβωτα χωρία. ὡς Ἰσαῖος. Confer *Ruhnkenium* ad *Timaeum* p. 269 sequ. atque *Reiskium* ad *Isaeum* Vol. VII. *Oratt. GG.* p. 227, 3.

Ibid. Φελλεύς, σκληροσποσώς. καὶ πετρώδης τόπος. Corruptum esse hunc locum, me monitore haud eget. Quod enim monstrum est σκληροσποσώς? Sed violenta medicina non opus est. Lege et distingue: σκληρὸς ποσῶς καὶ πετρώδης τόπος, quae sunt ipsa verba, quibus usus est *Scholiastes* ad *Platonis Critiam* p. 560. D. Confer quoque *Scholia* ad *Aristoph. Nubes* v. 72. Vox φελλεὺς occurrit quoque apud *Alciphr.* lib. III. Ep. 21 et 70.

Ibid. Φέρε, οἷον ὑπόθου. Distinguendum opinor οἷον ab ὑπόθου. Distinctae enim, licet affines, duae illae acceptiones. Οἷον est *exempli gratia*, ὑπόθου, *pone*, *finge hoc esse vel dici.* *Schol. Aristoph.* in *Nub.* v. 209. Φέρε, ἀντὶ τοῦ ὑπόθου. Ἀττικὴ δὲ ἡ σύνταξις.

Ibid. Φέριστον, κράτιστον, ἐξοχώτατον, ἢ ἀγαθόν. Glossa haec desumta videtur ex *Iliad.* ί. 110.

Ibid. Φέρνη, ἀμοιβή. Scribendum est, accentu protracto, Φερνή. *Eustathius* p. 742. lin. 59. ex *Lexico* quodam *Rhetorico:* Φερνή, δωρεὰ γυναικὶ διδομένη. *Ammonius de differ.* Φερνὴ μὲν ὁ προίξ. Eodem quoque modo emendandus est articulus proxime sequens; quemadmodum et paulo post pro Φέρνιξ, quanquam etiam in *Etymolog. M.* reperitur, Φερνὴ legere mallem.

Ibid. Φέρνην, τὴν προῖκα. καὶ Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ (Vol. III. *Oratt. GG.* p. 32. Φερνὴν ἐπὶ τῇ γυναικὶ λαβεῖν: unde apparet, etiam apud *Photium* Φερνὴν reponenoum esse.) καὶ Μένανδρος. Caeterum deest haec glossa in *Clerici indice graeco Menandri.*

Ibid. Φέροικος, ἐν Κλεοβουλίναις, ζῶον ὅμοιον κ. τ. λ. Scribendum est Φερέοικος, quod vide supra. Confer *Hesiodum* Ἔργ. v. 571. et *Herodot.* IV, 46.

Col. 471. Φηγαιεῦσι, δῆμος τῆς Αἰαντίδος. Ex *Harpocratione.* Loco Φηγαιεῦσι reponendum est Φηγαιεῖς. Confer *Stephan. Byzant.* p. 738.

Ibid. Φήγινος, δρύϊνος. Spectat haec glossa *Homer. Iliad.* έ. 838. Confer *Apollonii Sophistae Lexicon Homer.* p. 685 sequ. ac *Eustathium* p. 613, 5.

Ibid. Φηγος, δῆμος Ἐρεχθηΐδος. Loco Φηγος scribendum est Φηγοῦς ex *Stephano Byzant.* p. 738. et *Harpocratione*, cui hic pariter ac proxime sequens articulus debetur. Uterque autem conjungendus fuisset. Caeterum confirmatur *Harpocrationis* quoque auctoritate correctio vocis βατράχων in Βατράχου ad sequentem articulum a me in *libello animadversionum* c. 127. proposita.

Ibid. Φηγούσιον, Λυσίας ἐν τῷ κ. τ. λ. Confer notata a me ad proxime antecedentem articulum.

Ibid. Φιλώματα (Scribe Φηλώματα, quam lectionem postulat quoque literarum ordo.), ἐξαπάτας. Φιλοῦν (Lege Φηλοῦν.) γὰρ τὸ ἐξαπατᾷν. οὕτως Ἀντιφῶν. Eadem habet *Harpocration. Schol. Lycophron. ad Cassandr.* v. 785. Φηλοῦν, ἀπατᾷν.

Ibid. Φθόην, τὴν νῦν φθῆσιν λεγομένην οὕτως ἐκάλουν. ὡς Δημοσθένης. Scilicet Vol. II. *Oratt. GG.* p. 1481, 22. Caeterum in *Harpocratione*, quem descripsit *Photius*,

pro Φθήσιν, quod manum operarum vitium est, recte legitur Φθίσιν. Confer etiam articulum proxime sequentem.

Ibid. Φθόη, φθίσις, ἢ ὄνομα πάθους ἐξ αἵματος ἀναγωγῆς. Est glossa *Timaei*, a *Photio* pariter ac *Suida* aliquot verbis aucta.

Ibid. Φθόης, ὄνομα πλακοῦντος. Ex *Hesychio* ac *Athenaeo (Deipnos.* lib. XIV. pag. 647. d. e.) scribendum est Φθόϊς. Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 655.

Ibid. Φθόνος, πάθος, λύπης ἐπὶ τῇ τῶν πέλας εὐπραγίᾳ. Loco λύπης vel est λύπη scribendum, vel, distinctionis nota deleta, conjungenda est haec vox cum πάθος, ut legitur in *Lexico Cyrilli MS.* Confer *Matthaei Gloss. graeca minora* Vol. I. p. 15.

Ibid. Φιαρὸν, λαμπρόν. Confer *Nicandri Alexiph.* 91. *Theocrit.* XI, 21. ac *Foesii Oecon. Hippocr.* p. 656.

Ibid. Φιδάκνας (Scribendum est Φιθάκνας). πιθάκνας Δημοσθένης. Scilicet Vol. II. *Oratt. GG.* p. 872, 22. Confer *Schol. Aristophanis* ad *Equites* v. 789. ac *Pierson.* in *Moerid.* p. 392 sequ.

Col. 472. Φιλαιτίων, τῶν ἐπιλαμβανομένων. Φιλαίτιος est μεμψίμοιρος, teste *Hesychio* ac *Phavorino.* Confer etiam *Pollucis Onom.* III, 139. Eandem significationem habet ἐπιλαμβανόμενος: nam ἐπιλαμβάνεσθαι explicatur a *Suida* per μέμφεσθαι. Confer *Olearium* ad *Philostratum* p. 17.

Ibid. Φιλακίζεται, χαριεντίζεται. Eadem glossa quoque reperitur apud *Phavorinum.*

Ibid. Φιλάμμων. Δημοσθένης (scilicet Vol. I. *Oratt. GG.* p. 331, 1.) Φιλάμμονα τὸν Ἀθηναίων (malim Ἀθηναῖον) πύκτην φησί. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Φιλαπεχθήμων. φιλομίσητος, φίλεχθρος, φιλομίσης. *Matthaei* in notis ad *Cyrilli Lex. MS.* (in *Gloss. Gr. min.* Vol. I. p. 16.) observavit, hoc vocabulo usos esse *Isocratem* p. 285. ac *Philonem* p. 295. 496. et 815. qui etiam habet adverbium φιλαπεχθημόνως.

Ibid. Φιλίσκος, ὄνομα κύριον. Eadem leguntur quoque apud *Harpocrationem.* Confer *Demosthenem* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 666, 19. et 688, 1.

Col. 473. Φιλοκτέανος, Φιλοχρήματος, Φιλοκτήμων. *Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 689. Φιλοκτεανώτατε (*Iliad.* λ'. 122.), φιλοχρηματώτατε, κτέανα δὲ τὰ χρήματα.

Ibid. Φιλομειδὴς, φιλογέλως. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 689. Φιλομειδής. ἐπίθετον Ἀφροδίτης. ἡ φιλοῦσα τὰ μειδιάματα, ἐξ οὗ τὴν ἱλαρὰν σημαίνει. ὁ δὲ Ἀπίων, φιλογέλως. Confer *Homer. Iliad.* γ'. 424. *Eustathium* p. 439, 35. ac 650, 44. et *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Φιλοσοφεῖν, ἀντὶ τοῦ πονεῖσθαι. Φιλοσοφεῖ δὲ τοῦτο, ὅπως καταπράξηται τὸν γάμον. Μένανδρος οὕτως καὶ Ἰσοκράτης. Ex *Harpocratione.* Confer *Corayum* ad *Isocratem* Tom. II. p. 11.

Ibid. Φιλοτησίαν προπίνειν ἐστὶν, ἡνίκα τις κ. τ. λ. Totidem verbis haec quoque leguntur apud *Schol. Luciani* in *Mercede conductis* cap. 16. Vol. III. *Opp.* p. 235. ed. *Bipont. Philostrat. Apollon.* III, 32. νῦν μὲν ἡμῖν ἡ Ταντάλου φιλοτησία πινέσθω. Subintellegitur autem post φιλοτησία vox ἡ φιάλη sive ἡ κύλιξ, ut apud *Aristophanem Lysistrata* v. 203. ubi consulendus graecus scholiastes.

Ibid. Φιλοτησία, Δημοσθένης ἐν τῷ κατ' Αἰσχίνου (Confer Vol. I. *Oratt. GG.* p. 380. pen.). ἡ κύλιξ κ. τ. λ.

Ibid. Φιλοτησία, φιλία, δεξίωσις. Suspicor, *Photium* loco Φιλοτησία scripsisse Φιλότης. Certe in sequentibus legitur: Φιλότητα, φιλίαν, quae glossa pertinet ad *Iliad.* δ'. 83. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 689. *Eustathius* tamen p. 977, 27. habet φιλοτήσιος κρατὴρ, ὁ φιλικὸς, quo respicere potuit *Photius.*

Ibid. **Φιλουργός.** οὗτος ἐφωράθη τὰ ἱερὰ συλήσας, καὶ τὸ Γοργόνιον ὑφελόμενος, ὥς Ἰσοκράτης λέγει. nempe in *Oratione* contra *Callimachum* c. 32. ubi autem Φίλεργος vocatur. Confer *Corayum* ad *Isocratem* Tom. II. pag. 274. ac *Suidam* s. v. Ὅμοιον καὶ φιλίας.

Ibid. **Φιλύρα,** φυτὸν ἔχον φλοιὸν βύβλῳ παπύρῳ ὅμοιον, ἐξ οὗ τοὺς στεφάνους πλέκουσι. Legendum est βίβλῳ παπύρου, ut est apud *Zonaram Lex.* col. 1810.

Ibid. **Φιμοῖ** (Scribendum Φιμοί), Αἰσχίνης κατὰ Τιμάρχου (Vol. III. *Oratt. GG.* p. 9, 9.) —— ἕλκ' ἐς μέσον τὸν φιμὸν, ὡς ἂν ἐμβάλῃ. *Harpocration*, ex quo haec desumta sunt, habet: Ἕλκεις φιμὸν, ὡς ἂν ἐμβάλῃ.

Col. 474. **Φιτρῶν,** κορμῶν ξύλων. Est glossa *Homerica* pertinens ad *Iliad.* μ'. 29. et φ'. 314. Ad locum priorem Scholiastes habet: φιτρῶν, κορμῶν, ἀντὶ τοῦ φυτρῶν, κατὰ ἀντιστοιχείωσιν. *Apollon. Soph. Lex. Hom.* p. 690. Φιτρῶν, κορμῶν· καὶ ἔστιν παρὰ τὸ φύεσθαι.

Ibid. **Φιτύσαι** (Lege Φιτῦσαι), γεννῆσαι, ἐπὶ τοῦ πατρὸς τίθησιν κ. τ. λ. Eadem leguntur quoque in *Scholiis* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collectis p. 211.

Ibid. **Φλᾶν,** θλᾶν, τύπτειν. Vide *Aristoph. Plut.* v. 718 et 784. ac *Nubb.* 1379.

Ibid. **Φλᾶν,** μαλάττειν καὶ τὸ ἀναμαλάττειν. Ἀριστοφάνης. v. c. in *Plato* v. 694. ubi videndi Interpretes, et *Pac.* v. 1306.

Ibid. **Φλεγμαίνουσαν πόλιν.** ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν ἑλκῶν κ. τ. λ. Ex *Platon.* II. de *republ.* p. 427. G. ubi *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 151. habent: Φλεγμαίνουσαν, τυφῶσαν, ἐπηρμένην, μεγαλαυχουμένην. Confer quoque *Pollucis Onomast.* lib. IX. sect. 23.

Ibid. **Φλιοῦντα,** ἀῤῥενικῶς οἱ Ἀττικοί. Ξενοφῶν φησίν· αὖθις δὲ ἐστράτευσεν εἰς τὸν Φλιοῦντα. Locus reperitur in *Hist. Gr.* IV, 4, 15. Confer *Stephan. Byzant.* p. 741.

Ibid. **Φλοίσβου,** ταράχου. Confer *Heliodor.* p. 191. *Oppian.* lib. III. *Halieut.* v. 248. ibique *Schol.* et V. v. 247. ac *Eustathium* ad *Iliad.* ά. p. 31, 44.

Ibid. **Φλύην,** τὴν ἐκ φλοιοῦ. Ἡρόδοτος. Loco Φλύην reponendum esse Φλοΐνην mihi nunc persuasissimum est. Occurrit ἐσθὴς φλοΐνη apud *Herodotum* III, 98. ac *Pollucem Onom.* lib. VII, 76. et X, 178. Aliquando suspicabar, nomen gentile esse, sed vitiose scriptum.

Ibid. **Φοβερὸς,** ὁ φοβούμενος παρὰ Θουκυδίδῃ καὶ Φερεκράτῃ. Idem tradit *Etymol. M. Thucyd.* II, 3. ἀλλ' ἐν νυκτὶ φοβερώτεροι ὄντες. Confer *Photium* supra sub voce πιθανούς.

Ibid. **Φλυεία,** δῆμος τῆς Κεκροπίδος κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.* Loco Φλυεία autem scribendum est Φλυεῖς e *Stephano Byzantino* p. 742. Confer *Intt.* ad *Alciphron.* lib. III. Ep. 3. Tom. II. ed. *Wagneri* p. 15.

Ibid. **Φόβος,** φυγή. Idem quoque habet *Hesychius. Apollonius Soph. Lex. Homer.* p. 693. Φόβος Ἀρίσταρχος σεσημείωται, ὅτι συνήθως φόβος ἐπὶ τῆς φυγῆς. Φύζα δὲ, ἐπὶ τῆς μετὰ δειλίας φυγῆς. Confer *Iliad.* λ'. 402. quo loco usus quoque est *Phavorinus* s. h. v. Confer quoque *Eustathium* ad l. l. p. 852. l. 47.

Ibid. **Φοῖβος,** καθαρὸς, ἁγνὸς, ἢ μάντις, καὶ ἀμίαντος, καὶ ὁ Ἀπόλλων. Confer *Apollonii Soph. Lexic. Homer.* p. 693. ibique *Intt.*

Col. 475. **Φοινικολόφου,** ξανθολόφου. Vide *Theocriti Idyll.* XXII, 72.

Ibid. **Φοινὸς,** πυῤῥὸς, φόνιος. *Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 694. Φοινὸν, ἤτοι τὸ ἐρυθρὸν, ἢ τὸ φόνιον καὶ δεινόν. Confer *Iliad.* π'. 159. ac *Eustathium* p. 1051, 61. et 1052, 8.

Col. 476. **Φονᾷν,** ἀποκτεῖναι ἐπιθυμεῖ. Nunc mihi scribendum videtur Φονᾷ, ut glossa pertineat ad *Sophocl. Philoctet.* v. 1204. ubi vid. *Schol.* Confer *Fischeri anim.* ad *Wellerum* p. 238.

Ibid. Φολὸς, ἐϋκέφαλος. Pertinet haec glossa ad *Iliad.* β'. 219. Confer *Apollonii Soph. Lex. Homer.* p. 694. ac *Eustathium* p. 207, 6 sequ.

Ibid. Φορβαντεῖον, Ὑπερείδης (scribe Ὑπερίδης) ἐν τῷ κατὰ Πατροκλέους κ. τ. λ. Ex *Harpocratione.*

Ibid. Φορβειὰν, περιστόμιον, καπίστριον. Apud *Hesychium* Φορβαίαν (quod habent *LXX Intt. Iob.* XL, 30.) iisdem verbis explicatur. Lectionem Φορβειὰν autem habent *Suidas* et *Phavorinus.* Confer *Sophoclem* apud *Longinum de sublim.* cap. 2. *Cicer. ad Attic.* II, 16. *Cuperi Obss. Var.* p. 202. et *Schefferum de re vehiculari* lib. I. cap. 13. p. 178 et 180.

Ibid. Ψιλώεντα, αἰθαλώδη. Scribendum est Ψολόεντα, quod vide infra.

Ibid. Ψινάζει (Scribe Ψινάζει), ἀποῤῥεῖ τὰ ἀσθενῆ τοῦ καρποῦ, φυλλοῤῥοεῖ.

Col. 477. Ψίτται, ἰχθύων εἶδος. Est glossa *Timaei*, ubi videndus *Ruhnkenius.*

Ibid. Ψολόεντα κεραυνὸν, τὸν ὀξέως φθείροντα. Est glossa *Homerica* spectans *Odyss.* ψ. 330. et ω. 538. ubi vid. *Schol. Apollon. Soph. Lex. Homer.* p. 719. Ψολόεντα κεραυνὸν, ἤτοι τὸν τεφρώδη. ψόλος γὰρ ἡ αἰθάλη. ἢ, ὡς ἔνιοι, συνθέτως, πεσσαλόεντα, τὸν διὰ τοῦ πεσεῖν ὀλοὸν γινόμενον, τουτέστι ὀλοθρευτικὸν τούτοις, οἷς ἂν ἐμπέσῃ. ἢ τὰ κατὰ ψαῦσιν ὀλλύντα, ἢ τὸν μελαίνοντα. Confer etiam *Schol. Aristoph.* ad *Equit.* v. 693. ac *Eustathium* p. 1049, 35.

Ibid. Ψολοκομπία, ἀλαζονεία. Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν (scil. v. 693.) — — ψολοκομπίαις.

Ibid. Ψοφοδεὴς, δειλὸς, τοὺς ψόφους φοβούμενος. Reperitur haec vox apud *Lucianum* in *Scytha* cap. 3. ubi Scholiastes eandem interpretationem adjecit.

Ibid. Ψυκτὴρ, σκεῦος, ἔνθα διανίζουσι τὰ ποτήρια. *Scholia* in *Platonem* a *Ruhnkenio* collecta p. 50. Ψυκτὴρ, σκεῦος, ἔνθα διανίζουσι τὰ ποτήρια, ἢ ποτηρίου εἶδος (Confer *Athen. Deipnos.* lib. XI. cap. 109. pag. 503. b. et 469. c.), ὡς Εὐριπίδης. *Zonaras Lex.* col. 1875. Ψυκτὴρ, ὅπου τὰς ὀπώρας ψυχρίζουσι, ἢ καὶ τὰς κύλικας ἤτοι τὰ ποτήρια νίζουσι. *Lex. MS.* apud *Montfaucon. Bibl. Coislin.* p. 469. Ψῦκτρα, ᾧ σκεύει ψήχουσι τὰ σκεύη. *Timaeus* in *Lexico Platonico* p. 278. Ψυκτὴρ, ποτήριον μέγα καὶ πλατὺ εἰς ψυχροποσίαν παρεσκευασμένον. Confer *Athenaeum* lib. XI. cap. 108 sequ. *Eustathium* p. 866, 23. et *I. Toupii Emend. in Suidam* P. II. p. 395.

Ibid. Ψύλλα καὶ Ψύλλαι, θηλυκῶς. παρὰ δὲ Ἡροδότῳ (nempe lib. IV. cap. 173. quem locum quoque *Steph. Byz.* s. h. v. laudat) Ψύλλαις (lege Ψύλλοι), ἔθνος Λιβύης κ. τ. λ.

Col. 478. Ψύρανς, ἴδιον μικρόν. Corruptam esse hanc glossam quis neget? Succurrendum ei est alia distinctione, ut nempe legatur: Ψύρα, νησίδιον μικρόν. Meminit ejus *Stephanus Byzantinus* pag. 764. qui Ψύραν appellat: νῆσον μικρὰν πλησίον Χίου. Ab *Homero* (*Odyss.* γ'. 171.) ac *Eustathio* p. 1462, 46 sequ. Ψυρίη vocatur. *Strabo* lib. XIV. teste *Stephano Byz.* οὐδετέρως τὰ Ψυρὰ dixit.

Ibid. Ψύττα, ἐπὶ τοῦ ἀποδραμεῖν. Est Ψύττα, pro quo et Ψίττα, Σίττα et Φίττα legitur, *vox pastoralis ad gregis cursum incitandum.* Confer *Schol. Theocriti Idyll.* IV, 45. et V, 3. *Mollum* ad *Longi Pastoral.* p. 18. *Lucianum* in *Lexiphane* Tom. V. *Bipont.* p. 181. *Intt.* ad *Alciphron.* lib. III. Ep. 24. Tom. II. p. 83 sequ. ed. *Wagneri* et *Trilleri Obss. Critt.* p. 209.

Ibid. Ψυχουλκούμενος, τὴν ψυχὴν ἑλκόμενος. Mallem: τῇ ψυχῇ ἑλκόμενος. Certe ita legitur in *Lexico inedito*, quod laudat *Villoisonius* in *Anecdotis Graecis* Vol. II. p. 250.

Ibid. Ψωλὸν γενέσθαι δεῖ σε μέχρι τοῦ μυῤῥινοῦ. ἡ παροιμία παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν Ἱππεῦσιν. Scilicet v. 793. Proverbium est haud dubie in verbis μέχρι τοῦ μυῤῥίνου (ita enim scribendum est loco impressi μυῤῥι-

νου), quod dicitur proverbialiter pro μέχρι τῆς κεφαλῆς, *usque ad caput*, h. e. *plane*, *prorsus*, quia magistratus apud Athenienses caput coronabant μυῤῥίνῃ, h. e. *myrto*. Vide *Schol.* ad *Aristoph. Equit.* l. l. Caeterum de voce ψωλὸς conferendi sunt *Intt.* ad *Aristophanis Plutum* v. 267. Vol. I. *Commentarii* ed. *Beckii* p. 141.

Col. 479. Ὦα, μηλωτὴ, διφθέρα —— ἢ τὸ περιστόμιον. scilicet τοῦ ἱματίου, quod addit *Hesychius*.

Ibid. Ὠακωθήσω, ἀκούσομαι. Δωριεῖς. Scribendum est Ὠατοθήσω.

Ibid. Ὠιγνυντο, ἠνοίγοντο. Ex *Homer. Iliad.* β'. 809. ubi vid. *Schol.* ac *Eustathium* p. 350, 33.

Ibid. Ὤγμευον. Ξενοφῶν ἐν β'. (nempe *Cyropaediae* cap. 4. §. 15.) ἀντὶ τοῦ ἐπορεύοντο κ. τ. λ. In sequentibus pro ὠγμὸν rescribendum est ὄγμὸν, ut habet *Lex. MS.* apud *Montfauc. Bibl. Coisl.* p. 477.

Col. 480. Ὠδεῖον (Scribendum Ὠιδεῖον. Confer *Athenaei Deipnos.* lib. VIII. cap. 15. p. 336. e.), Ἀθήνησιν ὡς παρὰ θέατρον κ. τ. λ. Loco ὡς reponendum sine dubio est τόπος. Confer quos laudat *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. *Schol.* ad *Demosthenem* Vol. II. *Oratt. GG.* p. 108. ὥςπερ θέατρον habet, quod magis adhuc ad lectionem impressam accedit.

Ibid. Ὠζυροὶ, κρᾶσις Ἀττική. Scribendum est sine dubio Ὦ 'ζυροὶ pro Ὦ οἰζυροί. Sic Ὦ 'ζυρὲ apud *Aristophanem* in *Vesp.* v. 1495. (ubi videndus *Brunckius*) pro Ὦ οἰζυρὲ, et Ὦ ἰζυρὲ apud *Aristophanem* in *Nubibus* v. 635. ubi *Küsterus* Ὦ οἰζυρέ. Simili ratione ὦ 'λλοι pro οἱ ἄλλοι dicitur apud *Herodotum* II, 51. et *Iliad.* β'. 1. Confer *Schol. Apollon. Rhod.* I. v. 1081.

F I N I S.

INDEX

ADDENDA.

Col. 24. Ἐτεοβουτάδαι, γένος πολὺ — — ἀφ᾽ οὗ ἱερεῖς καθίστανται Ἀθήνησιν. Ex sententia Doct. *Lobeckii* legendum est Ἀθηνᾶς.

Col. 26. Εὐαγγελεῖν, ὑφ᾽ ἓν λέγουσι καὶ καταγγέλλειν. Scribendum κακαγγελεῖν. *Lobeck.*

Col. 27. Εὗεν, ἔβρεχεν. Num legendum est Ὗεν? *Lobeck.*

Ibid. Εὐερκὴς, εὖ τετειχισμένη. Vox εὐερκὴς saepius reperitur apud graecos scriptores, v. c. *Platonem* (*Legg.* VI. p. 617. C.), *Hesiodum* (Opp. v. 732.), *Pindarum* (*Olymp.* XIII, 156.) ac *Philonem Iudaeum lib. de confusione linguarum* (T. I. p. 407. l. 43. ed. *Mangey*) ubi loco εὐερκέσιν ὅροις reponendum est εὐερκέσιν οἴκοις, ut in MSS. Bat. et Med. legitur.

Col. 30. Εὐθὺς καὶ εὐθέως, ἀμφότερα ἑλληνικά κ. τ. λ. Iungenda est haec glossa cum proxime sequente hoc modo: τὸ ἕως καὶ εἰς, οἷον εὐθὺ σκοποῦ κ. τ. λ. *Lobeck.*

Ibid. Εὐθῦναι, ὄνομα ἀρχῆς κ. τ. λ. Legendum Εὔθυναι. *Lobeck.*

Col. 32. Εὐνένηται, εὐπεπλήρωται. Disjunge utrumque: Εὖ νένηται, εὖ πεπλήρωται. *Lobeck.*

Ibid. Εὐόχοον, πλήρη, ἀπὸ τῶν ποταμῶν. Legendum Εὔοχθον. *Lobeck.*

Col. 38. Ἐφ᾽ ὕδωρ, ἐπιμελητὴς κ. τ. λ. Scribendum esse divisis vocibus additoque articulo, quem in *Polluce* lib. VIII. s. 113. (ubi videndus *Kühnius*) praemissum ἐκαλεῖτο elisit, Ὁ ἐφ᾽ ὕδωρ, placuit non solum *H. Stephano* Thes. III. c. 1784. F. sed etiam Doct. *Schaefero* ad *L. Bos Ellips. gr.* p. 503.

Col. 43. Ζατῶσαι, ὑποπτεῦσαι. Reponendum est Ζηλῶσαι. *Lobeck.*

Col. 45. Ζύγιοι, ἐρέται τινὲς οὕτως καλοῦνται. *Hesychius:* θαλάμιος λέγεται ὁ ἔσχατος (scil. ἐρέτης), ὁ δὲ μέσος, ζύγιος, ὁ δὲ ἀνώτατος, θρανίτης.

Col. 46. Ζωάγρια, δι᾽ ὧν — — περιγίνεται. Confer *Homer. Od.* θ'. v. 462. Omissa est vox δῶρα.

Col. 52. Ἠθμωδεῖν, ἀλγεῖν τοὺς ὀδόντας. Legendum Ἡμωδεῖν, i. q. αἱμωδιᾷν. *Lobeck.*

Col. 55. Ἧματα, ἡμέρας ἢ ἱμάτια. Posterius ad εἵματα spectat. *Lobeck.*

Ibid. Ἡμένη πελειὰς, παροιμία — — κατ᾽ ἀντεξέτασιν τῶν πλευτρίδων κ. τ. λ. Loco πλευτρίδων reponendum est παλευτρίδων. *Lobeck.*

Col. 56. Ἡμιολία, λῃστρικὸν πλοῖον κ. τ. λ. Confer quoque quos laudat *Villoisonius* ad *Longum* T. II. p. 63.

Col. 59. Ἡράκλεια λουτρά, τὴν Ἀθηνᾶν ἐν Θερμοπύλαις κατιόντι Ἡρακλεῖ ἀνεῖναι. Loco κατιόντι scribendum κάμνοντι. *Lobeck.*

Col. 60. Ἠριγένειαν, τὸν ὄρθρον. Confer *Homer. Od.* ψ'. v. 347. et *Iliad.* λ'. v. 477.

Col. 63. Θαργηλία, Ἀγησαγόρου θυγάτηρ κ. τ. λ. Commemoratur quoque in tractatu anonymi (fortasse *Phlegontis Tralliani*) *de mulieribus quae bello claruerunt* (in *Bibliotheca Goettingensi literarum et artium antiquarum* P. VI. p. 22.), ubi aeque ac apud *Athenaeum* (XIII. p. 608.) Θαργηλία Μιλησία vocatur.

Col. 72. Θηρίκλειον, ποτήριον ὑελινόν. *Plutarchus Sympos.* I. p. 619. τὴν μὲν ἐπιστολὴν πυρῶσαι, λαβεῖν δὲ τὴν Θηρίκλειον, scil. κύλικα.

Col. 81. Ἰθύφαλλοι κ. τ. λ. Ἰθυφάλλια, scil. ᾄσματα, h. e. ludicra carmina in honorem Priapi, commemorantur apud *Dionys.* de *struct.* sect. 4.

Col. 96. Καλαύροψ, βουκολικὴ δίκη. Vide *Lennep.* ad *Coluth.* lib. I. c. 15. et quos laudat *Villoisonius* ad *Longum* T. II. p. 25.

Ibid. Καλλιέρημα, θυσία εὐπρόσδεκτος. Confer quoque Celeb. *Schaeferum* ad *L. Bos Ellips. Gr.* p. 213.

N.

Z.

H.

I.

Ἴσαν.

K.

Λ.

M.

N.

Ξ.

Ξύει.

Π.

P.

T.

Ψ.

Ω.

INDEX

AUCTORUM EMENDATORUM.

F I N I S.

LIBELLVS

ANIMADVERSIONVM

AD

PHOTII LEXICON.

SCRIPSIT

IOHANNES FRIEDERICVS SCHLEVSNER

PHILOSOPH. ET THEOLOG. DOCTOR, HVIVSQVE PROF. PVBL. ORD. IN ACAD. VITEBERG. AEDI ARCIS ET ACADEM. PRAEPOSITVS, NEC NON CONSIST. REG. ECCLES. ASSESSOR.

LIPSIAE

SVMPTIBVS FRIED. CHRIST. GVIL. VOGEL

MDCCCX.

AEQVO AC ERVDITO LECTORI

S. D. P.

IOHANNES FRIEDERICVS SCHLEVSNER.

Editionis Lexici graeci, quod scripsit *Photius*, Patriarcha Constantinopolitanus, ac aevi sui in omni literarum genere facile princeps, cuius spem nobis hucusque frustra fecerant Viri Celeberrimi, *Borcherus*, *Ancherus* atque *Porsonus*, quanta fuerit, in primis post edita a Doctissimo *Alberti* in notis ad *Hesychium*, aliisque maxime inter Batavos viris doctis, specimina, exspectatio, quantum etiam desiderium, nemo est literarum graecarum studiosus, qui ignoret. Habemus itaque, de quo aetati nostrae admodum gratulari possimus, quod huic non parvae hominum eruditorum exspectationi satisfecerit ea, quam ante hoc biennium curavit, *Lexici Photiani* (quod breviter tantum exponit vocabula in

* 2

oratoribus, historicis atque poetis graecis obvia) editione, Vir Celeberrimus, *Godofredus Hermannus*, Professor Lipsiensis optime meritus, cuius doctrinam et admirabilem in tractandis inprimis Veteris Graeciae scriptoribus dilegentiam satis cognitam ac comprobatam habemus, et qui vel huius provinciae procuratione omnes graecae linguae studiosos sibi devinxisse censendus est. Ipse autem in praefatione huic operi praemissa, pro more suo ingenue professus est, quod etiam res ipsa docet, se in edendo *Photio* apographa, quorum copia ipsi facta erat, ita sequutum esse, ut ubique eorum quamvis vitiosam saepe scripturam fideliter servaret, nec nisi rarissime aliquid mutationis admitteret; ita enim existimasse, qui *Photio* uterentur, malle debere singula, quemadmodum apud eum scripta essent, quam emendata cognoscere. Hac instituti ratione, per se quidem satis laudabili, quam utinam omnes, quos nostra aetate nacti sunt Scriptores veteres, editores sequuti essent, factum est, ut lectores minus docti atque exercitati, aut librorum, unde locorum depravatorum correctio ac restitutio petenda fuisset, copia destituti, (quorum, ut mihi quidem videtur, ratio quoque habenda fuisset praeeuntibus Viris, quorum ingenio et eruditione *Hesychii*, *Suidae*, *Pollucis*, *Zonarae* aliorumque lexica exornata sunt) e lectione huius glossarii non eam percipere utilitatem possint, qua certe non caruissent, si ipsorum commodis ac desideriis, brevibus observationibus textui subiectis, eodem, quo in nonnullis locis factum est, modo, ubique et sine magnis sumptibus succurrere ac

inservire voluisset Celeberrimus Editor. Non vereor itaque, ne vitio mihi vertatur, aut temeritatis et arrogantiae accuser, quod ego, qui inde a pluribus annis, quantum per reliqua munia licet, totus in eo sum, ut Lexicographos graecos pro viribus meis pristino restituam nitori, nunc periculum fecerim proferendis aliquot observationibus ac emendationibus, ex accurata et aliquoties repetita lectione huius Lexici mihi enatis, quibus non meritis *Hermanni*, quem admodum suspicio atque colo, aliquid detrahere, sed unice commodis nonnullorum huius libri lectorum consulere, itaque eius usum promovere, animus est. Nec unquam in lucem prodiissent hae observationes meae, nisi iudex harum literarum peritissimus, Vir Doctissimus, mihique amicissimus, qui sua tantum fulge luce, *Godofredus Henricus Schaeferus* (cuius quoque dilegentia et cura, ut ederentur, et accuratissime ederentur, factum est, quod gratissimo equidem animo agnosco) mihi, ut e tenebris eas protraherem, auctor et suasor fuisset. Ipse autem mihi certos constitui terminos, intra quos mea versaretur in hoc libello seu potius auctario edendo cura ac dilegentia, ut nempe eas tantum exhiberem coniecturas ac emendationes, quae mihi satis certae ac necessariae adeo viderentur, et maxime auctoritate eorum Lexicographorum, quos *Photium* ex parte descripsisse constat, confirmarentur. Ita factum est, ut supersint adhuc multa loca, de quorum sanitate dubitari recte possit, et quae ingeniosorum ac doctorum criticorum medelam adhuc exspectent: nec defuturos spero, qui iis operam suam

navare meo exemplo se incitari patiantur. Haec sunt, mi Lector, quae ne nescires, volui. Quod reliquum est, has symbolas meas ad promovendum *Lexici Photiani* usum, quarum pretium aliis libenter diiudicandum relinquo, aequo et benevolo accipias animo, mihique tua voluntate deesse noli. Vale.

Dabam Vitebergae Calend. Mart. MDCCCX.

ANIMADVERSIONES

AD

PHOTII LEXICON.

ANIMADVERSIONES

AD

PHOTII LEXICON.

Col. 11. Ἀγχιστίνδην, οἱ κατὰ ἀγχιστείαν, etc. Legendum τὸ κατὰ ἀγχιστείαν, quod etiam *Suidas* habet.

Ibid. Ἀγχιτέρμων, ὁ γείτων, ὁ ὅμορος. Ita recte legitur in edit. *Hermanni*. Sed in Specimine Lexici Photiani apud *Fabric. Bibl. Gr.* Vol. IX. p. 367. exhibetur: Ἀγχιτέρμων, ὁ γείτων. Ὅμηρος. Sic et *Wolfii* Exemplar MStum, nisi quod ὁ Ὅμηρος. Sed Homerum non citari patet, quia vox Ἀγχιτέρμων nusquam ab eo usurpatur. Scripserat itaque *Photius* ὁ ὅμορος, i. e. *confinis*, *Hesychio* πλησιόχωρος, γειτνιῶν. Cf. *Alberti* ad *Glossar. Gr. N. T.* p. 80.

Ibid. Ἀγωγεὺς, ὁ ἱμὰς τῶν κυνηγετικῶν κυνῶν. οὕτως Σοφοκλῆς. In apographo *Photii*, quo usus est *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 78. n. 20. post Σοφοκλῆς additur: Ὁ καὶ ῥυτήρ. Conf. *Photium* ac *Suidam* s. v. ἀγωγεῖ.

Ibid. Ἀγώγιον, τὸ ἀγόμενον βάρος ἐπὶ τῆς ἁμάξης. οὕτως Ξενοφῶν. scil. *Cyrop.* VI, 1, 54.

Col. 12. Ἀδαγμὸς, ὀδαξησμὸς, ὅπερ ἐστὶ κνησμός. οὕτως Σοφοκλῆς. *Fabricius* in *Bibl. Gr.* Vol. IX. p. 568. κνισμὸς exhibet, prouti etiam in *Hesychio* legitur: sed nihil mutandum. Utraque enim vox est proba. Cf. *Inst.* ad *Hesychium* T. I. col. 81. n. 4. — Caeterum vide *Toupium* in *Emendatt. in Suidam* etc. T. IV. p. 174. ed. *Lond.*

Ibid. Ἄδασμος, οὐδένα δασμὸν ἐκτείνουσα. Aperte vitiosa est haec lectio: δασμὸν ἐκτείνειν dici non potest. Scribendum est δασμὸν ἐκτελοῦσα. Sic autem *Hesychius* habet.

Col. 15. Ἐρατειχεύειν, στρατεύεσθαι. Confer *Inst.* ad *Hesychium* T. I. col. 1416. no. 21.

Col. 16. Ἐρεβίνθινος, Διόνυσος, κ. τ. λ. In *Apographo Alberti* ad *Hesychium* T. I. col. 1420. n. 25. deest in fine vox ἐκβάσεων.

Col. 17. Ἐρικτῶν — — τοῦτο λέγουσιν ἔβρικτον. Necessario scribendum est ἔρικτον. Est enim ἔρικτον teste *Phavorino* κοκκιστόν.

Ibid. Ἐριούνιον παρόν. τὸ χθόνιον. Codex B. habet πάρον τὸν χθόνιον. Neutra lectio sana est. Scribendum vel cum *Hesychio*: Ἐριούνιον, πόρον τὸν ὑποχθόνιον, vel cum *Phavorino*: Ἐριούνιον πόρον, τὸν ὑποχθόνιον. Cf. *Inst.* ad *Hesychium* Tom. I. col. 1432. n. 21.

Ibid. Ἑρκείου Διός. ἕρκον Ἀθηναῖοι τὸν οἶκον ἐκάλουν. Scribendum cum spiritu aspero Ἑρκείου et ἕρκον. Eadem observatio valet quoque de praecedente glossa: Ἕρκη, πλεκτὰ τινὰ κ. τ. λ.

Ibid. Ἑρκόπεζα, τὰ περιτεθειμένα (scribe περιτιθέμενα. Sic *Hesychius* ac *Phavorinus.*) κλειθρίδη ξύλα. Vox κλειθρίδη (pro qua in Cod. B. κλειθρίδη legitur,) iam offendit *Al-*

berti ad *Hesychium* T. I. col. 1436. n. 21. sed eam non emendavit. Vel scribendum est κλειδῆδη a κλεὶς, *clavis*, vel ἀκανθώδη ex *Hesychio* et *Phavorino*.

Col. 17. Ἑρμᾶν, ὕφαλος πέτρα. Lege Ἑρμάς. *Phavorinus*: Ἑρμὰς, ὕφαλος πέτρα· Ἀντιφῶν κ. τ. λ. Confer *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* col. 860. n. 20.

Col. 20. Ἐσδραμύλιζεν, ἔδραμε. Cod. B. εἴσδραμε. Vel legendum est εἰσέδραμε, vel ex *Hesychio* reponendum est Ἐσδραμύλιξον, εἴσδραμε, uti iam *Alberti* ad *Hesychium* T. I. col. 1455. n. 8. recte monuit.

Ibid. Ἔσκαλεν, ἐσκάλευεν, ἐσάλευεν, ἠρεύνα. Reponendum est Ἔσκαλλεν e *Phavorino*. Confer *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* col. 883.

Col. 22. Ἔσπεται, εἰπεῖν ποιήσαντες. Num Ἔσπετε, εἰπεῖν ποιήσατε? Certe ita *Phavorinus* et *Zonaras Lex.* col. 884. Conf. *Iliad.* β', v. 484.

Ibid. Ἔστ' ἂν, ἕως ἄν. Sic Celeb. *Hermannus* hanc glossam sine omni varietate lectionis, e coniectura sine dubio edidit. Nam in apographo *Valckenarii* ad *Eurip. Hippolyt.* p. 236. legitur: Ἐς ἂν, quod *Valckenarius* in Ἔς τ' ἂν mutavit.

Ibid. Ἑστίᾳ θύομεν, κ. τ. λ. In *Hesychio* rectius legitur: Ἑστίᾳ θύομεναι, ubi vide Interpretes. Ita etiam *Phavorinus*.

Ibid. Ἐστόμφασεν, ἠλαζονεύσατο, ἢ σπάθῃ καθύφηναν ἀντὶ τοῦ διέφθειραν ἐν τῇ οἰκίᾳ. Posteriora verba, in quibus ante ἐν τῇ οἰκίᾳ inserendum est τὰ, pertinent ad Ἐσπάθων.

Ibid. Ἐσφηκωμένον, ἐσφιγμένον κ. τ. λ. Ultima Glossatoris verna: τοὺς ἐσφιγμένους μύρμηκας τῇ σαρκώσει tanquam Tragici versum miro errore exhibuit *Alberti* ad *Hesych.* T. I. col. 1472. Eadem habet ex eodem fonte petita, sed omisso fabulae titulo, auctor *Etymol. M.* p. 385. initio.

Ibid. Ἐσφηκωμένον, ἐσφιγμένον κ. τ. λ. *Sophoclis* fragmentum citat etiam *Etymol. M.* in hac voce, sed pro τετράπεζοι habet τετράπτεροι, deinde ἐνδεσμώμασι coniungit, et pro κελαινοκρινὲς legit μελαινοκρινές. — Locus *Homeri* reperitur *Iliad.* ρ', v. 52.

Col. 23. Ἐς Φοινικίδας καταξάναι, αἱματόῤῥυτον ποιῆσαι. *Phavorinus* habet: Ἐς Φοινικίδα, αἵματι ῥυτὸν ποιῆσαι.

Col. 24. Ἐτεὸν, ἀληθῶς. Lege ἀληθές. Confer *Hesychium*, *Phavorinum* ac *Zonaram*.

Col. 25. Ἔτειον — — τὸ μὴ μόνον κ. τ. λ. Loco μόνον scribendum esse μόνιμον, ut in *Suida* legitur, apparet e verbis sequentibus: ἀλλὰ πρὸς ἐνιαυτὸν ἀκμάζον.

Ibid. Ἔτος, μάτην. Sine dubio errore typothetae Ἔτος positum est pro Ἐτὸς, ut recte in *Suida* ac *Hesychio* scribitur.

Col. 26. Εὐαλδεῖ, εὐέξει. Admodum suspecta mihi est haec glossa. Suspicor, vel legendum esse Εὐχλδῆ, εὐχυξῆ, quod legitur apud *Hesychium*, ubi vid. Intt. vel Εὐαλθεῖ, εὐέξει.

Ibid. Εὐγενέστερος Κύδρου κ. τ. λ. Etiam in hunc articulum nonnulla errata irrepserunt. Loco Κύδρου enim scribendum esse Κόδρου, docent praeter *Suidam* verba sequentia: οὗτος ὁ Κόδρος κ. τ. λ. Paulo post pro ἐδέξατο legendum esse ἐδέξαντο, non opus est, ut demonstretur.

Ibid. Εὐγμασδείων, εὐχῆς ἀξίων. Codex B. Εὐγμαοδείων habet. Sed utrumque vocabulum ignorat lingua graeca. *Schneiderus* in *Lexico l. gr.* corrigit εὐγμαλέων, quod tamen etiam sine omni auctoritate profertur, ac, ut locum haberet interpretatio, vel εὐχμασδείων vel εὐχμαλέων scribi debuisset. Nisi obstaret literarum ordo, legerem Εὐχήμονα, εὐχῆς ἄξιον. Conf. *Phavorinum* et *Hesychium* s. h. v. Aut Εὐκταῖον, εὐχῆς ἄξιον, quod vide infra apud *Photium*.

Col. 27. Εὕδοντι δ' αἱρεῖ κύρτος κ. τ. λ. Confer Interpretes ad *Hesychium* T. I. col. 1496.

Ibid. Εὐερμία, εὐτυχία, ὡς δυσερμίαν, ἀτυχίαν. Scribe: ὡς δυσερμία, ἀτυχία vel δυστυχία. *Hesychius*: Εὐερμία, εὐτυχία. ἔμπαλιν δὲ Δυσερμία, δυστυχία. Idem tradit *Phavorinus*.

Col. 27. Εὐεργνὴς, εὐθαλὴς, βλαστός. Sic etiam *Phavorinus* et *Zonaras Lex.* col. 898. Malim sine distinctione legere: εὐθαλὴς βλαστὸς, ut *Suidas* habet, aut certe scribere εὐθαλὴς, εὔβλαστος.

Col. 28. Εὔζωνος, ἡ εὔτοκος κάλλει. Lege vel ἡ εὔτοκος, καλὴ, ut *Hesychius* habet, vel ex emendatione *Alberti* ad *Hesychium* T. I. c. 1500. n. 10. ἡ εὔστολος, καλή. Certe *Lex. Cyrilli* MS. εὔζωνος, εὔστολος. Confer etiam *Suidam* s. h. v. et *Phavorinum* s. εὔζωνος γυνή.

Ibid. Εὐήθης, βλὰξ, ἀνόητος, ἢ ἄχρηστος τὸ ἦθος, ἢ μωρὸς, εὐφήμως. Hic vel legendum est καὶ εὐφήμως, vel post εὐφήμως supplendum est χρηστοήθης aut καλοήθης aut simile quid.

Ibid. Εὐέστω, εὐθηνία. Scribendum est Εὐεστώ. Conf. *Intt.* ad *Hesychium* T. I. col. 1499. n. 1.

Ibid. Εὐζωρότερον, ἀκρατότερον. Mallem quidem εὐκρατότερον, sed etiam receptam lectionem locum habere posse docuit Cel. *Tittmannus* ad *Zonarae Lex.* col. 916. n. 10.

Ibid. Εὐηνιώτατα, εὔηνος ὁ πρᾶος κ. τ. λ. Scribe meo periculo εὐήνιος. Sic *Harpocration*, *Suidas* et *Phavorinus*. Confer etiam *Photium* s. v. Εὐήνιον.

Ibid. Εὐήνορα, τὸν ἀνδρείαν ποιοῦντα, ἐπὶ τοῦ οἴνου (*Homer.* Od. Δ. 622.). ἐπὶ δὲ τοῦ χαλκοῦ τὸν εὖ τὸν ἄνδρα τιθέντα. Lege τὸν ἄνδρα εὖ διατιθέντα. Cf. *Apollonii Lex. s. h. v.*

Col. 29. Εὐθυδήμενα, ἁπλοῦν δημότην. Idem habent *Hesychius* ac *Phavorinus*, qui addunt: Εὐριπίδης Ἀντιόπῃ. Addenda est haec vox, si sana est, Lexicis. Sed praeferenda mihi esse videtur lectio Cod. B. εὐθύδημον.

Ibid. Εὐθυδικία. ὅτ' ἂν εἰσάγηται κ. τ. λ. Scribe: ὅταν εἰσάγηται κ. τ. λ.

Ibid. Εὐθὺ Λύκειον - - καὶ Εὐριπίδης. *Euripidis* locus est *Hippolyt.* v. 1197. *Eratosthenis* mentio quo pertineat, ex *Harpocrat.* v. Μεταλλεῖς intelleges.

Col. 30. Εὔθυνα, κυρίως - - - ἢ πρεσβεῦσαι καλῶς. Male. Scribendum est κακῶς; praecesserat enim μὴ ὀρθῶς ἄρξαι τῆς πόλεως.

Col. 31. Εὔκηλον, εὔκαυστον, εὔσχιστον. Ἴων ἐν Ὀμφάλῃ. ἐξανθρακώσας πυθμένα εὔκηλον δρυός. In apographo *Toupii* (*Emendatt. in Suid.* P. III. p. 549. ed. *Lond.*) loco εὔκαυστον (quae est vera lectio) scriptum erat: εὔκαστον.

Ibid. Εὔκρας, εὔκρατος εὐρυβροτοῖσιν εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως ἐν Ἀντιόπῃ. Hunc locum admodum corruptum *Bentleius* in *Epistola* ad *Millium* p. 466. ita optime emendavit: Εὔκρας, εὔκρατος. Εὐριπ. ἐν Ἀντιόπῃ· Βροτοῖσιν εὔκρας οὐ γένοιτ' ἂν ἡδέως. Scil. v. 103.

Ibid. Εὐλημματεῖ, εὖ ἔχει λήμματος καὶ ἀνδρείας. Legendum Εὐληματεῖ, εὖ ἔχει λήματος καὶ ἀνδρείας. Sic *Hesychius* et *Phavorinus*. Λῆμα autem, non λῆμμα, significare *animum fortem*, cuivis notum est.

Col. 32. Εὐμολπίδαι· πατριὰ Ἀθήνησιν, ἀπὸ Εὐμόλπου. ἐλέγοντο δὲ τρεῖς· ὁ μὲν ἐκ Θρᾴκης ἐπιστρατεύσας, ὃν οὐ προσποιοῦνται οἱ Εὐμολπίδαι· ὁ δὲ Ἀπόλλωνος καὶ Ἀστυκόμης· ὁ δὲ Μουσαίου καὶ Διιόπης. Ante ἐλέγοντο excidisse puto vocem Εὔμολποι, δὲ autem delendum esse censeo. Προσποιοῦνται autem positum est pro ἰδιοποιοῦνται, *quem non agnoscunt tanquam suum.* Praeterea et Ἀστυνόμης et Δηϊόπης legendum erit.

Ibid. Εὐμολπίδαι, γένος ἀπὸ τοῦ Θρᾳκὸς - - ὃς ἦν ἀπὸ τοῦ δευτέρου πέμπτος. Pro δευτέρου restituendum esse πρώτου docuit *Iac. de Rhoer* in *Feriis Daventr.* c. 16.

Col. 33. Εὐνομουμένη, εἰρηνεύουσα, εὐθηνουμένη, καλῶς διακειμένη. Ex iis, quae explicationis causa addidit *Photius*, apparet legendum esse Εὐνοουμένη. Tota autem glossa descripta est ex *Chrysostomi Homil.* XVI. ad *Matth.* V. 25. p. 168.

Ibid. Εὐορνιθίαν· Σοφοκλῆς ἐπὶ οἰωνῶν. Confer *Valckenarium* ad *Eurip. Hippolyt.* p. 257.

Col. 33. Εὐπάριστον, εὐπαραγωγόν. In *Suida* rectius legitur Εὐπάροιστον: descendit enim ab παροίω. Cf. etiam *Phavorinum* s. v. εὐπάροιστοι.

Col. 34. Εὔριζον, πλατύνον, ἢ καλὰς ῥίζας χαροποιοὺς ἔχων. *Suidas* habet: Εὐριζῶν, πλατύνων, ἢ κ. ρ. χ. ἔχων. *Phavorinus* idem exhibet, omissa tamen voce χαροποιούς. Confer LXX Psalm. XLVII. 12. ibique notata in editione *Bosiana*, nec non *Bielii Thesaurum* s. h. v. et Intt. ad *Hesychium* T. I. c. 1522. n. 30.

Ibid. Εὐωρεῖ, παίζει, μετεωρίζεται. Posterior interpretatio prorsus aliena est ab hoc articulo. Εὐωρεῖν enim esse idem quod μετεωρίζεσθαι, probari nequit. Sine dubio scribendum est: Εὐωρεῖ, παίζει. Ἐωρεῖται (vel Ἐωρίζεται), μετεωρίζεται. *Hesychius*: Ἐωρίζεται, μετεωρίζεται. *Phavorinus*: Ἐωρίζω, τὸ μετεωρίζω. Commendat hanc emendationem lectio Cod. D. qui habet ἑωρεῖ.

Col. 35. Ἔφεδρος, ταυλιστὴς τρίτος κ. τ. λ. Scribendum esse ταβλιστὴς, docuerunt *Intt. ad Hesychium* T. I. c. 1542. n. 24.

Col. 36. Ἔφες, ἔπεμπον. Lege ex *Hesychio*, *Phavorino* et *Zonara* (*Lex.* col. 933.) ἐπίπεμψον.

Ibid. Ἐφέστιοι, αὐτόχθονες, σύνοικοι. Scribere mallem cum *Hesychio* ἔνοικοι aut cum *Phavorino* ἔποικοι.

Col. 37. Ἐφιερὸν, Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ τοῦ τριηραρχήματος. Scribendum ἐπιτριηραρχήματος. Ita enim non solum *Suidas* habet, sed etiam recte inscribitur *Demosthenis Oratio adversus Polyclem*. Est autem ἐπιτριηράρχημα *productio trierarchalis imperii ultra terminos legitimos.*

Ibid. Ἔφλειψεν, ἔθλιψεν. Legendum cum *Valckenario* in *Adnotatt.* in *Adoniaz. Theocriti* p. 371. Ἔφλιψεν, (aut Ἔφλιβεν, ut *Phavorinus* et *Hesychius* habent) ἔθλιψεν. Φλίβω enim est idem quod θλίβω. Vide *Hesychium* v. φλίψεται, φλίψις et ἔφλιβεν.

Col. 39. Ἐχέμυθος, μυστήριον κρυπτὸν, ἢ φρόνιμος. Post μυστήριον κρυπτὸν omissa est vox φυλάσσων, quam sensus postulat ac *Suidas* quoque habet. *Phavorinus*: ἐχεμυθῶ, τὸ τοὺς λόγους φυλάσσω. Nisi pro κρυπτὸν legere malis κρύπτων.

Col. 40. Ἐψημυθιῶσθαι, (scribendum Ἐψιμυθιῶσθαι, ut habet *Etymol. M.* c. 406, 33.) τὸ προστετρῖφθαι τὸ πρόσωπον τρίμματι λευκῷ. Conf. *Schol. Aristoph.* ad *Lysistr.* v. 43. et ex eo *Suidam* s. v. ἐξηνθισμένοι.

Col. 41. Ζάκορος, νεωκόρος - - ἐπίθες τὸ πῦρ, ἢ ζάκορος κ. τ. λ. Sine dubio pro ἢ e *Suida* ac *Phavorino* rescribendum est ἡ.

Col. 42. Ζάλος - - τινὲς, ἄνεμος λάβρος. Potius ἄνεμον λάβρον.

Col. 43. Ζάμολξις κ. τ. λ. In hoc articulo plura sunt corrupta, quae facillimo negotio emendari poterant. Sic pro Μνασέας δὲ παρὰ Γέταις τὸν χρόνον εὐ τιμᾶσθαι, καὶ καλεῖσθαι Ζάμολξιν legendum: Μνασέας δὲ παρὰ Γέταις τὸν Κρόνον τιμᾶσθαι, καὶ καλεῖσθαι Ζάμολξιν. h. e. *Mnaseas vero dicit, apud Getas coli Saturnum, ac vocari Zamolxin.* Sic *Suidas.* — Paulo post pro ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς νομίμοις ex eodem corrigendum est ἐν τοῖς βαρβαρικοῖς νόμοις. — Idem pro Πυθαγόρα Μνησάρχου Σαμίου rectius habet: Πυθαγόρᾳ, Μνησάρχου, Σαμίῳ. — Loco Τερέτιζοι καὶ Κρόβυζοι autem apud *Suidam* reperitur Τέριζοι καὶ Κρόβιζοι. Prius, Τέριζοι nempe, quod etiam *Etym. M.* s. h. v. habet, est in *Photii* textum recipiendum. Posterior vox est *Suidae* reddenda. Confer *Stephan. Byz.* s. v. Κρόβυζοι, et ibi *Interpretes.*

Ibid. Ζειραὶ, χιτῶνες ἀνακεκολαμμένοι ἢ ἀνάκωλοι. Sic etiam *Suidas* et *Timaeus*, non minus vitiose. Ut enim recte iudicavit *Ruhnkenius* ad *Timaeum* p. 129. loco ἀνακεκολαμμένοι scribendum est ἀνακεκολπωμένοι, h. e. *tunicae in sinum replicatae*, ut rectius legitur in *Etymol. M.* p. 410, 20.

Col. 44. Ζέτνα, Φρύγιος ἡ λέξις. σημαίνει δὲ τὴν πύλην. Loco πύλην legendum esse πυγὴν, censet *Heringa Observatt.* p. 217.

Col. 45. Ζηλοτυπία, ζῆλος ἐξ ὑπονοίας τοῦ ἄρρενος κατὰ τῆς οἰκείας γυναικὸς, εἰς ἕτερον

ἀσελγῆ ὑπόνοια. Sic etiam *Suidas* et *Gloss. Cod. Bibl. Coisl.* p. 471. Sed mihi hic locus partim corruptus, partim prava distinctione foedatus esse videtur, quem sic restituo: Ζηλοτυπία, ζῆλος ἐξ ὑπονοίας, τοῦ ἄῤῥενος κατὰ τῆς οἰκείας γυναικὸς εἰς ἕτερον ἀσελγέος ὑπόνοια. Sic enim *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Ζηλοτυπίαι, αἱ τοῦ ἀνδρὸς (forte τῶν ἀνδρῶν) κατὰ τὰς οἰκείας γυναῖκας εἰς ἕτερον ἀσελγεῖς ὑπόνοιαι.

Col. 45. Ζηλωτὸς, μακαριστὸς, ἐπαινετός. Scribe: ἐπαινεταῖος, ut legitur in *Cyrilli Lex. MS.*

Col. 46. Ζύθος, οἶνος ἀπὸ κιθῆς. Nullo sensu. Lege: οἶνος ἀπὸ κριθῆς, scil. γινόμενος. Confer *Hesychium* s. h. v. et ibi Intt.

Col. 47. Ζωπυρῆσαι, ἐκ μεταφορᾶς ἀπὸ τοῦ πυρὸς ἐπὶ τοὺς ἐξ ἀῤῥωστίας ἀναῤῥωννυμένους λέγουσιν οἱ Ἀττικοί. Quilibet videt legendum esse ἐπὶ τῶν ἐ. ἀ. ἀναῤῥωννυμένων.

Ibid. Ἡβηδὸν, ἡβῶντας, ἢ τὰς στρατιὰς, ἢ ἀθρόον, ὅλα, καθ' ἡλικίαν. *Phavorinus* habet: ἢ ἀθρόον ὅλας καθ' ἡλικίας.

Col. 48. Ζωστὴρ, ᾗ (legendum ᾧ, ut *Suidas* quoque habet,) ἐπάνω τοῦ θώρακος χρῶνται. Caeterum e *Suida* corrigendum quoque est *Etymol. M.* in quo col. 414. lin. 19. perperam legitur: ζωστὴρ, ὁ ἐπάνω τοῦ θώρακος, ᾧ χρῶνται.

Ibid. Ἠγγύα, ὡμολόγει δώσειν. Ἠγγυᾶτο, ὁ λαμβάνων. Coniungendae mihi videntur hae duae glossae hoc modo: Ἠγγύα, ὁμολογῶν δώσειν. Ἠγγυᾶτο, ὁ λαμβάνων. Scilicet vult *Photius*, ἐγγυᾷν in activo significare *alteri aliquid ex sponsione tradere*, at in medio interdum adhiberi de eo, *qui ab altero aliquid desponsum accipit*. *Ammonius*: Ἐγγυᾷ καὶ Ἐγγυᾶται διαφέρει. Ἐγγυᾷ μὲν γὰρ ὁ διδούς. Ἐγγυᾶται δὲ ὁ λαμβάνων.

Ibid. Ἡγεμονία δικαστηρίου — — ἀλλὰ καὶ πρὸς ἄλλους τῶν ἀρχόντων ἐλαγχάνοντο δίκαι. Aperte mendosum est illud, scribendumque ἄλλαι, ut recte *Suidas* habet.

Col. 50. Ἡγητηρία, παλλάθη (apographum *Kusteri* habet παλάθη) συκῶν, ἣν ἐν τῇ πομπῇ τῶν πλυντηρίων (Πλυντηρίων) φέρουσιν. ὅτι ἡμέρου τροφῆς πρώτης ταύτης ἐγεύσαντο. Postrema verba *Küsterus* ad *Suidam* s. v. Ἡγήτορες ita emendavit: ὅτι ἥμερον τροφὴν πρώτην ταύτην ἡγήσαντο. h. e. *quod eam primum vitae mansuetioris cibum fuisse existimarent*. Ad hunc locum *Photii* respexit *Etymologus* v. Ἡγητορία, quem vide.

Ibid. Ἡδέα χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν. Ex addita interpretatione huius proverbii iam apparet, vel scribendum esse: Ἢ δεῖ χ. κ. τ. λ. ut *Suidas* habet, vel: Ἡδὺ κ. τ. λ. ut legitur in *Hesychio* ac *Mich. Apostolii Proverb. Cent.* IX. 68.

Col. 51. Ἦδ' ὅς, — — διδόνωπολλὰς φησὶ τοὔνομα. *Suidas* habet: διδόναι πολὺ, φησὶ τοὔνομα.

Ibid. Ἡδύσματα, βρώματα, ἢ εὐοσμία. Idem habet *Zonaras Lex.* col. 976. Loco βρώματα, quod etiam *Phavorinus* agnoscit, mallem legere ἀρτύματα (conf. *Hesych.* ac *Schol. Arist. Equit.* v. 675.) seu ἀρώματα (Exod. XXX. 23.). Loco εὐοσμία necessario e *Suida* ac *Phavorino* rescribendum est εὐοσμίας.

Col. 52. Ἠετιώνεια, οὕτως ἐκαλεῖτο ἡ ἑτέρα τοῦ Πειραιῶς ἄκρα. Lege τοῦ Πειραιέως. Confer *Phavorinum* s. h. v.

Col. 53. Ἠκαιρεῖσθε, ἐκωλύεσθε καιρὸν οὐκ εἶχες. Scribe: ἐκωλύεσθε, καιρὸν οὐκ εἴχετε. ut legitur in *Phavorino* ac *Zonarae Lex.* col. 983. nisi quis praeeunte Cod. B. legere mallet: ἐκωλύεσθε καιρὸν οὐκ ἔχοντες. Caeterum pertinere hanc glossam ad *Ep. ad Philipp.* IV. 10. admodum verosimile est.

Ibid. Ἤλεκτρον, ἀλλότυπον χρυσίον, μεμιγμένον ὑέλῳ καὶ λιθίᾳ. Scribendum esse λυθίᾳ vel λυθείᾳ, dubio caret. An vero loco ἀλλότυπον, quod praeter *Hesychium Zonaras* (Lex. col. 986.), *Suidas* et *Etym. M.* tuentur, legendum sit ὑαλότυπον, ut *Salmasius* voluit, iudicent peritiores. Conf. *Intt. ad Hesychium* T. I. c. 1620. n. 26.

Col. 54. Ἠλίβατον, ὑψηλὸν, ἄβατον. ἢ ἔστιν ἀλεῖν βαίνοντα. Scribendum est ex *Hesychio*: ὑψηλὴν, ἄβατον, ἧς ἔστιν ἀλιταῖν

βαίνοντα. *Schol. Apoll. Rhod.* II. 169. Ἠλίβατον ὄρος φησὶν, ἀφ' οὗ ἀλιτεῖν ἔστι τῆς βάσεως, διὰ τὸ ὕψος. Confer et *Phavorinum* s. v. Ἠλίβατος.

Col. 54. Ἠλίσκοντο, ἐπόρθουν, ἠλέγχοντο. Loco ἠλέγχοντο *Phavorinus* habet ἠλέσχοντο.

Col. 55. Ἠλύσιον, ἱερὸν περίοδον — — τὸ κατασκαφὲν χωρίον καλεῖν. Nihil certius est, inquit *Küsterus* ad *Suidam* s. h. v. quam scribendum esse loco κατασκαφὲν, κατασκηφθὲν, i. e. *fulmine tactum*, a κατασκήπτομαι, quod *fulmine feriri* significat.

Ibid. Ἡμένη πελειὰς — κατ' ἀνεξέτασιν. In Apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. I. c. 1630. n. 28. pro ἀνεξέτασιν legitur, ut in Suida, ἀντιπαρεξέτασιν. Caeterum pro verbis sequentibus τῶν πλευτρίδων, αἳ ἐξιπτάμεναι ἄλλα προσάγουσιν, idem *Hesychius* habet: τὴν πρὸς τὰς παλευτρίας πελειάδας. Ex quo luculenter apparet, etiam in *Photio* rescribendum esse: τῶν πελειάδων, αἳ ἐξιπτάμεναι ἄλλας προσάγουσιν.

Ibid. Ἡμερόλεγδον, τὸ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐξαριθμεῖν. Idem tradit quoque *Etymol. M.* 429, 40. Sed *Phavorinus* eandem interpretationem sub voce Ἡμερολεκτεῖν habet, unde non dubito hoc verbum et *Photio* et *Etymol. M.* reddere, nam adverbio non convenit haec explicatio.

Col. 56. Ἡμιδαπής, ἡμιτελής. Ita quoque *Suidas*, *Phavorinus* et *Zonaras Lex.* col. 991. Sed in apographo *Photii*, quo usus est *Alberti* ad *Hesych.* T. I. c. 1633. n. 3. legitur Ἡμιδακής. Fortasse scribendum est Ἡμιδεής.

Ibid. Ἡμιολία, λῃστρικὸν πλοῖον, οὗ τὸ ἡμιόλιον μέρος ψιλῶν ἐρετῶν ἐστὶ, πρὸς τὸ ἀπ' αὐτοῦ μάχεσθαι. Sic sine sensu legitur quoque in *Etymol. M.* c. 430. lin. 34. Lege ψιλόν. h. e. *cuius pars una et dimidia erat sine remigibus, ut ex ea pugnari posset.*

Ibid. Ἡμίοποι, κυρίως ἡμιτέλειοι αὐλοί. Potest quidem impressa lectio locum habere, nihilominus tamen *Hesychii* ac *Phavorini* auctoritate adducor, ut scribam οἱ μὴ τέλειοι αὐλοί. Addit quoque *Hesychius*: Τίθεται δὲ καὶ ἐπὶ ἄλλων μὴ τελείων.

Ibid. Ἡμιτύβιον, δίκροσσον. Conf. *Intt. ad Hesychium* T. I. col. 1636. n. 16. Locus *Aristophanis* est in *Pluto* v. 729.

Ibid. Ἡμιφόριον, ἥμισυ ἱματίου. Scribe Ἡμιφάριον, ut *Suidas*, *Phavorinus* ac *Zonaras* (*Lex.* col. 992.) habent. Descendit enim a φᾶρος, quod teste *Zonara* l. l. est ἱμάτιον. Confer *Aristaenet.* I. ep. 4. p. 12. ed. *Abresch.* τὸ ἀλουργὲς ἡμιφάριον.

Ibid. Ἡμόριξεν, ἄμειρον ἐποίησεν. In apographo, quo usus est *Alberti* ad *Hesychium* T. I. c. 1637. n. 8. legitur Ἡμόριξεν ab ἀμορίζω. *Küsterus* veram lectionem esse putat Ἡμοίριξεν, quod Doricum fuerit pro Ἡμοίρισεν ab ἀμοιρίζω.

Col. 57. Ἤνυστρον, ἐχῖνον, κεκρύφαλον. Male haec verba novam constituunt glossam. Pertinent enim ad verba ultima antecedentis articuli: ᾧ εἰς τρία τέτμηται ἡ γαστήρ. *in tres enim partes divisus est venter, in* ἤνυστρον, *partem crassiorem*, ἐχῖνον, *echinum*, *et* κεκρύφαλον, *reticulum.* Conf. *Suidam* s. h. v.

Col. 60. Ἤρυγεν, ἠρεύξατο. *Porsonus* ad *Euripidis Phoenissas* v. 463. in suo apographo invenit: Ἤρυγεν, ἠρεύξατο, ἤντλει, ac monuit, confudisse Grammaticum, simili literarum forma deceptum, dissimillima verba, ΗΡΥΓΕΝ, ΗΡΥΤΕΝ.

Ibid. Ἠρύγγη, λεπτὸν καὶ ἀκ. . . . Sine dubio ἀκανθῶδες. Cf. *Hesychium* ac *Phavorinum* s. h. v.

Col. 61. Ἦσαν πστ', ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι, παροιμία ἀπὸ χρησμοῦ ἀπὸ τῶν προγεγονότων. Necessario scribendum est ἐπὶ τῶν προγεγονότων, ut legitur in *Hesychio*.

Ibid. Ἠσυνθέτηκας, ἃ συνέθου καὶ ὡμολόγησας. Quis hoc unquam audivit, ἀσυνθετεῖν, quod *foedera et pacta non servare* notat, etiam *pacisci* ac *promittere* significare? Rescribe: ἃ συνέθου καὶ ὡμολόγησας, παρέβης. Sic *Suidas* et reliqui *Lexicographi Graeci*.

Ibid. Ἠτημένην ἀντὶ τοῦ κεχρημένην. καὶ γὰρ αἰτεῖσθαι ἔλεγον τὸ κιχρᾶσθαι. Aliena est

ab hoc loco vox κιχρᾶσθαι, cuius loco reddenda est *Photio* vox κεχρῆσθαι, quam habet *Phavorinus*. Confer tamen ea, quae disputavit Cel. *Tittmannus* ad *Zonarae Lex.* col. 1013. n. 73.

Col. 62. Ἠφειδηκότες, καταπαυσάμενοι κ. τ. λ. *Alberti* ad *Hesychium* T. I. c. 1667. n. 3. monuit, apud *Photium* ex *Hesychio* ac *Cyrilli Lex. MS.* rescribendum esse καταπτύσαντες loco καταπαυσάμενοι, quod tamen in *Suida* quoque legitur. Codex D. *Photii*, *Phavorinus* et *Zonaras Lex.* col. 1016. καταπαύσαντες habent, ad quem locum *Tittmannus* observavit, fortasse μὴ καταπαύσαντες scribendum esse. Num fortasse καταπαίσαντες legendum est? Potest tamen et lectio καταπαύσαντες defendi, cum constet, καταπαύειν quoque *reprimere* et *coërcere* significare.

Col. 63. Θαλαμίδιοι κῶπαι, αἱ ἠρέμα ἐλαύνουσαι. Sic et *Suidas* T. II. p. 162. et *Etymol. M.* c. 441. lin. 23. Carent Lexica voce θαλαμίδιος (monet Cel. *Schaeferus* ad *L. Bos* de *Ellips. l. Gr.* p. 244.); iure. Corrupta est enim (perinde ut alia plura huius generis, v. c. ἀκαρίδιος, ἀνεμίδιος, δραχμίδιος, στατηρίδιος, de quibus vid. *Küsterus* ad *Suidam* T. I. p. 195. in *Clerici Bibl. Selecta* T. XXIV. P. I. p. 93. et ad *Schol. Aristoph. Av.* v. 696. *Toup. Emendatt.* T. II. p. 422.) scribendumque θαλαμιαῖος, quod Lexicis, a quibus item abest, tuto inferas.

Ibid. Θαμᾶ, συνεχῶς, πυκνῶς, διηνεκῶς. Hoc ipsum praecipitur ab *Eustathio* ad *Iliad.* α. p. 43. lin. 33.

Col. 64. Θᾶττον ἢ Βούτης — — καὶ κράνος περιφαινόμενον. Scribendum ὑπερφαινόμενον. Caeterum ex observatione *Alberti* ad *Hesychium* T. I. c. 1682. n. 23. apparet, in apographo *Photii*, quo Alberti usus est, glossam sequentem cum hac nostra coniunctam fuisse hoc modo: ἐπέγραψε. Βούτης θᾶττον ἢ βάδην. Λέγουσι συνήθως, τάχιον, ἢ βραχέων. quorum verborum coniunctione inscriptionem pleniorem factam esse, quilibet videt.

Col. 65. Θεὰν παρέγειρον, τὴν πόῤῥωθεν λέγουσιν. αἴγειρος γὰρ ἦν τῶν κηρίων πλησίον. Loco Θεὰν παρέγειρον scribendum est Θεὰν παρ' αἰγείρου, et pro κηρίων legendum est τῶν ἰκρίων, ut recte emendavit *Alberti* ad *Hesychium* T. I. c. 1685. n. 17.

Ibid. Θεήλατος, ὑπὸ θεοῦ πεμφθείς. Pertinet haec glossa ad *Sophocl. Oedip. Tyr.* v. 255.

Ibid. Θεηπολεῖν, θεῶν εἰκόνας ἔχοντα περιπολεῖν, ἀργύριον εἰςπρασσόμενον. Loco ἔχοντα *Phavorinus* habet ἐχόντων, omissis verbis ἀργύριον εἰςπρασσόμενον, quibus, quanquam aperte in mendo cubant, medelam afferre nequeo.

Ibid. Θιασωμαιολῃ, χορῷ μανικῷ. Lege: Θειάσομαι ὅλῃ, χορῷ μανικῶς. Sic *Phavorinus*. Eodem modo et in sequentibus articulis pro Θιασῶται et Θιασώτης rescribendum est Θειασῶται et Θειασώτης, a θειάζειν, *numine afflatum esse*, quod etiam ordo literarum postulat. Confer *Intt.* ad *Hesychium* T. I. c. 1686. n. 21.

Ibid. Θέμεθλα, τὰ ἐσώτερα μέρη τὰ ἐμβαθῆ. Mallem legere: τὰ ἐσώτερα μέρη, τὰ βάθρα, aut καὶ ἕδραι, βάθρα, ut *Phavorinus* habet.

Col. 66. Θεμιζέτω, ἀκιζέτω. In Apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. I. c. 1692. n. 13. legitur Θεμισσέτω, (sic etiam Cod. B.) αἰκιζέτω. Num fortasse legendum est δικαζέτω, quod etiam *Phavorinus* habet?

Ibid. Θέναρ, τὸ κοῖλον τῆς χειρός. λέγεται δὲ καὶ τοῦ ποδὸς ἐλλύχνιον. Scribe: λέγεται δὲ καὶ τοῦ ποδὸς, sc. κοῖλον, ἢ λυχνίον. Habebant enim veteres lucernas, sandaliorum seu solearum formam referentes. Conf. *Tittmannum* ad *Zonaram* c. 1038. n. 45.

Ibid. Θεοὶ Μολοττικοὶ, οὐχ οἱ χθόνιοι κ. τ. λ. Illud οὐχ omittit Apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. I. c. 1694. n. 23.

Ibid. Θεοκλυτήσαντες, θεοῦ ἀκούσαντες, θεὸν ἀποκαλεσάμενοι. In *Hesychio* ac *Phavorino* rectius legitur ἐπικαλεσάμενοι. *Zonaras Lex.* col. 1038. Θεοκλυτῆσαι, θεὸν ἐπικαλέσαι.

Col. 66. Θεοκλυτοῦμαι, θεόθεν μυοῦμαι.
Θεοφοροῦμαι, θεόθεν δοξάζομαι.
Transposita mihi esse videntur glossemata utriusque articuli ita restituendi:
Θεοκλυτοῦμαι, θεόθεν δοξάζομαι.
Θεοφοροῦμαι, θεόθεν μυοῦμαι.
Ipse *Photius* infra Θεόκλυτος, θεότιμος habet.

Col. 67. Θέριστον καὶ θέριστρον, θερινὸν ἱμάτιον. *Alberti* ad *Hesych.* T. I. col. 1700. n. 17. monuit, in apographo suo sine ρ θέριστον et θερίστιον exhiberi, de qua varietate lectionis nihil observatum est in editione *Hermanni*. Suspicor, *Photium* scripsisse: Θέριστρον καὶ θερίστριον. Conf. Doct. *Schaeferum* ad *L. Bos Ellips. Graec.* p. 327 sequ.

Col. 68. Θέσθαι — — ἀντὶ δὲ τοῦ προέσθαι καὶ κυρῶσαι μόνον Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ ἀτελειῶν. Ergo solus Demosthenes hac voce ita usus est? Quis hoc contendat? Loco μόνον rescribendum est e *Suida* νόμον.

Col. 71. Θηλάστριαν, ἣν θηλάσεταί τις ἰδίως. οὕτως Κρατῖνος. Pro ἰδίως coniicio reponendum Ἰακῶς ex *Hesychio*, qui habet: Θηλάστρια, τροφός· ἔστι δὲ Ἰακόν. Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρᾳ.

Ibid. Θηραστεύεσθαι, ἀναβάλλεσθαι. Scribe Θηρατεύεσθαι. *Phavorinus*: Θηρατεύεσθαι, ἀναβάλλεσθαι, καὶ θηρατὴς λόγων, ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμητής. Priora verba habet quoque *Zonaras Lex.* col. 1044.

Col. 72. Θῆσαν, μισθωτικὴν — τροφήν. Scribendum est Θῆσσαν, ut habet *Suidas*, *Hesychius*, *Phavorinus* ac *Zonaras Lex.* col. 1042. ubi vid. *Tittmannus*. Eadem medela afferenda quoque est sequenti articulo. Caeterum respicit haec glossa ad *Eurip. Alcest.* v. 2. θῆσσαν τράπεζαν, ut monuit *N. Bondt*.

Col. 73. Θολερὸς προσβαίνεις κ. τ. λ. *Hesychius* habet Θολερῶς προβαίνει. *Phavorinus* autem θολερῶς προβαίνεις.

Ibid. Θρᾶκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται. ταύτης μέμνηται Μένανδρος ἐν τῇ πρώτῃ. Post ταύτης supplendum est παροιμίας, et post πρώτῃ addendum est Ἐπικλήρῳ. — Paulo post pro ὁ πρεσβύτατος e *Suida* scribendum est ὁ πρεσβεὺς vel ὁ πρεσβευτής.

Col. 74. Θρεπτά, τροφεῖα. Scribe Θρέπτρα, h. e. *praemia, quae nutritiis dantur*. Θρεπτὸν enim est *nutritum*, *altile*; θρέπτρον autem est idem quod θρεπτήριον. Conf. *Ernesti* et *Heyne* ad *Homer. Iliad.* δ'. v. 478. et ρ'. v. 302. Certe scribendum est Θρέπτα. Confer *Phavorinum* s. h. v.

Ibid. Θρύλος, ψιθυρισμὸς κ. τ. λ. Lege cum duplici λ Θρύλλος, ut *Suidas* quoque habet et *Cyrilli Lex. MS.* Paulo ante in *Photio* legitur: Θρυλλεῖ, λαλεῖ, κυνᾷ. Potest tamen etiam impressa lectio quodammodo excusari.

Ibid. Θρυμματὶς, σκεύασμα διὰ στέατος, καὶ σεμιδάλεως καὶ συκαλλίδων. In apographo *Alberti ad Hesychium* T. I. c. 1737. n. 7. legitur συναλλίδων. *Toupius* in *Emendatt. in Suid.* T. II. p. 230. ed. *Lond.* loco σεμιδάλεου, quod habet Cod. D., legit σεμιδάλεως.

Col. 75. Θρωσμὸς, βουνοειδὴς τόπος — — θεάσασθαι. Confer *Villoison.* ad *Apollonii Lex.* p. 423 sequ.

Ibid. Θυγατριδεῖ, ἐγγόνῃ, κ. τ. λ. Scribendum Θυγατριδῇ ex *Hesychio*, vel etiam Θυγατριδῇ. Vid. *Etym. M. Suid. Polluc.* III. 17. ac *Zonar. Lex.* col. 1061.

Ibid. Θυλήγματα, πέμματα κ. τ. λ. Scribe Θυλήματα, quod positum est pro Θυηλήματα. Confer *Suidam* et *Intt. Hesychii* s. h. v.

Ibid. Θυμβροφάγον, δριμύ. Posterior vox mutila est ac legendum δριμυφάγον. Certe *Hesychius* habet: Θυμβροφάγος, ἀντὶ τοῦ δριμυφάγος. ἡ γὰρ Θύμβρα, δριμύ ἐστι βρῶμα. Confer etiam *Phavorinum* s. h. v. ac *Zonarae Lex.* col. 1058.

Ibid. Θυμηλία, τέρψις, τρυφή, εὐφρασία. Lectio θυμηλία sine dubio in numerum peccatorum typographicorum referenda est. Reddenda est *Photio* vox Θυμηδία ex *Hesychio*, *Suida*, *Phavorino* et *Zonara* col. 1062. Loco εὐφρασία *Alberti* ad *Hesychium*

chium T. I. c. 1743. n. 6. mavult εὐφροσύνη. Merum quoque erratum typothetae esse videtur, quod

Col. 75. legitur Θυμοβόρος, ἡ τὴν γῆν διαφθείρουσα. Θυμὸς est ἡ ψυχὴ, non autem ἡ γῆ. Scribendum itaque ἡ τὴν ψυχὴν διαφθείρουσα, quod habet *Phavorinus*. Cf. et *Hesychium*.

Col. 76. Θυννάζοντες, ἀντὶ τοῦ κεντοῦντες. τοὺς γὰρ μεγάλους θύννους τριόδοις ἐλάμβανον. *Triviorum* hic nullus locus est. Scribendum τριόδουσι, *tridentibus*, ut *Suidas* et *Hesychius* habent.

Ibid. Θυρέαν, τὴν τοῦ μεσοτοίχου διακοπήν. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. I. c. 1747. n. 6. rectius legitur Θυραίαν. Postulat etiam hanc lectionem literarum ordo. In eodem etiam in sequentibus pro Θύρετρα reperitur Θύρητρα. Cf. *Alberti* l. l. c. 1748. n. 22.

Ibid. Θυρσός, Βακχικὴ ῥάβδος ἢ λαμπάς. Suspecta mihi est vox λαμπάς. Mallem legere κλάδος, aut βακτηρία. Confer *Hesychium* et *Phavorinum* s. h. v.

Col. 77. Ἰαλεμῷ — — καὶ ὁ καλὸς καὶ ὁ ὀρφανός. Quid sibi hic vult illud ὁ καλός? Legendum sine dubio ὁ κακὸς, h. e. *miser*, *infelix*, seu potius *pauper*. *Suidas* enim eum ὑστερούμενον vocat, ac *Phavorinus* στερούμενον. Caeterum eadem medela *Phavorino* quoque adhibenda est, ex quo paulo post pro τὸν κακὸν δαίμονα rescribendum est τὸν κακοδαίμονα.

Ibid. Ἰγνύη, ὁ ὑπὸ τὸ γόνυ τόπος ὄπισθεν τοῦ γόνατος. Descripta est haec glossa a *Suida*, adeoque nec dubium esse potest, in *Photio* legendum esse Ἰγνύς. Addit enim *Suidas* in fine: καὶ τὸ πληθυντικὸν, ἰγνύες. Negari autem nequit, utramque formam, ἰγνὺς et ἰγνύη, apud *Homerum* reperiri, ut docuit *Tittmannus* ad *Zonaram* col. 1084. neglecta tamen *Phavorini* auctoritate.

Col. 79. Ἵδρυσις, ἑδραῖα, ἀσφάλεια. Distinctione sublata lege: ἑδραία ἀσφάλεια, *firmum praesidium*, ut in *Suida* legitur.

Ibid. Ἱέραξ, εἰς ἣν τῶν Ἀμφιπολιτῶν κ. τ. λ. Ante Ἀμφιπολιτῶν excidit praepositio ὑπό.

Ibid. Ἱερὰ συκῆ, οὕτω λέγεται ἡ ἐπὶ τὴν Ἐλευσῖνα ὁδός. Aut fallor, aut loco ἱερὰ συκῆ reponendum est Ἱερὰ ὁδός. Confer sequentem articulum.

Ibid. Ἱερείας ἐνύπνιον κ. τ. λ. Male editum est: πυθομένην δὲ, τίς εἴη ὁ ἀλάστωρ, ἀκοῦσαι τῆς Σικελίας: nam sensu haec carent. Distingue itaque: πυθομένην δὲ τίς εἴη, ὁ ἀλάστωρ, ἀκοῦσαι, τῆς Σικελίας. h. e. *quum autem quaesivisset, quisnam ille esset, audivisse, Alastorem Siciliae*. Idem habet *Suidas*.

Col. 80. Ἱερομηνία, ἱερὰ ἑορτὴ, καταμήνια. Si vox καταμήνια (pro qua in Cod. D. legitur ἢ καταμήνια) sana est, tollendum est distinctionis signum post ἑορτή, ut sensus sit: *sacrum festum menstruum*. Sed *Suidas*, qui sine dubio sua hausit e *Photio*, habet: ἱερὰ ἑορτὴ κατὰ μῆνα, *sacrum festum, quod singulis mensibus celebratur*. Ita etiam *Hesychius* et *Zonaras Lex.* col. 1093. *Phavorinus*: ἱερομηνία, ἡ ἱερὰ ἡμέρα τοῦ μηνός.

Ibid. Ἱερομύστης, ἱερὰ μυστήρια εἰσηγούμενος, ἅγιος. Loco ἅγιος *Phavorinus* habet καὶ διδάσκων.

Ibid. Ἱερόν τι νεωκορήσας, ἀντὶ τοῦ εὐφημότερον ἱερατεύσας. Non suo loco positum est illud εὐφημότερον. Scribendum est: εὐφημότερον, ἀντὶ τοῦ ἱερατεύσας, quod editorem *Photii* vel *Suidae* collatio docere potuisset.

Col. 81. Ἰέσθην, ἐπροθυμοῦντο, ἐπορεύοντο. Erratis typographicis annumerandum est illud ἐπροθυμοῦντο pro προεθυμοῦντο, de quo confer *Küsterum* ad *Suidam* ac *Phavorinum*.

Ibid. Ἴθυμβος, ᾠδὴ μακρὰ καὶ ὑπόσκαιος. *Hesychius* ac *Phavorinus* loco ὑπόσκαιος habent ὑπόκενος sensu eodem. Vox ὑπόσκαιος addenda est Lexicis. Conf. *Inst. ad Hesych.* T. II. c. 33. n. 17.

Ibid. Ἱκάνειν, παραγένετο. Scribe Ἵκανε, π. praeeuntibus *Hesychio* ac *Phavorino*.

Col. 82. Ἱλασμὸς, εὐμενὴς, πραότατος, συγχώρησις. Non offendit hic locus doctissimum editorem, quanquam eum non fugere

Col. 66. Θεοκλυτοῦμαι, θεόθεν μυοῦμαι.
Θεοφορ$\tilde{}$οῦμαι, θεόθεν δοξάζομαι.
Transposita mihi esse videntur glossemata utriusque articuli ita restituendi:
Θεοκλυτοῦμαι, θεόθεν δοξάζομαι.
Θεοφοροῦμαι, θεόθεν μυοῦμαι.
Ipse *Photius* infra Θεόκλυτος, θεότιμος habet.

Col. 67. Θέριστον καὶ θέριστρον, θερινὸν ἱμάτιον. *Alberti* ad *Hesych.* T. I. col. 1700. n. 17. monuit, in apographo suo sine ρ θέριστον et θερίστιον exhiberi, de qua varietate lectionis nihil observatum est in editione *Hermanni*. Suspicor, *Photium* scripsisse: Θέριστρον καὶ θερίστριον. Conf. Doct. *Schaeferum* ad *L. Bos Ellips. Graec.* p. 327 sequ.

Col. 68. Θέσθαι — — ἀντὶ δὲ τοῦ προέσθαι καὶ κυρῶσαι μόνον Δημοσθένης ἐν τῷ περὶ ἀτελειῶν. Ergo solus Demosthenes hac voce ita usus est? Quis hoc contendat? Loco μόνον rescribendum est e *Suida* νόμον.

Col. 71. Θηλάστριαν, ἣν θηλάσεταί τις ἰδίως. οὕτως Κρατῖνος. Pro ἰδίως coniicio reponendum Ἰακῶς ex *Hesychio*, qui habet: Θηλάστρια, τροφός· ἐστὶ δὲ Ἰακόν. Σοφοκλῆς Ἀλεξάνδρᾳ.

Ibid. Θηραστεύεσθαι, ἀναβάλλεσθαι. Scribe Θηρατεύεσθαι. *Phavorinus*: Θηρατεύεσθαι, ἀναβάλλεσθαι, καὶ θηρατὴς λόγων, ἀντὶ τοῦ ἐπιθυμητής. Priora verba habet quoque *Zonaras Lex.* col. 1044.

Col. 72. Θῆσαν, μισθωτικὴν — τροφήν. Scribendum est Θῆσσαν, ut habet *Suidas*, *Hesychius*, *Phavorinus* ac *Zonaras Lex.* col. 1042. ubi vid. *Tittmannus*. Eadem medela afferenda quoque est sequenti articulo. Caeterum respicit haec glossa ad *Eurip. Alcest.* v. 2. θῆσσαν τράπεζαν, ut monuit *N. Bonds*.

Col. 73. Θολερὸς προσβαίνεις κ. τ. λ. *Hesychius* habet Θολερῶς προβαίνει. *Phavorinus* autem Θολερῶς προβαίνεις.

Ibid. Θρᾷκες ὅρκια οὐκ ἐπίστανται. ταύτης μέμνηται Μένανδρος ἐν τῇ πρώτῃ. Post ταύτης supplendum est παροιμίας, et post πρώτῃ addendum est Ἐπικλήρῳ. — Paulo post pro ὁ πρεσβύτατος e *Suida* scribendum est ὁ πρεσβεὺς vel ὁ πρεσβευτής.

Col. 74. Θρεπτὰ, τροφεῖα. Scribe Θρέπτρα, h. e. *praemia, quae nutritiis dantur*. Θρεπτὸν enim est *nutritum*, *altile*; θρέπτρον autem est idem quod θρεπτήριον. Conf. *Ernesti* et *Heyne* ad *Homer. Iliad.* δ'. v. 478. et ρ'. v. 302. Certe scribendum est Θρέπτα. Confer *Phavorinum* s. h. v.

Ibid. Θρύλος, ψιθυρισμὸς κ. τ. λ. Lege cum duplici λ Θρύλλος, ut *Suidas* quoque habet et *Cyrilli Lex. MS.* Paulo ante in *Photio* legitur: Θρυλλεῖ, λαλεῖ, κινεῖ. Potest tamen etiam impressa lectio quodammodo excusari.

Ibid. Θρυμματὶς, σκεύασμα διὰ στέατος, καὶ σεμιδάλεως καὶ συκαλλίδων. In apographo *Alberti ad Hesychium* T. I. c. 1737. n. 7. legitur συναλλίδων. *Toupius* in *Emendatt. in Suid.* T. II. p. 230. ed. *Lond.* loco σεμιδάλεον, quod habet Cod. D., legit σεμιδάλεων.

Col. 75. Θρωσμὸς, βουνοειδὴς τόπος — — θεάσασθαι. Confer *Villoison.* ad *Apollonii Lex.* p. 423 sequ.

Ibid. Θυγατριδεῖ, ἐγγόνῃ, κ. τ. λ. Scribendum Θυγατριδῇ ex *Hesychio*, vel etiam Θυγατριδῆ. Vid. *Etym. M. Suid. Polluc.* III. 17. ac *Zonar. Lex.* col. 1061.

Ibid. Θυλήγματα, πέμματα κ. τ. λ. Scribe Θυλήματα, quod positum est pro Θυηλήματα. Confer *Suidam* et *Intt. Hesychii* s. h. v.

Ibid. Θυμβροφάγον, δριμύ. Posterior vox mutila est ac legendum δριμυφάγον. Certe *Hesychius* habet: Θυμβροφάγος, ἀντὶ τοῦ δριμυφάγος. ἡ γὰρ Θύμβρα, δριμύ ἐστι βρῶμα. Confer etiam *Phavorinum* s. h. v. ac *Zonarae Lex.* col. 1058.

Ibid. Θυμηλία, τέρψις, τρυφὴ, εὐφρασία. Lectio θυμηλία sine dubio in numerum peccatorum typographicorum referenda est. Reddenda est *Photio* vox Θυμηδία ex *Hesychio*, *Suida*, *Phavorino* et *Zonara* col. 1062. Loco εὐφρασία *Alberti* ad *Hesychium*

Col. 93. Καθηγνῦσαι, νεκροῖς θῦσαι, pro quo *Suidas* habet Καθιγνίσαι, quod *Küsterus* in καθαγίσαι mutavit. An recte, iudicent peritiores.

Ibid. Κάθοιμον, καθόδον. In Apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 106. n. 24. legitur Καθ᾽ οἶμον, καθ᾽ ὁδὸν apud *Photium*, sicut apud *Suidam*. Cf. *Inst. ad Hesych.* l. l.

Col. 94. Καινοτάφιά τινά εἰσιν ἑλισσόμενα ὡς τύπος νεκροῦ. Quis dubitet, legendum esse Κενοτάφια? Confer *Suidam* T. II. p. 295. ibique a me notata.

Ibid. Κακὴ μὲν ὄψις, κόμμα, παροιμία. Nullo sensu sic legitur, ac inprimis illud κόμμα mihi suspectum videtur. Scribe κόμμα παροιμίας, *pars adagii.* Sic quoque *Suidas* habet. In fine huius glossae videndum, annon pro Σικυωνίῳ scribendum sit Σικυωνίᾳ cum *Stobaeo*. Sed *Harpocration* ac *Suidas* impressae lectioni favent.

Col. 95. Κακοδαίμων, ὁ θεῷ ἐπαχθής. Legendum est ἀπεχθής.

Ibid. Καλάσιρις, χιτὼν πλατὺς, δῆμος πολεμικός. οὕτως Αἰγύπτιοι. Verba οὕτως Αἰγύπτιοι post χιτὼν πλατὺς ponenda esse, apparet e *Suida* et *Zonara* (*Lex.* col. 1143.). *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. autem coniicit legendum esse in *Photio* χιτὼν πλατύσημος πολεμικὸς, quae coniectura si locum haberet, non esset turbandus in *Photio* verborum ordo.

Ibid. Καλαύρωψ, βουκολικὴ δίκη. Non possum a me impetrare, ut sanam hanc glossam putem. Ad unum fere omnes Lexicographi Καλαύροψ, (ita enim scribendum est. *Zonaras Lex.* col. 1150. cum *Schol. Apoll. Rhod.* IV. v. 974. Καλάβροψ aeque vitiose habet.) *pastoralem virgam* esse dicunt. *Suidas* et *Zonaras*: K. ἡ ποιμενικὴ ῥάβδος. *Hesychius*: Καλαύροπα, ποιμενικὴν ῥάβδον ἢ βουκολικήν. *Etymol. M.* Καλαύροψ, καλαύροπος, ἡ βουκολικὴ ῥάβδος.

Col. 96. Καλλυντήρια καὶ πλυντήρια — — τὰ μὲν πλυντήρια φησὶ διὰ τὸν θάνατον τῆς Ἀγραύλου, ἐντὸς ἐνιαυτοῦ μὴ πλυθῆναι ἐσθῆτας κ. τ. λ. *Lexicon Rhetor. MS.* laudatum a *Bastio* in *Epistola Critica* ad *Boissonade* p. 159. rectius habet: διὰ τὰ μετὰ τὸν θάνατον τῆς Ἀγραύλου ἑνὸς ἐνιαυτοῦ μὴ πλυθῆναι κ. τ. λ. In apographo *Photii* quoque, quo *Bastius* l. l. usus est, pro πλυθῆναι legitur πλυνθῆναι.

Col. 97. Καμπτὸς δρόμος. δρόμοι τινὲς ἦσαν καμπτοί. Legendum Κάμπιος, ut *Suidas* habet et *Schol. Aristoph. ad Pacem* v. 904. vel Κάμπειος, ut apud *Hesychium* legitur. Eodem modo etiam vox καμπτοὶ corrigenda erit.

Ibid. Κάνδυτος, σκευασία ὀψοποιϊκὴ κ. τ. λ. In Apographo *Kusteri* ad *Suidam* s. h. v. et *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 135. n. 11. rectius legitur Κάνδυλος. Eandem quoque lectionem habet *Phavorinus*.

Ibid. Κανηφόροι — — ἐφ᾽ ᾧ ἐπέκειτο τὰ πρὸς τὴν θυσίαν κ. τ. λ. Legendum ἐφ᾽ οἷς, praecesserat enim τὰ κανᾶ.

Col. 99. Καρκίνου ποιήματα. Μένανδρος Ψευδηρακλείᾳ. Scribendum Ψευδηρακλέει. *Plutarchus de discrimine adulatoris et amici* Vol. VI. p. 218. ed. *Reisk.* ὥσπερ ἐν κωμῳδίᾳ Μενάνδρου Ψευδηρακλῆς. Confer et *Indicem Auctorum Athenaei* Tom. IX. p. 149. ed. *Schweighaeuseri*.

Col. 100. Καρφαλέον, ξηρὸν καὶ καρχάλεον, κατάξηρον. Distingue: Καρφαλέον, ξηρόν. καὶ καρχαλέον, κατάξηρον. Docere enim vult, καρφαλέον et καρχαλέον unam eandemque significationem habere. Permutantur etiam invicem *Iliad.* Φ. v. 141. *Zonaras Lex.* col. 1159. Καρφαλέον, τὸ ξηρὸν, et col. 1160. Καρχαλέον, κατάξηρον.

Col. 102. Κατὰ δὲ Φρόνην ἤγαγε. Scribendum est Φρόνιν. Sunt enim verba *Homeri Odyss.* Δ. v. 258. Confer et *Hesychium* T. II. col. 166. et *Phavorinum*.

Col. 103. Κατακορὴς, ξυνουσία ἐπιπλεονάζουσα. Male cohaeret vocabulum ξυνουσία cum ἐπιπλεονάζουσα, iungendum potius est cum κατακορής. Vult enim *Photius* exemplo for-

poterat, nunquam ἱλασμὸς adiective usurpari. Corrige itaque εὐμένεια, πρᾳότης. Sic *Hesychius*, *Suidas* ac *Zonaras Lex.* col. 1103.

Col. 82. Ἱλαστήριον, θυσιαστήριον. Cauda sua truncata videtur haec glossa, e *Cyrilli Lex. MS.* sic redintegranda: θυσιαστήριον, ἐν ᾧ προσφέρεται περὶ ἁμαρτιῶν. *Hesychius*: Ἱλαστήριον, καθάρσιον θυσιαστήριον: ita enim sine omni distinctionis nota legendum videtur. Non enim quodvis altare ἱλαστήριον dicitur.

Col. 83. Ἱμᾶν καὶ ἱμῆν, κ. τ. λ. Scribe Ἱμᾶν καὶ Ἱμεῖν. Confer *Phavorinum* et *Zonarae Lex.* col. 1109.

Ibid. Ἵνα, ὅπου. Iam ut demonstret, ἵνα interdum ὅπου significare, adducit locum *Antiphontis*, ἵνα οὐδὲν ἔργον ὀκνεῖν, ubi sensus causa ante ἵνα supplendum est Ὀκνεῖν, quod etiam *Suidas* habet.

Col. 86. Ἱππότροχος, (*Hesychius* habet ἵππου τροχὸς) τὸ τρυσίππιον — — ἐκτυποῦσθαι τροχόν. In Apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 68. n. 26. legitur τρισίππιον. Ibidem *Alberti* pro ἐκτυποῦσθαι in *Photio* mavult ἐντυποῦσθαι.

Ibid. Ἱππούμενος, πιεζόμενος, ἀναγκαζόμενος. Dubio caret, legendum esse Ἰπούμενος. Confer *Suidam* et *Intt. Hesychii* ad v. Ἰπούμενος.

Ibid. Ἶρις, νέφος, ὑγρότης, κατ' ἔμπτωσιν ἡλίου πεποικιλμένον, οἷον τόξον. Vox ὑγρότης nihil habet ad quod referatur. Vel scribendum est νέφος ὑγρὸν, vel cum *Suida* ac *Diogene Laertio* VII. s. 142. νέφους ὑγρότης — — πεποικιλμένου seu πεποικιλμένη.

Col. 87. Ἴσαι ψῆφοι, ἐπὶ τῶν κ. τ. λ. Pro καὶ ἴσαι γεννῶνται ψῆφοι scribendum ἂν seu ἐὰν ἴσαι γένωνται ψῆφοι, sensu pariter ac usu loquendi ita postulante. Accedit quoque auctoritas *Suidae*. Etiam pro ἀναλύονται mallem legere ἀπολύονται.

Col. 88. Ἰσόκτητον, ἴσην ἔχουσαν τὴν κατασκευήν. *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 75. n. 8. ex *Hesychio* reponit Ἰσόκτιτον.

Ibid. Ἱστιατόρια, δειπνητόρια. Scribe ex *Hesychio* Ἱστιατορία, δειπνητήριον. Confer etiam *Phavorinum*.

Col. 89. Ἰταλιώδης, ὁ ἀλαζὼν, ἀπὸ τῶν Πυθαγορικῶν διὰ τὴν Σύμβαριν ὁ λάγνος. In *Suida* ac *Phavorino* rectius legitur: ὁ ἀλαζὼν, ἀπὸ τῶν Πυθαγορικῶν. Διὰ δὲ τὴν Σύβαριν, ὁ λάγνος. Verba *Photii*, uti nunc legitur, nullum sensum habent. Confer etiam *Hesychium* s. h. v. ad quem *Alberti* recte notavit, pro Ἰταλιώδης scribendum esse in *Photio* aeque ac *Suida* Ἰταλιώτης, quod etiam *Photius* in sequenti articulo habet, ubi in apographo *Alberti* pro Πυθαγόριος legitur Πυθαγόρειος et διέτριβον loco διέτριβεν.

Col. 90. Ἰτέαις, δῆμοι τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Nisi reponatur δήμοις, scribendum est Ἰτέαι, quod in *Suida* reperitur.

Ibid. Ἴυγξ, Ἠχοῦς — ἔχει δὲ καὶ ὄργανόν τι. Lege ἔστι δὲ καὶ ὄργανόν τι. — In sequentibus e *Suida* loco κατακαλούμεναι scribendum est κατακηλούμεναι, quod est verbum hac in re proprium.

Ibid. Ἰχθυοπτὸς, ἐσχάρα αὕτη ἐπὶ τῶν μεγάλων ἰχθύων. Malim Ἰχθυοπτὶς vel Ἰχθυοπτρίς. Conf. *Iungermann.* ad *Polluc.* VI. 88. n. 1. et *Polluc.* X. 95.

Col. 91. Ἰῶν, βελῶν, ἢ πορευθείς. Posterior interpretatio non pertinet ad Ἰῶν, sed ad vocem Ἰὼν, quam *Hesychius* πορευόμενος, βαδίσας, συντόνως ἐλθὼν, interpretatus est.

Ibid. Καθαίρων, στάμνος — — ἔπεμπε. Lege ex *Hesychio* Καθαιρῶν.

Col. 92. Καθαιρήσετε, οὐ καθελεῖτε. In Apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 100. n. 22. legitur divisim: Καθαιρήσετε, οὐ, καθελεῖτε.

Col. 93. Καθηγμένος, καθελὼν, φθάσας. Duplici mendo laborat haec glossa. Pro Καθηγμένος enim necessario scribendum est καθιγμένος, ac pro καθελὼν reponendum est κατελθών. *Hesychius*: Καθιγμένον, κατελθόντα. — — φθάσαντα. Confer etiam *Suidam* s. h. v. et ibi *Küsterum*. Aeque vitiosum est sequens

vos sana est, explicanda erit haec vox de *consensione amica.* Sed sine dubio admittenda est emendatio *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 194. n. 26, qui pro στρατευσάμενοι reponit στραγγευσάμενοι: addit enim *Photius*: ὅθεν καὶ τὸν εἴρωνα τὸν ἀργὸν λέγουσι.

Col. 110. Κατευμαρίζων, κατευχερίζων Scribendum: κατευχειρίζων. Sic *Suidas*, ac *Codex Photii*, quo *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. usus est.

Ibid. Κατεχειροτόνησαν αὐτοῦ κ. τ. λ. Verba καὶ διαχειροτονία, quae Codex D. omittit, litura digna esse e sequentibus luculenter apparet.

Col. 111. Κατηβολὴ, περιβάλλει. Num fortasse legendum est loco περιβάλλει, τὸ ἐπιβάλλον. Confer *Hesychium* s. v. Καταβολή.

Ibid. Κατημαξευμένος, τετριμμένος, ἐγγεγυμνασμένος. Ita etiam *Phavorinus*, *Hesychius* ac *Zonaras Lex.* c. 1172. *Suidas* autem καθημαξευμένος habet.

Ibid. Κατοιόμενος, ὀνομάζων ἑαυτὸν μέγαν κ. τ. λ. Sic etiam *Suidas.* Sed *Lex. MS. Cyrilli* habet: ὁ νομίζων, quod praeferendum videtur.

Col. 112. Κατουλάδας. Σοφοκλῆς Ναυπλίῳ — — μελαντηραὶ γὰρ καταιγίδας ἔχουσαν καὶ συστροφὰς ἀνέμων, Apographum *Küsteri* (ad *Suidam* s. v. κατουλὰς) habet: μελάντεραι γάρ· ἢ καταιγίδας ἔχουσαν, καὶ συστροφὰς ἀνέμων. Pro ἐάλειν, quod sequitur. *Küsterus* coniicit legendum εἴλλειν vel ἴλλειν. In apographo *Brunckii* (vide Eiusd. *Lexicon Sophocleum* s. h. v.) legitur μελάντεροι γάρ· ἢ καταιγίδας etc. Ibidem etiam pro ἐάλειν scriptum exstat εἴλλειν.

Ibid. Καττύει, συῤῥάπτει, καττύει. Posterius καττύει delendum est. Aut legendum est εὐτρεπίζει, quod *Phavorinus* habet, aut κατασκευάζει e *Zonarae Lex.* c. 1172.

Ibid. Καττὺν, ἀπότριμμα δερματίου βαλλόμενον εἰς τὴν στελλεῖαν, ὅταν μὴ σφίγγῃ. Recte *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 208. n. 22. στειλειὰν reponit.

Col. 114. Κελέοντες, κυρίως μὲν κελέοντες καλοῦνται οἱ ἰνόποδες. Loco ἰνόποδες, quod est vocabulum nihili, legendum esse ἱστόποδες, apparet vel e sequente articulo, ubi diserte legitur: Κελέοντες, ἱστόποδες, καὶ πάντα τὰ μακρὰ ξύλα. Vide quoque *Zonarae Lex.* col. 1184. s. v. κελεός, et *Intr.* ad *Hesychium* T. II. c. 224.

Ibid. Κελαρίζειν, μετὰ ἤχους ῥεῖν. Sic solus *Photius.* Reliqui Lexicographi omnes cum υ habent Κελαρύζειν, quod rectius est.

Col. 115. Κένκω, πεινῶ. Infra legitur c. 118. Κέρχνω, πίνω. ubi Cod. D. habet Κερκύω. Utramque glossam in reliquis Lexicographis Graecis frustra quaeres.

Col. 117. Κερκέται, ἔθνος Ἰνδικὸν, ᾧ (lege ὅ. Sic etiam apographum *Alberti.*) χρῆται μακρῷ πηδαλίῳ, ὃ καλεῖται κερκέτης. Loco μακρῷ sine omni dubio legendum est μικρῷ. Est enim κερκέτης, teste *Hesychio* ac *Phavorino*, τὸ μικρὸν πηδάλιον.

Col. 119. Κεφάλαιον, παραλαμβάνεται ἐπὶ ἐπιγράμματος κ. τ. λ. Scribe π. ἐπὶ γράμματος, quod *Suidas* quoque habet.

Ibid. Κεχαρισμένως, εἰς χάριν αὐτῶν πάντα ποιεῖν. E *Suida* rescribendum est: Κεχαρισμένος, εἰς χάριν αὐτῶν πάντα ποιῶν.

Ibid. Κεχήνη, κεχηνὼς ἤμην, ὡς τὸ ἤδη ἀήδειν. Lege: ὡς τὸ ᾔδειν, ᾔδη. Supra col. 50. Ἤιδη ἀντὶ τοῦ ᾔδειν.

Ibid. Κηδίδης, διθύραμβος, ποιητὴς ἀρχαῖος. Malim Κηκίδης vel Κηκείδης, διθυράμβων ποιητὴς ἀρχαῖος. *Schol. Aristoph. Nub.* v. 981. Κηκείδου] ἀρχαῖος διθυραμβοποιὸς, οὗ μέμνηται Κρατῖνος ἐν Πανόπταις.

Col. 120. Κηλούμενος, φλεγόμενος. Lego θελγόμενος, nisi quis illud φλεγόμενος ad illicitam Venerem referre malit. Conf. *Intr.* ad *Hesychium* T. II. c. 247. ad vocem κηλούμενος.

Col. 121. Κίδαρις — — ἤτοι εἶδος καλαμαυκίου. Vox καλαμαυκίου est nihili, pro qua rescribendum est vel καμηλαυχίου, ut *Suidas* habet, vel e *Zonara* (Lex. col. 1211.) καμελαυκίου. Significat autem καμελαύκιον vel καμηλαύχιον *capitis tegumentum*, detortum

fortasse e latino *capillaceum*. Conf. *du Fresne Gloss. Graec. med.* p. 560. sequ.

Col. 123. Κιλικιαίνω, ἀντὶ τοῦ, ὀλέθρῳ. Scribendum est Κίλικι λιμῷ. A pro Λ. *Hesychius:* Κίλικι λιμῷ, ὀλέθρῳ. ἔλεγον γὰρ Κίλικιον ὄλεθρον. et *Phavorinus:* Κίλικι λιμῷ, ὀλέθρῳ. ἔλεγον γὰρ κιλίκιον ὄλεθρον.

Ibid. Κιμβερινὸν, (leg. Κιμβερικὸν) εἶδος χιτωνίσκου. οὕτως Ἀριστοφάνης Nempe in *Lysistr.* v. 52.

Ibid. Κιμώνεια, (in *Hesychio* legitur cum ι Κιμώνια) ἐρείπια Ἀθήνησιν, ἐν οἷς ἀπεπάτουν καὶ ἐπεραίνοντο. In *Apographo Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 262. n. 12. legitur perperam ἐπεπάτουν.

Ibid. Κινάβρα, μικρολογία — — οἱ δὲ τὴν τῆς ἀλώπεκος σόβην. An loco σόβην legendum est ὀσμήν? Vide *Suidam* et *Polluc.* II. 77. c. not. *Iungermanni.*

Col. 124. Κίστη, καὶ κοίτης, ἀγγεῖον κ. τ. λ. Κοίτης aperte vitiosum est. Scribendum est vel κοιτὶς, vel κοίτη, vel κίστις, ut *Suidas* habet.

Ibid. Κιχλησμὸς, ὁ λεπτὸς καὶ ἀκόλαστος γέλως. Lege Κιχλισμός. Sic *Suidas* et *Zonaras.* Confer *Int. ad Hesychium* T. II. c. 270.

Ibid. Κιχόρεια, τὸ ἄγριον λάχανον. Ἀριστοφάνης. In *Apographo Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 270. n. 18. rectius legitur Κιχώρεια. *Hesychius* ipse habet: Κιχώρια, λαχανίδια ἄγρια.

Col. 127. Κλυδώνιον, κῦμα, καὶ κλύδωνα ἄμφω. Θουκυδίδης β'. Scribe: Κλυδώνιον, κῦμα, καὶ κλύδωνα· ἄμφω Θουκυδίδης κ. τ. λ. h. e. *utraque voce usus est Thucydides.*

Col. 128. Κνεόμενον, καταπονούμενον. Lege: Κναιόμενον. Sic *Suidas* et *Cyrilli Lex. MS.* teste *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 284.

Ibid. Κνέφας, σκότος. Sed praecesserat iam Κνέφας, σκότος, νύξ. Puto igitur legendum esse Κνέφος, σκότος. *Hesychius:* Κνέφος, σκότωσις.

Ibid. Κνύειν, ξύειν, καὶ κνήθειν. Μένανδρος. Loco Κνύειν forte legendum Κνεῖν, quam quam *Hesychius* etiam habet: Κνύειν, κνήθειν, ξύειν. Cf. *Moer. Attic.* s. v. Κνεῖν, ac ibi *Int.*

Ibid. Κνυζώμενον, στένοντα κ. τ. λ. *Hesychius* ac *Phavorinus* habent Κνυζούμενον. Confer tamen *Zonarae Lex.* col. 1226.

Col. 130. Κόβατρα, κολακεύματα. Scribendum Κόβακτρα. *Hesychius:* Κόβακτρα, κολακεύματα, πανουργήματα. Idem habet *Phavorinus.*

Col. 131. Κραῦρον — — εὐθραστότερον. Scribendum εὐθραυστότερον, et sic etiam invenit in codice suo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 342. *Suidas:* Κραῦρον, ξηρὸν, εὔθραυστον. — Etiam sequens vox σκληρότερον aperte in mendo cubat, quod enim aridum est ac siccum, durum dici nequit. Lego itaque ξηρότερον. Ipse *Photius* in antecedentibus κραῦρον per ξηρὸν interpretatus est.

Ibid. Κρείττονες, οἱ ἥρωες. δοκοῦσι δὲ κακωτικοὶ εἶναι. Lege κακότυχοι ex *Hesychio* ac *Phavorino.*

Col. 132. ΚρησΦύγετα — — ὅτι Κρῆτες τοὺς νησιώτας ἅμα Μίνῳ τῷ βασιλεῖ θαλασσοκρατοῦντι κ. τ. λ. *Suidas,* et, ut puto, rectius, habet: ὅτι τοὺς Κρηταιεῖς οἱ νησιῶται ἅμα Μίνῳ τῷ βασιλεῖ θαλαττοκρατοῦντας etc. Confirmat hanc emendationem *Zonaras* in *Lex.* col. 1256. et *Etymol. M.* col. 536. extr.

Ibid. Κριάδδεμεν, τὸ γελᾷν, Βοιωτοί. Iudice *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 347. n. 1. vera lectio est Κριδδέμεν, a κρίζω, κρίδδω. — Idem in nota proxime superiore ex apographo suo affert aliam glossam in *Hermanniana* editione omissam, nempe hanc:

Κρῖ· ὁ μὲν Ἀρίσταρχος, τὸ αὐτὸ τὴν κριθὴν σημαίνει. εἰρῆσθαι δὲ, οὐκ ἀποκοπὴν, ὡς ἐνόμισαν, ἀλλὰ μετεσχηματίσθαι τὸ θηλυκὸν εἰς οὐδέτερον, τὸ κρῖ. ὁ δὲ Ἀπίων, γένος τι, οὐ πάντως κριθή.

Ibid. Κριὸν ἀσελγοκέρων κ. τ. λ. *Hesychius* et ex eo *Phavorinus* habent Κριὸς ἀσελγοκέρως, et sic quoque reponendum in *Photio.*

Col. 133. Κρίσεως, δοκιμασίας, ἀκολουθίας. Sic etiam legitur in *Suida.* Pro ἀκολου-

θίας autem *Küsterus* potius scribendum existimat *ἀληθείας*.

Col. 133. Κρότωνος. *τοῦτο δὲ ἐπὶ τοῦ ζώου κ. τ. λ.* Post Κρότωνος addendum est *ὑγιέστερος*, ut e sequentibus ac *Suida* apparet. — In sequentibus loco *ὁμαλὸς*, quod est merum erratum typographicum, rescribendum est *ὁμαλόν*. — Similiter et in sequente articulo pro Κροτονῶν legendum est Κροτώνων, ut *Suidas* habet.

Ibid. Κροῦσις, ἀναλογισμός. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 356. n. 28. legitur: Κροῦσις, *ἀντὶ τοῦ παραλογισμὸς*, ac sine dubio rectius. *Hesychius*: Κροῦσιν, *τὴν ὑπόκρισιν, τὸν παραλογισμόν*. Idem fere tradit *Phavorinus*, adducta praeterea *Aristophanis* auctoritate.

Col. 134. Κτήδονες, *τρίοδοι ἰχθύες. καὶ θηρίδια κ. τ. λ.* E *Suida* reponendum est: *Κτηδόνες, τριόδοντες ἰχθύες. καὶ θηρίδια κ. τ. λ.* Et sic quoque habet *Codex Photii MS.* quo usus est *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 360.

Ibid. Κύαθος, *ἀντλητήριον μέτρον ὑγρὸν οὐγκιῶν δύο.* Loco *μέτρον ὑγρὸν* reponendum esse *μέτρον ὑγροῦ*, in eo omnes mecum consentient, quemadmodum quoque post *ἀντλητήριον* distinctionis notam ponendam esse nemo infitias ibit. Ita iudicaveram, antequam videram, eodem modo hunc articulum in apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 361. n. 11. exhiberi.

Ibid. Κυάνεοι, *μέλανες.* Scribendum videtur *Κύανοι, μέλανες. Zonaras Lex.* col. 1268. *Κυανὸν, τὸ μέλαν. Suidas*: *Κύανοι, μέλανες.* Idem docet quoque compositum *Κυανοχαίτης.* Obstat tamen huic emendationi auctoritas *Hesychii*, qui col. 362. *Κυάνεος* et *Κυανέων* habet, ubi vide *Intt.*

Col. 135. Κυβεία, *ἐπὶ τῶν παραβολῶν* (lege *παραβόλων*) *πραγμάτων ἔλεγον.*

Ibid. Κύβηβον, *Κρατῖνος Θρᾴτταις, τὸν Θεόφραστον.* Pro *Θεόφραστον* scribendum *θεοφόρητον* indicat *Ruhnkenius* ad *Timaeum* p. 11. Ipse *Photius* paulo ante habet: *Κύβηβος, ὁ κατεχόμενος τῇ μητρὶ θεῶν, θεοφόρητος.*

Ibid. Κύβηττον, *Ἴωνες τὸ ἄκρον τοῦ ἀγκῶνος κ. τ. λ.* *Hesychius* habet *Κυβιτὸν*, *Etym. M.* autem *Κυβητὸν*, ubi videndus *Sylburgius*.

Ibid. Κῦδος, *λοιδορία — — συκοφαντησάντων.* Lege *ἐπὶ τῶν συκοφαντησάντων.* Sic quoque *Suidas*.

Col. 136. Κυζικηνοὶ, *στατῆρες οἱ καλοὶ* etc. Tolle distinctionem post *Κυζικηνοὶ* ac iunge *στατῆρες* cum antecedentibus hoc modo: *Κυζικηνοὶ στατῆρες, οἱ καλοὶ* etc.

Ibid. Κυθέρεια, *κ. τ. λ.* E verbis sequentibus, *οὐχ' ὅτι προσέκυρσε Κυθήροις*, apparet, legendum esse *Κυθήρεια*, uti quoque scriptum reperitur in apographo *Alberti* ad *Hesychium* Tom. II. col. 369. n. 12. Ex *Hesychio* quoque, ubi totus articulus plenius et rectius exhibetur, pro *ἀλλὰ ἡ* in sequentibus rescribendum est: *ἀλλ' ὅτι.*

Col. 137. Κύμβαχος, *ἐπὶ κεφαλὴν πεσὼν, καὶ ἄνω τοὺς πόδας*, scil. *ἔχων*, quod diserte addit *Suidas*. Conf. *Intt. ad Hesychium* s. h. v.

Ibid. Κύμινον, *ἐπὶ μικρολόγου, Μένανδρος.* Vocem *κύμινον* simpliciter positam ita adhiberi non posse sponte apparet. Fortasse vocem *Κυμινοπρίστης* aut *Κυμινοκίμβιξ* interpretari voluit *Photius*. Eodem mendo laborat glossa *Hesychii*: *Κύμβινον, τοῦτο ἐπὶ μικρολόγου ἔταττον.*

Ibid. Κυναλώπεκα, *τὸν Φιλόστρατον.* Respexit *Photius* ad *Aristoph. Equit.* v. 1078. ubi legitur: *Φιλόστρατος, ἡ κυναλώπηξ*, et vid. Schol. ut et ad *Lysistr.* v. 956. Statuendum autem est, hanc glossam esse mutilam ac ex *Hesychio* ita supplendam: *Κυναλώπεκα. Φιλόστρατον λέγουσιν οὕτω τὸν Ἀθηναῖον κωμῳδοῦντες. ἢ τοὺς ἐξ ἀλώπεκος καὶ κυνὸς Λακωνικοὺς κύνας φασὶ γίνεσθαι.*

Col. 139. Κυπάσσεις, *ἔνδυμα γυναικεῖον. Suidas*, *Hesychius* ac *Phavorinus* rectius, ut puto, habent *Κύπασσις*, e quibus etiam *Zonaras* (Lex. c. 1267.) emendandus est, in quo legitur *Κυπὰς, ἱμάτιον.*

Col. 140. Κυρειβάσασθαι, *διαμαχέσασθαι. Κυρειβάζεσθαι, λοιδορεῖσθαι.* Scribendum Κυ-

ρηβάσασθαι et Κυρηβάζεσθαι. Confer Cel. *Ilgenium* ad *Hymnos Homericos* p. 601. Eadem medela afferenda quoque est *Hesychio* T. II. c. 386. qui habet Κυριβάσασθαι, λοιδορεῖσθαι, διαμάχεσθαι. Admittit etiam hanc emendationem in *Photio* literarum ordo. Sequitur enim Κυρήβια.

Col. 140. Κυρειβάζεσθαι, λοιδορεῖσθαι. In Apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 386. n. 17. exhibetur Κυριβάζεσθαι.

Ibid. Κυρήβια, τὰ ἐκ τῶν κυάμων ἐρήγματα κ. τ. λ. Lege ἐρίγματα vel ἐρέγματα.

Ibid. Κύρημα, ἐπίτερμα κ. τ. λ. Legendum vel ἐπίτευγμα, ut habet *Suidas* et *Apollonius* in *Lex. Hom.*, vel ἐπιτύχημα, ut legitur in *Zonara* col. 1269. s. v. Κύρμα.

Col. 141. Κυσολάκων, ὁ Κλινίας (lege ὁ Κλεινίου, i. e. *Alcibiades*, qui centies sic dicitur. Cf. *Aristoph. Acharn.* v. 716. et ibi *Schol.* et *Philostrat.* de *V. S.* I. 15. p. 498.) — Μελαίνη (an Ἑλένη?) γὰρ Θησεὺς οὕτως ἐχρήσατο, ὡς Ἀριστοτέλης. Pro Ἀριστοτέλης scribendum Ἀρίσταρχος. Nam auctor Lexici Comici, a quo glossam sumserunt *Hesychius* ac *Photius*, laudaverat *Aristarchum*, Aristophanis, vel alterius Comici, qui Alcibiadem Κυσολάκωνα dixerit, enarratorem. Eundem citat *Scholiastes Aristoph.* ad *Ran.* v. 1469. ubi de Alcibiadis ad Lacedaemonios transitu agit. Conf. *Ruhnken.* in *auctario emendat.* in *Hesych.* T. II. c. 390.

Ibid. Κύτταρος, ἡ τῆς βασάνου πυελίς. Lectio βασάνου est mero errori typothetae tribuenda. Scribendum est βαλάνου, h. e. *glandis cellula* vel *operculum*. Vide praeter *Suidam Schol. Aristoph.* in *Vesp.* v. 1106. et *Hesychium* s. v. κύταρος.

Col. 144. Κωλακρέται, — — οἷον καὶ τὰ εἰς θεοὺς ἀναλισκόμενα παρεῖχον. Loco οἷον scribendum est οἳ.

Col. 145. Κώμυθα, δεσμὴ χόρτου. Scribendum est δέσμην χόρτου, ut recte habet *Suidas*. Κώμυς enim *fasciculum foeni* notat.

Ibid. Κωνῆσαι, περιενεγκεῖν κ. τ. λ. Ob sequentia legendum est necessario Κωνίσαι.

Ibid. Κωρυκαῖος κ. τ. λ. Male hic exhibetur proverbium οὐδ' ἄρα Κωρυκαῖος ἠκροάζετο, pro quo rectius in *Suida* legitur: Τοῦ δ' ἄρα Κωρυκαῖος λέγεται· alias enim hoc adagium nullum sensum haberet. Cf. etiam *Suidam* sub Τοῦ δ' ἄρα ὁ Κωρυκ. etc. — Sequitur: οἱ δὲ Κωμικοὶ Κωρύκεον τὸν θεὸν εἰςάγουσι. Hic iterum e *Suida* scribendum est Κωρυκαῖον, quemadmodum et in sequentibus Κωρυκαῖος pro Κωρυκέος legendum est. Aeque vitiosa est vox Διόξιππος, in Δέξιππος mutanda.

Col. 147. Λαβραγορεῖν, σφοδρῶς δημηγοροῦντα. Ex addita interpretatione apparet, scribendum esse Λαβραγόρην, ut *Suidas* habet. Vide *Schol. Homer. Iliad.* Ψ. v. 479.

Ibid. Λαγκρύζεσθαι, λοιδορεῖσθαι. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 407. n. 3. legitur Λαγαρύζεσθαι, λοιδορεῖσθαι. Sed hoc est Λακερύζεσθαι, quod apud *Hesychium*, *Photium* ac *Suidam* reperitur.

Col. 148. Λαιά, ἀριστερά, ἢ κολόβιον. *Suidas* habet ἢ κόλοβα, quod mihi rectius videtur, quanquam *Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 473. cum *Photio* convenit.

Ibid. Λαιλαι, κατὰ ἀποκοπήν, ἐπὶ τῆς αἰσχρολογίας. Num legendum est αἰσχρουργίας, quod habet *Hesychius* s. v. λαί?

Ibid. Λαῖμα, ἀπὸ τοῦ λαιμᾶν, εἴρηται τὸ βρένθυμα. Suspectum mihi est τὸ βρένθυμα. Num legendum est τὸ ὅρμημα, aut τὸ ἱερὸν θῦμα. Utraque emendatio *Suidae* auctoritate confirmatur. Confer etiam *Phavorinum* s. h. v.

Ibid. Λακκατάρατοι, οἱ ἄγαν κατάρατοι. καὶ λάκκατα πυγῶν, ἄγαν καταπυγῶν. Scribendum Λακατάρατοι, ut legitur in apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 404. n. 1. Secundum *Hesychium* enim λᾶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου καὶ τοῦ λίαν ἐτάσσετο. ὅθεν καὶ Λακάνη, ἡ μεγάλως κεχηνυῖα. Ad mentem huius Lexicographi etiam in sequentibus λακαταπυγῶν rescribendum erit. Eadem observatio valet quoque de vocibus Λακκοκατέρδαν et λακκοσχέας, quae infra reperiuntur.

Col. 149.

Col. 149. *Λάκκος*, *ὄρυγμά τι κατασκευαζόμενον ἐν οἰκίᾳ, ὄμβρους ὑποδέξασθαι κ. τ. λ.* Ante *ὄμβρους* omissum est *πρὸς* aut simile quid.

Ibid. *Λακκοσχέας*, *τοὺς καθήμενεν ἔχοντας τὸν ὄσχεον κ. τ. λ.* Loco *καθήμενον* scribendam est *καθειμένον*.

Ibid. *Λακπάπτειν*, *Φερεκράτης Πετάλῃ· παίειν με τύπτειν, λακπάπτειν, ὠθεῖν, δάκνειν.* In Apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 418. n. 26. legitur rectius *λακπατεῖν*. *Λακπατῆσαι* etiam *Hesychius* ac *Phavorinus* habent.

Col. 150. *Λαμία. ταύτην κ. τ. λ.* In *Fragmento Menandri*, quod in fine huius articuli adducitur, male legitur: *πλῆσας γὰρ ἔφερεν*, pro *πλήξας γὰρ ἔφθειρεν*, ut legit in Codice suo *Clericus* (conf. eius *index in Menandrum* s. h. v.) et in *Suida* reperitur.

Col. 151. *Λαμπὴ*, (in apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 422. n. 15. legitur *λαμπρός*. Sic quoque paulo post legitur in *Photio: λαμπρὸς, ὁ ἐπιπολάζων ἀφρὸς τῷ οἴνῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑγροῖς.*) *παχὺς ἀφρὸς, ἐπιπολῆς τοῦ οἴνου.* Hic in Cod. D. cum signo quodam in margine adscriptum est *ὁ ἐπιπολάζων τῷ οἴνῳ* ex coniectura, ut videtur *Hermanno.* Mihi autem non videtur ex coniectura hoc adscriptum esse, sed vel ex *Hesychio*, (qui habet: *λάμπη, τὸν παχὺν ἀφρὸν, τὸν ἐπιπολάζοντα τῷ οἴνῳ φασίν*) vel ex ipso *Photio* (loco supra laudato), sensu hanc emendationem necessario postulante.

Ibid. *Λαμπιστίνη*, *ἅμαξα βασιλικὴ, ἡρδιον περιφανὲς, ὅ ἐστιν ἅρμα σκεπαστόν.* Non dubito etiam hanc glossam esse corruptam. Certe *Suidas* habet: *Λαμπήνη, ἅμαξα βασιλικὴ, ἴρδιον περιφανὲς, ὅ ἐ. ἅ. σ.* ubi videndus *Küsterus*. Idem tradit *Zonaras Lex.* col. 1284. Confer etiam *Int.* ad *Hesychium* T. II. c. 422.

Ibid. *Λαμπροείμων*, *λαμπροφορῶν.* Idem tradit *Suidas* et *Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 473. At *Cyrill. Lex. MS. Brem.*, teste *Bielio: λαμπρίμων, λαμπρὰ ἱμάτια φορῶν*, et *Hesychius: λαμπρείμων, λαμπρὰ ἱμάτια ἔχων*, quod praefero ob locum *Hippocrat. Epist.* 138. (*γυναῖκα λαμπρείμονα*), quem *Alberti* ex *Stephani Thesauro* attulit. Habet etiam *λαμπρείμων* cum eadem interpretatione *Phavorinus* ac in *Photii* Cod. D. legitur, observante *Hermanno*, *λαμπροιμων*, supra scripto *ει*.

Ibid. *Λάμπων*, *κυβιστικὸς βῶλος. οὕτως Εὔβουλος.* Glossa haec, in qua pro *κυβιστικὸς* legendum est sine dubio *κυβευτικὸς*, conferenda esse videtur cum alia, quae c. 150. legitur: *Λάκωνες, κυβευτικοῦ βώλου ὄνομα.* Utriusque in reliquis Lexicographis graecis nullum vestigium apparet.

Ibid. *Λαμυρὸν*, *εὔλαλον κ. τ. λ.* Confer Interpretes ad *Hesychium* T. II. c. 424. n. 11. ad vocem *Λάμπυρον*.

Col. 152. *Λαοσσὸς*, *ἡ τοὺς λαοὺς σώζουσα.* Scribendum vel *Λαοσσόος*, ut habet *Zonaras Lex.* col. 1282. vel *Λαοσόος* cum *Suida*.

Ibid. *Λάπαθον*, — — *Ὅμηρος, νεῶν ἀλαπάξαι φάλαγγας.* Lege *ἀλάπαζε*. Locus *Homeri* est *Iliad.* λ'. v. 503.

Ibid. *Λαπάττων*, *παλάσσων καὶ λαρὸν ποιῶν.* Sic vitiose scriptum est pro *μαλάσσων* (seu *μαλάττων*) *καὶ λαγαρὸν ποιῶν.* Sic habet *Hesychius* et *Phavorinus*.

Ibid. *Λαπήττειν*, *τὸ ψεύδεσθαι καὶ ἀλαζονεύεσθαι. καὶ λαπήκτης, ὁ ψεύστης, διὰ τοῦ κ. ὡς σαλπίγκτης, συρίγκτης. οἱ δὲ Δωριεῖς διὰ τοῦ σ λαμπιστὴν καὶ λαμπιστεῖν· ζεῖν.* Correxit hunc *Photii* locum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 427. n. 7. hoc modo: *Λαπίττειν* (pro *λαπίζειν*), *τὸ ψεύδεσθαι καὶ ἀλαζονεύεσθαι* (ut *Etym. M.*), *καὶ Λαπικτὴς διὰ τοῦ κ. ὡς Σαλπιγκτὴς, Συρικτής. Οἱ δὲ Δωριεῖς διὰ τοῦ σ, Λαπιστὴν καὶ Λαπικτήν.* Confirmat hanc emendationem, quod statim sequitur apud *Photium: Λαπιστὴς, ψεύστης, προπετής.*

Ibid. *Λαρὸς ἐννεμέσει*, *παροιμία ἐπὶ τῶν ταχὺ ἐπιδιδόντων.* Loco *Λαρὸς ἐννεμέσει* scribendum est *Λαρὸς ἐν ἕλεσι*, ut non solum *Suidas* habet, sed etiam *Apostolius Proverb.* Cent. XI. 78.

Col. 153. *Λαρυγγίζειν*, — — *Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος.* Scribendum est

ὑπὲρ Κτησιφῶντος.' Ita non solum *Suidas*, sed etiam ipse *Photius* infra s. v. λεύκη. — Eodem mendo laborat quoque glossa Λόγου τυχεῖν.

Col. 153. Λάσανα, — — οὕτως Φερεκράτης, nempe ἐν Κραπατάλλοις, ut patet ex *Polluce* X. 45.

Ibid. Λαύρα, ῥύμη, δι' ἧς ὁ λαὸς ἐπανέρχεται. Mallem εἰσέρχεται, ut in *Hesychio* legitur.

Col. 154. Λαφύττειν, — — οὕτως Ἀριστοφάνης, scil. in *Nubib.* v. 52. ubi Schol. adi, qui ex *Eupolide* citat: Λαφύσσεται λαφυγμὸν ἀνδρεῖον πάνυ.

Ibid. Λαχεῖν δίκης. τὸ παλαιὸν κ. τ. λ. In Apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 435. n. 11. legitur λαχεῖν δίκας.

Ibid. Λάχνη, τρίχωσις. λέγεται δὲ καὶ ὁ τῆς κεφαλῆς ἀφρός. *Suidas*, *Hesychius* ac *Zonaras* (Lex. c. 1286.) loco τῆς κεφαλῆς habent θαλάσσης, quod praeferendum videtur.

Ibid. Λαων, ἀεδωκὼς (forte δεδορκὼς), διὸ καὶ κατὰ ἀπόφασιν ἄλλοι (lege ἀλαὸς) ὁ τυφλὸς κ. τ. λ. *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 437. n. 28.

Ibid. Λέαινα ἐπὶ τυροκνήστιδος, σχῆμα ἀκόλαστον. Ἀριστοφάνης. Haec glossa inepto loco posita. Plenius legitur apud *Hesychium* ac *Phavorinum* σχῆμα συνουσίας ἀκόλαστον. Conf. *Intt.* et *Schol.* ad *Aristoph. Lysistr.* v. 231.

Col. 155. Λείρια ἄνθη, ἢ κρίνα. Scribe divisim: Λείρια, ἄνθη ἢ κρίνα. *Zonaras Lex.* col. 1298. Λείρια, τὰ ἄνθη. *Suidas*: Λείρια, τὰ ἄνθη, ἢ κρίνα. Ipse *Photius* in sequentibus s. v. λειριόεντα habet λείριον γὰρ τὸ ἄνθος.

Ibid. Λειτὸν, τὸν πένητα, ὡς ἡμεῖς κ. τ. λ. Legendum Λιτὸν.

Col. 156. Λελιουργημένα, κεκαλλωπισμένα. Scribe Λελειουργημένα, *laevigata*, *expolita*, h. e. *exornata*. Ita *Suidas*.

Col. 157. Λέπτει, κατεσθίει, οὕτως Εὔπολις. An legendum Λάπτει idque pro Δάπτει? Cf. *Hesychium* s. v. λάπτει.

Ibid. Λεπτόγεια, κακὸς ἀγρός. Legendum sine dubio Λεπτόγεως, quae vox reperitur apud *Galenum in admonit. ad literas addiscendas* cap. VII. *Hesychius* habet Λεπτόγεων.

Ibid. Λεπτὴ γῆ, [λιπαρὰ] λυπρά. Si lectio λιπαρὰ in Codice B. punctis notata, quae etiam in *Suida* reperitur, sana est, addenda erat particula negativa μή.

Ibid. Λέρνη θεατῶν, ἀντίκακον θέατρον. κρατεῖ. Recte quidem in nota subiecta monuit *Hermannus*, pro κρατεῖ *Suidam* habere Κρατῖνος, sed addere quoque debuisset, apud eundem ac *Phavorinum* rectius legi, ἀντὶ τοῦ, κακῶν θέατρον.

Col. 158. Λέσβιον ὁδὸν, τὸν Φρύνιχον, οἱ δὲ Εὐαίνετον. Corrupta priora verba esse, quilibet videt. Scribendum Λέσβιον ᾠδὸν, ut diserte reperitur in apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 453. n. 5. Confer etiam praeter *Hesych.* s. v. Λέσβιος ᾠδὸς, ubi videndi Intt., *Eustathium* ad *Homer.* Il. ί. p. 741. 15.

Ibid. Λεσβίσαι, — — Λέσβιοι γὰρ διέβαλλον. Cauda sua truncata est haec glossa e *Suida* ita supplenda: Λέσβιοι γὰρ διεβάλλοντο ἐπὶ αἰσχρότητι, sc. ταύτῃ.

Ibid. Λέσχη πολλὴ, ὁμιλία, φλυαρία. Corrige; Λέσχη, πολλὴ ὁμιλία, φλυαρία. Ita *Suidas*. In *Hesychio* illud πολλὴ ante ὁμιλία male omittitur.

Ibid. Λευγαλέα, διάβροχος, οὕτως Σοφοκλῆς. Scilicet μύρῳ λευγαλέῳ, teste auctore *Etymol. M.*

Col. 159. Λευκόπυγος, δειλὸς, ὡς πελαμπύγους τοὺς ἀνδρείους. Nulla vox est πελαμπύγους. Scribendum est μελαμπύγους, partim ob oppositum λευκόπυγος, partim ob *Suidae* ac *Hesychii* auctoritatem. *Zonaras Lex.* col. 1339. Μελαμπύγου, μελανοκώλου. Caeterum pertinet ad hanc glossam id, quod in *Suida* in fine articuli Μελαμπύγου τύχοις legitur, — Ὅτι τοὺς λευκοπύγους ὡς γυναικώδεις ἐκωμῴδουν, estque e *Schol. Aristoph.* in *Lysistr.* v. 803. desumtum. Confer et *Schol. Lycophr. Alex.* v. 91. — Ex his

autem omnibus luculenter apparet, etiam sequentem glossam Λευκοφόντους, (quam vocem Graecia ignorat) δειλοὺς, vitiosam, ac itidem λευκοπύγους scribendum esse.

Col. 159. Λεύκωμα, τοῖχός ἐστι γύψῳ ἀληλιμμένος, πρὸς γραφὴν τινῶν πολιτικῶν ἐπιτήδειος. Scribe Λεύκωμα, τοῖχός ἐστι γύψῳ ἀληλιμμένος, κ. τ. λ. Pro τινῶν πολιτικῶν Suidas πολιτικῶν πραγμάτων habet.

Ibid. Λεωκόριον, ἱερὸν Ἀθήνῃσι κ. τ. λ. Loco Φρασιθέα in apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 460. n. 15. Φασιθέα legitur.

Col. 160. Ληΐδίῳ δὲ, τριβωνώδης ἡ χλαμύς. In *apographo Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 462. n. 24. legitur: Ληϊδιώδης, τριβωνώδης, pro quo *Alberti* τριβωνιώδης legendum censet.

Ibid. Λήκασθαι, περαίνεσθαι. Scribendum Ληκᾶσθαι.

Ibid. Ληκούμεσθ᾽ ὅλην τὴν νύκτα, τουτέστιν διαπαιζόμεθα, οὕτως Φερεκράτης. Quod hic *Pherecrati* tribuitur, ad *Aristophanem* refert *Suidas*, apud quem in *Thesmoph.* v. 499. legitur: ὅταν μάλισθ᾽ ὑπό του ληκώμεθα τὴν νύχθ᾽, pro quo *Invernizius* e libro suo edi iussit κινώμεθα, quod ipsum verbum *Suidas* voci Ληκώμεθα interpretationis causa adiecit. Frequenter autem vox ληκᾶσθαι apud *Aristophanem* occurrit, v. c. *Thesmoph.* 51. et *Equit.* 167. ut adeo eo minus dubitari possit, male haec verba *Pherecrati* tribui a *Photio*.

Col. 161. Λικυθιστὴς, ὁ μικρόφωνος. οὕτως Σοφοκλῆς. Pro μικρόφωνος coniicere aliquis posset μακρόφωνος.

Ibid. Ληλάντους, πεδίον τῆς Εὐβοίας ἀπὸ Ληλάντου βασιλέως. Loco Ληλάντους reponendum est vel Ληλάντειον ex *Hesychio*, vel Ληλάντιον (*Callim. H. in Del.* v. 289.), vel Λήλαντος. *Homer. H. in Apoll.* v. 220. ἐπὶ Ληλάντῳ πεδίῳ.

Ibid. Λήμνιον πῦρ, κ. τ. λ. In Apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 465. n. 9. Λήμνῳ pro Λήμνου, et Αἰτναῖον loco Ἐνναῖον, omissa voce σημειῶσαι, rectius legitur.

Col. 162. Λῆροι, κόσμος γυναικεῖος χρυσοῦς. Scribendum Ληροί. Confer *Inst.* ad *Hesychium* T. II. c. 467. n. 6.

Col. 163. Λίγδην, οὐ κατὰ βάθος, ἀλλ᾽ ἐκ τῆς ἐπιφανείας. Ita etiam *Suidas.* Sed *Apollon. Lex. Hom.* habet: ὅσον ἐπιψαῦσαι ἐκ τῆς ἐπιφανείας, καὶ οὐ κατὰ βάθους.

Ibid. Λιθόλευστος, λιθοβόλητος. *Phavorinus* ac *Suidas* rectius λιθόβλητος habent. *Hesychius:* Λιθολεύστης, λιθοβολίτης. Confer etiam *Schol. Sophocl.* ad *Aiac.* v. 254. et *Zonarae Lex.* col. 1308.

Col. 164. Λίθον ἕψεις, παροιμία, ἀδυνάτων ἐπιχειρεῖς. Confer *Schol. Aristophanis* ad *Vespas* v. 280. p. 320. ed. *Basil.*

Ibid. Λιμοδωρεῖς, Πελοποννησίων κ. τ. λ. Legendum Λοιμοδωριεῖς. Conf. *Inst.* ad *Hesych.* T. II. col. 481. n. 4.

Ibid. Λικνίτης, ἐπὶ τοῦ Διονύσου, ἀπὸ τῶν λήκνων, ἐν ᾗ τὰ παιδία κοιμᾶται. Scribendum ἀπὸ τῶν λίκνων, ἐν οἷς τὰ παιδία κοιμῶνται. Sic *Hesychius* ac *Phavorinus*, etiam apographum *Alberti.* Conf. *Inst.* ad *Hesych.* T. II. c. 479. n. 3.

Ibid. Λίμνην, τὴν θάλασσαν κ—. Vox per hoc compendium significata κυρίως esse videtur *Hermanno*, mihi vero potius καὶ ὠκεανόν. Confer *Hesychium* s. v. λίμνη.

Col. 165. Λινοῖπαι, οἱ ἀποσκοπούμενοι κ. τ. λ. Ex addita interpretatione apparet legendum esse Λινόπται, ut etiam scriptum reperitur in apographo *Alberti* (ad *Hesych.* T. II. c. 483. n. 7.).

Ibid. Λινόπληγος, φρενόπληγος. Mutato accentu scribe Λινοπλῆγος, φρενοπλῆγος, ut habet *Hesychius*, *Cyrilli Lex. MS.* ac *Phavorinus.*

Ibid. Λίξαι, ἐκτεταμένως. Ἀριστοφάνης Ἱππεῦσιν. Corrupta haec verba esse iam indicavit *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 483. n. 11. non tamen ea sanavit. Suspicor scribendum esse Λὶξ vel Λίγξ. Utrumque vide apud *Hesychium.*

Col. 165. Λιπεργνοῦντας, περιχρέους. Aperte vitiosa est vox περιχρόους, ab hac glossa prorsus aliena et quam Graecia ignorat. Tu meo periculo scribe πενιχροὺς, quod habet *Phavorinus*. *Hesych.* λιπερνὴς, ὁ ἐκ πλουσίου πένης. Ipse *Photius* paulo post: Λιπέρνητες, ἤτοι λιποπολεῖς, ἢ πένητες. *Zonaras Lex.* col. 1309. Λιπερνίτης, ἐνδεὴς, πτωχός.

Col. 166. Λίστριον, στρογγύλον, πρυκτύον, ὃ ἡμεῖς τηγανόστροφον. In apographo *Alberti* (ad *Hesych.* T. II. c. 487. n. 8.) legitur στρογγύλον πτύον. E loco *Hesychii* a me laudato apparet quoque loco Λίστριον scribendum esse Λίστρον, quam lectionem tuetur quoque auctoritas *Zonarae Lex.* col. 1312. et *Phavorini* s. v. λίστρα et λίστρον.

Ibid. Λίσχρος, φειδωλός. Pro Γλίσχρος vel Γλισχρός.

Ibid. Λιτανεύει, εὔχεαι. Scribendum εὔχεται. Confer *Suidam* s. h. v.

Ibid. Λιτάρπομεν, ὀξυνοῦμεν. Legendum Λιταργοῦμεν seu Λιταργιοῦμεν. In antecedentibus legitur Λιταργίζειν, τρέχειν.

Ibid. Λίτρα, ἣν μὲν καὶ νομίσματα κ. τ. λ. Apographum *Brunckii* (in *Lex. Sophocleo* s. h. v.) rectius habet νόμισμά τι, pro quo in Cod. B. corrupte νομίσματι legitur.

Col. 167. Λίτρα, τὴν νομιμοδόκην καλοῦσιν. Num legendum est νομισμαδόκην? *Hesychius*: λίτρα, νόμισμα παρὰ Σικελοῖς.

Ibid. Λιτυέρσης, εἶδος ᾠδῆς — — Μήδου δὲ ἦν ὁ Λιτυέρσης νόθου υἱός. Pro νόθου scribendum νόθος.

Ibid. Λίχνος, προςαπτόμενος τῶν ὄψων, κατεπιθυμῶν. *Suidas*, *Hesychius* ac *Phavorinus* cum Cod. D. rectius προαπτόμενος habent.

Ibid. Λογγάσα, στραγεύσομαι κ. τ. λ. Necessario scribendum Λογγάσω, στραγγεύσομαι, ut iam monuit *Toupius* in *Emendatt.* in *Suidam* P. II. p. 200. ed. *Londin.* Prius habet etiam apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 492. n. 17.

Ibid. Λογγάσαι — — Αἰσχύλος δὲ ἐξ ὧν τὰ ἀπόγεια δοῦσιν λογγάσια. *Hesychius* et apographum *Küsteri* (ad *Suidam* s. v. Λογχῶνος) loco δοῦσιν habent δέουσιν.

Ibid. Λογάδην, ἐπίλεκτος. Scribe ἐπιλέκτως. Sic *Suidas*, *Phavorinus* et *Hesychius*.

Col. 168. Λογισμόν. ἡ λογιστικὴ τέχνη. Scribe Λογισμός.

Ibid. Λολλοῦν τὰ παιδία τὸν θεόν. οὕτως Ἕρμιππος. Ex *Hesychio* lege: Λόγχια τὰ παιδία τῶν θεῶν. Vide ibi Intt.

Col. 160. Λούτριον, ἀπόλουμμα, καὶ ἀπόνιμμα. Apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 498. n. 17. Λούτριον, ἀπόλουμα καὶ ἀπόνιμα.

Col. 170. Λυγαρῶς, σκοτεινῶς. Legendum existimo λυγαίως. Λύγη enim est σκοτία, interprete *Suida*. Vide *Schol. Apollon. Rhod.* lib. II. v. 1123. *Zonaras Lex.* col. 1320. Λυγαῖος, σκοτεινός. Confer etiam *Phavorinum*.

Ibid. Λυγιζόμενος, κ. τ. λ. Verba Λύγος δὲ φυτὸν ἱμαντῶδες αἰδημόσχοισι λυγήεσι Γοργίᾳ sunt foedissime corrupta, sed facillimo negotio e *Suida* sic restituenda: Λύγος δὲ ἔστι φυτὸν ἱμαντῶδες. Δίδη μόσχοισι λύγοισιν. Ὅμηρος (scil. Il. λ. v. 105.). καὶ Πλάτων ἐν Γοργίᾳ. Πάσας κ. τ. λ.

Col. 171. Λυδιάζων. Λύδοι Μαγνῆτος κ. τ. λ. Lege, ut apud *Hesychium*, Λυδίζων, ac confer *Bentleii Epistolam ad Millium* p. 479.

Ibid. Λυδὸς ἐν μεσημβρίᾳ παίζει, — — ὡς ταύταις ταῖς ὥραις ἀκολασταινόντων. Ante ἀκολασταινόντων supplendum e *Suida* τῶν Λυδῶν, quod etiam series orationis postulat.

Col. 173. Λύκου δεκάς. ἥρως — — συνεστρέφοντο. *Suidas* ἀνεστρέφοντο. Conf. *Intt.* ad *Hesych.* T. I. c. 20. n. 16.

Ibid. Λύλα, ἄρωμά τι παιδίων κ. τ. λ. Nullus dubito, scribendum esse Λολῶ, de qua voce vide *Intt.* ad *Hesych.* T. II. col. 515. n. 8.

Ibid. Λυπηρότεροι σταλαγμοῦ, διὰ τὴν ἐν τῷ συνεχῶς καταδικάζεσθαι δυσχέρειαν λέγεται. Aliena est ab hoc loco vox καταδικάζεσθαι *Suidae* ac *Phavorini* auctoritate in καταστά-

ζεσθαι mutanda, hoc sensu: *quod, cum continue defluat stilla, molestiam creare dicatur.* Cf. etiam *Apostolii Proverb. Cent.* XII. 27. ubi idem legitur.

Col. 175. Λυχνὲς, σκληρὸς καὶ διαυγής. Πάριος λίθος. Legendum Λυχνὶς vel Λυχνεύς. Caeterum data hac occasione commemoro glossam *Photii* in editione *Hermanniana* omissam, quam ex apographo suo ad *Hesych.* T. II. c. 514. n. 22. protulit *Albertii*, nempe hanc: Λύχνος, τῶν ἅπαξ εἰρημένων. Χρύσεον λύχνον ἔχουσα. Sunt verba *Homeri* Odyss. T. 34. ubi vid. Schol.

Ibid. Λυχνον ἐν μεσημβρίᾳ ἅπτεις, ἐπὶ τῶν ἐν καιρῷ ἀνεπιτήδειόν τι ποιούντων. Scribendum ἀνεπιτηδείῳ. Ita *Suidas*.

Col. 176. Λώλω, vel potius Λωλῶ, σῦκον — — ἐμφερὲς παλλασίοις. Restituendum *Photio* ex apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 515. n. 8. παλάσίοις. *Zonaras Lex.* col. 1326. habet Λωλᾶ.

Ibid. Λωφᾶν, — — οὗ τὸ πεπαῦσθαι καὶ παντελῶς. In Apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 517. n. 8. legitur οὐ τὸ πεπαῦσθαι δὲ παντελῶς.

Col. 177. Μαδαγένειον, τὸν μαδαρὰ ἔχοντα γένεια. Corrigo Μαδαρογένειον, pro quo *Pollux* I. 89. μαδηγένειος. Caeterum in apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 522. n. 20. reperitur τὸν μάδαρον ἔχοντα γένειον.

Col. 178. Μακαρίτας, τοὺς τεθνηκότας, οὕτως Μένανδρος. Mallem legere Μακαρίους, ut *Clericus* in indice *Menandri* ex suo *Photii* Codice protulit, quanquam et recepta lectio defendi potest.

Ibid. Μακρὰν ὀνείαν λέγουσι τὴν πολλὴν οἱ Ἀττικοί. *Suidas* ac *Phavorinus* habent Μακρὰν οὐσίαν κ. τ. λ. quod mihi praeferendum videtur.

Col. 179. Μαλακὸν, ἁπαλὸν, ἢ καὶ ὁ ἀσελγής. Lege: ἢ καὶ τὸ ἀσελγές.

Col. 180. Μαλερὸν, λαμπρὸν, σπουδαῖον κ. τ. λ. Pro σπουδαῖον apud *Suidam* σποδεὸν legitur.

Ibid. Μαλθακὸν, εὔλυτον, μαλθακόν. Ultima syllaba vocis μαλθακὸν punctis notata est, teste *Hermanno.* Posset quis suspicari, hanc vocem e proxime sequente glossa huc translatam esse, nisi paulo ante legeretur Μαλακὸς καὶ Μαλθακὸς ἑκατέρως, e quo apparet, loco μαλθακὸν scribendum esse μαλακὸν, quam coniecturam etiam *Suidae* auctoritas confirmat.

Ibid. Μάλθη, ὁ μεμαγμένος κηρός. *Hesychius, Suidas* ac *Phavorinus* habent ὁ μεμαλαγμένος κηρὸς, quod *Photio* reddendum est.

Ibid. Μαλκίην, ὑπὸ κρύους κατεσκληκέναι, καὶ δυςκίνητος εἶναι. Scribendum Μαλκιῆν, ut habet apographum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 533. n. 8. ad quam lectores remittendi sunt. Eadem medela afferenda quoque est sequenti glossae:

Μάλκιον, τὸ νεναρκηκέναι τὰς χεῖρας ὑπὸ κρύους, ubi idem apographum Μαλκιῖν exhibet.

Ibid. Μᾶλλον μᾶλλον, ἀντὶ τοῦ δεῖ καὶ μᾶλλον. Scribe: ἀντὶ τοῦ ἀεὶ καὶ μᾶλλον, ut *Suidas* ac *Phavorinus* habent.

Ibid. Μᾶλλον Φρύξ, — — τίς τῶν σοφῶν εὐδαιμονέστατος. Si hoc quaesivisset *Croesus*, quomodo septem sapientes respondere potuerint, τὰ ἄγρια ζῶα, equidem non video. Utique e *Suida* reponendum est: τίς τῶν ὄντων εὐδαιμονέστατος. — Ex eodem in sequentibus pro οἱ δὲ πελαργοὶ δίχα νόμου scribendum est: οἱ δὲ, πελαργούς· δίχα γὰρ νόμου κ. τ. λ.

Ibid. Μαμμάκυθος, μωρὸς καὶ τηθαλλάδουν. Scribendum τηθαλλαδοῦς, ut habet apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 535. n. 5. aut τηθαλλαδοῦς. Confer *Hesychium* s. v. τηθαλλαδοῦς. Caeterum notandum adhuc est, apud *Phavorinum* Μαμμάκουθος scribi. Fuit autem, ut vel ex vulgaribus Lexicis notum est, *Mammacuthus* nomen hominis notae stultitiae, unde quivis stolidus et ignavus sic appellabatur. Confer *Schol. Aristoph.* ad *Ran.* v. 1021.

Col. 181. Μανδύη, τήβεννα. Pro τήβεννα apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 537. n. 1. habet τήβεννα. *Zonaras Lex.* col. 1727. et *Cyrillus Lex. MS.* Τήβεννα, μανδύας. Vide etiam *Hesych. Suid.* et *H. Steph. Ind.* s. v. τήβεννα.

Ibid. Μανὸν, ἀραιὸν — — καὶ ὁ μαινόμενος. Scribe: καὶ μανὸς, ὁ μαινόμενος. Confer supra s. v Μανά.

Col. 182. Μαριανδυνον, θρηνητὴν, οὕτως Αἰσχύλος. Nempe *Pers.* v. 932. e quo loco coniicio loco θρηνητὴν esse θρηνητῆρα legendum.

Ibid. Μάσθλης, δέρμα καὶ ὑπόδημα τὶ Ἰακώτερον. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 543. n. 16. non solum distinctio post τὶ ponitur, sed etiam scribitur Ἰακώτερον. Ingenue autem fateor, mihi illud ipsum Ἰακώτερον h. l. admodum suspectum esse. Num μαλθακώτερον legendum est? Certe *Zonaras Lex.* col. 1332. habet Μάσθλη, (utrumque enim scribitur, teste *Hesychio*) ὁ μεμαλαγμένος λῶρος, παρὰ τὸ μάσσω, τὸ μαλάσσω. *Hesychius* habet Μάσθλη καὶ Μάσθλης, δέρμα καὶ ὑπόδημα Φοινικοῦν.

Ibid. Μάρτυς, οὐ μάρτυρ, κ. τ. λ. Edendum fuisse Μάρτυς, ὁ μάρτυρ, ut *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 543. n. 10. et *Clericus* in indice *Menandri* ex codicibus suis protulerunt, docent sequentia: καὶ τὸν μάρτυν, καὶ τὸν μάρτυρα Μένανδρος. *Hesychius* quoque Μάρτυρ, μάρτυς habet.

Col. 183. Μασταβύζει, τρέμει, ἀγωνιᾷ. Legendum Μασταρύζει. *Hesychius*: Μασταρίζειν (leg. Μασταρύζειν) — — τρέμειν. Confer etiam ipsum *Photium* s. v. Μαστηρύζειν.

Ibid. Μαστροπὸς, μαβλιστὴς, πορνοβοσκός. Scribendum μαυλιστὴς, quod *lenonem* notat. Ita praeter apographum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 546. n. 25. *Suidas* ac *Zonaras Lex.* col. 1329. habent. *Hesychius*: Μαστροπὸς — — ὁ τὰς γυναῖκας ἢ ἄνδρας προσκαλῶν καὶ μαυλίζων. Confer etiam *Phavorinum* s. v. Ματρύλλιον.

Ibid. Μάστηρας, ὡς ἡ Φιλιππικῶν Δημοσθένης. Reponendum esse Μάστειρα, non solum e *Suida* et *Harpocratione*, sed etiam e sequentibus luculenter apparet.

Ibid. Ματτύης, σκευασία τις περὶ Φορημάτων, χρήσιμος εἰς πότον (apographum *Alberti* τόπον perperam habet). καὶ κῶμον πλεῖω Φιλήμων (Cod. D. Φιλήμως). Scribendum: χρήσιμος εἰς πότον καὶ κῶμον πλείω· Φιλήμων. Etiam pro Ματτύης malim Ματτύη, ut ultima litera σ ex sequente voce σκευασία adhaeserit. Confer *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v.

Col. 184. Μασχάλην αἴρεις, ἀντικαθωμισθήσῃ κ. τ. λ. *Suidas* rectius habet: ἀντὶ τοῦ, κωθωνισθήσῃ, i. e. *inebriaberis*; sequitur enim: οἱ γὰρ μεθύοντες ἦρον τὰς μασχάλας. Sic autem quoque legisse *Alberti* in apographo suo, ex observatione ejus ad *Hesych.* T. II. c. 547. n. 1. luculenter apparet.

Ibid. Ματαΐσαι, μαται. In Cod. B. annotatum est: *Videtur nonnihil deesse.* Sed nihil deest. Scribendum est: Ματαΐσαι, ματᾷν, ut placuit *Alberti* ad *Hesychium*, qui habet Ματᾷν, ματαΐζειν.

Col. 185. Μὰψ, μάταιος. Scribendum ματαίως. Ita *Suidas* ac *Phavorinus*. *Hesych.* Μὰψ, μάτην, ματαίως.

Ibid. Μεγαλοῖον μύρον κ. τ. λ. Scribendum Μεγαλλίον, vel Μεγαλεῖον, ut docuerunt *Intt.* ad *Hesych.* T. II. c. 553. n. 10. In Apographo *Alberti* quoque in fine rectius legitur: λέγει δὲ καὶ Θεόφραστος εἰς τὸ περὶ Ὀσμῶν τὴν κατασκευὴν τοῦ μεγαλείου.

Ibid. Μεγαλένοια, ἡ περιΦάνεια, μεγαλοΦασία. Legendum ex *Hesychio* ac *Phavorino* ὑπερηΦανία loco περιΦάνεια.

Ibid. Μεγαρίζοντες, λιμώσσοντες, ἢ μεγάλα λέγοντες. Idem tradit quoque *Hesychius*. Sed Megarenses ampullato dicendi genere usos fuisse, nemo alius tradidit, et si hunc locum *Photii* et *Hesychii* cum *Suida* (s. v. μεγαρίσαι) et *Scholiaste Aristophanis* ad *Acharn.* v. 822. (quem uterque respexisse videtur) conferas, verisimile videbitur, pro

μεγάλα apud utrumque scribendum esse *Μεγαρικὰ* vel *Μεγαρικῶς*, vel aliquid simile. Sic enim hic: Κλάων *μεγαρικῶς*] Ἐπειδὴ τῇ Μεγαρέων ἐχρῆτο φωνῇ. ἀντὶ τοῦ λιμώξεις. ἢ εἰς Μέγαρα ἀπελεύσῃ. ἢ τὰ Μεγαρέων φρονήσεις. ἢ τῇ Μεγαρέων διαλέκτῳ χρήσῃ.

Col. 185. Μεγαρικαὶ σφίγγες, κ. τ. λ. In apographo *Alberti* (conf. Ej. *Gloss. Graec.* N. T. p. 23.) perperam φίγγες legebatur.

Ibid. Μέδεσθαι, φροντίζειν. Ex *Hom. Il.* Σ. 245.

Col. 186. Μεθαρμοζόμενος, μετερχόμενος. Scribendum Μεθορμιζόμενος. Conf. infra s. v. *μεθορμιζόμενος* ac *Suidam* s. eadem voce. Eodem vitio laborat quoque *Hesychius* ac *Phavorinus*.

Ibid. Μειλίγμασιν, ἀπαιτήμασιν. Lege: *ἀπαιτήμασιν*. Confer *Suidam* s. h. v.

Col. 187. Μειαγωγὸς, ὁ εἰσάγων κ. τ. λ. Verba *Apollodori*: *οἱ Φράτορες, ἵνα μείζονος μερίδος ἐπεφώνουν ἑστῶτες κτανεῖν δεῖος μεῖον γάρ ἐστιν*, ut hic leguntur, nullum sensum habent. Rectius in *Suida* legitur: Οἱ Φράτορες, ἵνα μείζους νέμωνται μερίδας, ἐπεφώνουν ἑστῶτας, ἱστάνειν δεῖ, μεῖον γάρ ἐστι. h. e. *Phratores, ut maiores partes acciperent, adstantes acclamabant: appendere oportet; est enim iusto pondere minus.*

Ibid. Μελάνυδρος, βαθεῖα. κυρίως δὲ καθαρὰ ὕδατος. Repone e *Suida* καθαροῦ ὕδατος.

Col. 188. Μηλιτέας κάπρον κ. τ. λ. In *Apographo Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 367. n. 2. reperitur Μελιτεὺς κάπρος, quam lectionem quoque *Hesychius* ac *Phavorinus* tuentur. — Idem apographum pro Ἀριστοφάνης ἐν Γήρᾳ habet Ἀριστοφάνης ἐν Γηρυτάδῃ. Confer *Ind. Photii.* — Hoc autem certissimum est, pro ἄριστον in sequentibus esse ex *Hesychio* et *Phavorino* ἄρκτον rescribendum: ita enim appellarunt eum διὰ τὴν δασύτητα.

Col. 189. Μελιτοποιχεῖν, τὸ κρούοντας ψόφον ποιεῖν κ. τ. λ. In apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 567. n. 11. legitur Μελιτοπτηχεῖν.

Col. 191. Μέσσαβον, τὸ μέσον. Mutilam esse hanc glossam, vel e *Suida* apparet, ubi legitur: Μέσαβον, τὸ μέσον τῶν βοῶν ξύλον. *Zonaras Lex.* col. 1340. Μέσαβος, ὁ μέσον δύο βοῶν, ubi vid. *Tittmannus*. Conf. etiam *Phavorinum*.

Ibid. Μεσεύειν, μέσην. Omissum est εἶναι.

Ibid. Μεσόκοποι, αὐλοὶ ὑποδεέστεροι τῶν τελείων καὶ ὄντες μέσοι. Distingue ita: Μεσόκοποι αὐλοὶ, ὑποδεέστεροι τῶν τελείων, καὶ ὄντες μέσοι. Sic legitur in apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 577. n. 9. Confer etiam *Hesychium* s. h. v. ac *Phavorinum*.

Ibid. Μετὰ, ὁ τοῦ Ἀρχιβίου πέντε δήλουν. ἔνθα δὲ καὶ μετὰ πᾶσιν ἐπὶ ἔσται μέθην — — βασιλέα. Glossa haec miserrime foedata e *Suida* optime ita constitui poterit: Μετὰ, ὁ τοῦ Ἀρχιβίου Ἀπολλώνιος πέντε δηλοῦν φησίν. Ἔνθάδε καὶ μετὰ πᾶσιν. Ἐπί. Ἐς Τεμέσην μετὰ χαλκόν (*Homer. Odyss.* A. v. 184.). μετόπισθε νεὼς κυανοπρῴροιο. (Conf. *Iliad.* O. 693. Ψ. 852.) Ὑπό. Χαῖται δ' ἐρρώσαντο μετὰ πνοιῇς ἀνέμοιο. (*Homer. Iliad.* Ψ. 367). Εἰς. Μετὰ ἔθνος ἑταίρων. Σύν. Σὺν δ' αὖ ἐγὼ μετὰ τοῖσι. Πρός. Σφαῖράν τ' ἔπειτ' ἔρριψε μετ' ἀμύμονα βασιλέα.

Col. 192. Μεταβαλὼν, στραφείς. Glossa haec videtur desumta esse ex *Aeschinis Socr. Dial.* III. §. 3. ubi videndus *Fischerus* p. 120.

Ibid. Μεταλέσβιον ᾠδόν. Scribe: Μετὰ Λέσβιον ᾠδόν. Ita *Suidas* ac *Hesychius*. *Apostolius Proverb. Cent.* XII. 70. μετὰ Λέσβιον ἀοιδὸν habet. Ex *Suida* et *Apostolio* quoque in sequentibus pro τῶν Λεσβίων ᾠδῶν μεταπέμπεσθαι legendum est: τὸν Λέσβιον ᾠδὸν μεταπεμψάμενοι.

Ibid. Μεταλεύει, μεταφέρει. Dubio caret, scribendum esse Μεταλλεύει, ut *Suidas* quoque habet.

Col. 193. Μεταποιεῖσθαι, ἀντιποιεῖσθαι — — Θουκυδίδης ἐν τῇ λοιμικῇ καταστάσει· καὶ μάλιστα κ. τ. λ. Ponendum est distinctionis signum post Θουκυδίδης, et verba ἐν τῇ

λοιμικῇ omissa distinctione post καταστάσει cum sequentibus iungenda sunt.

Col. 193. Μεταπύργιον. ἐν μέσῳ οἰκοδόμημα τῶν ἐπὶ τοῦ τείχους πύργων μεταπύργιον ἐλέγετο. *Phavorinus* habet: τὸ ἐν μέσῳ οἰκοδομημάτων ἐπὶ τοῦ τείχους πύργων μεταπύργιον ἐλέγετο. quod praefero.

Ibid. Μετὰ φρένων, μεταξὺ τῶν δύο ὤμων. Legendum Μετάφρενον, aut Μετάφρενα, ut *Suidas* habet. Confer etiam *Phavorinum* sub utraque voce et *Zonarae Lex.* col. 1349.

Ibid. Μετελθὼν, ἐπελθών. Mallem ἀπελθών. Cf. *Hesych.* ac *Phavorinum* s. Μέτελθε. Ad hanc coniecturam ducit quoque lectio Cod. D. ὑπελθών.

Ibid. Μετοίκιον — — ἀπήγοντο πρὸς τοὺς πολίτας. Lege πωλητὰς, ut recte in *Harpocratione* p. 243. *Blancardus* edidit. Erat Athenis Πωληταὶ certus magistratus, quorum munus ipsum nomen loquitur. Vide *Pollucem* l. VIII, 9. *Hesychium*, *Suidam*, *Etymol. M.* et *Harpocrationem* s. v. Πωληταί.

Col. 196. Μηλῶσαι, τὸ καθεῖναί τι — τὸ διαχρῆσαι τῷ δακτύλῳ κ. τ. λ. Loco διαχρῆσαι necessario legendum διαχρίσαι, ut habet quoque *Suidas* et apographum *Küsteri*.

Ibid. Μὴν, τὸν μηνίσκον. Fortasse legendum est Μήνην.

Ibid. Μηνὶς, ὑμένας, πέταλα κ. τ. λ. Lege Μηνίσκους. Conf. *Suidam* s. h. v. et *Zonarae Lex.* col. 1356. s. v. Μηνίσκος.

Col. 197. Μήρυνθος, σπάρτος κ. τ. λ. *Suidas*, *Hesychius*, *Phavorinus* Μήρινθος habent, de qua varietate lectionis prorsus silet *Alberti* ad *Hesychium*.

Ibid. Μήτι, μηδαμῶς. Scribendum Μήτοι. Sic *Suidas*.

Ibid. Μητίοχος, ἀρχιτέκτων, ἢ ῥήτωρ κ. τ. λ. *Alberti* ad *Hesych.* I. II. c. 598. n. 22. corrigit Μήτιχος, et sic etiam in antecedente articulo pro Μητιοχεῖον legendum erit Μητιχεῖον. Confer *Bastii Epistolam Criticam* ad *Boissonade* p. 158.

Ibid. Μὴ φέρειν ἀντὶ τοῦ μὴ λαμβάνειν, καὶ μισθοφοροῦν οἱ λαμβάνοντες. Lege μισθοφόροι.

Col. 198. Μία χελιδὼν, — — βούλεται δ' ἔτι εἰπεῖν, μία ἡμέρα, καὶ εἰ τὸν σοφὸν εἰς τελείωσιν ἐμβάλλειν. Loco δ' ἔτι scribendum sine dubio est δὲ, ut habet *Apostolius Proverb. Cent.* XIII. 14. *Suidas*, omisso δὲ, simpliciter ἔτι posuit. Aeque vitiosum est illud καὶ εἰ, pro quo in *Suida* et *Zenobio* rectius οὐ ποιεῖ reperitur. In utroque etiam pro ἐμβάλλειν exstat ἐμβαλεῖν, — Locus *Aristotelis* in fine laudatus reperitur lib. I. c. 7.

Ibid. Μιαρὰ ἡμέρα, — — ἐν ᾧ δοκοῦσιν αἱ ψυχαὶ κ. τ. λ. *Hesychius* habet Μιαραὶ ἡμέραι — — ἐν αἷς, quod praeferre videtur Photii lectioni *Alberti* l. l.

Col. 199. Μίνθα, τὸ παρ' ἐνίοις ἡδύοσμον, εἰς ὃ μεταβάλλειν φησὶν κ. τ. λ. Lege μεταβαλεῖν.

Ibid. Μισγαγκείαν, τόπος ποικίλος κ. τ. λ. Scribendum Μισγάγγεια (ut habet apographum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 606. n. 30.), τόπος κοῖλος κ. τ. λ. Cf. *Hesych.* s. v. μισαγγία et μισγάγκειον. Confer etiam *Zonar. Lex.* col. 1362. et *Phavorin.* s. v. μισγάγγεια.

Ibid. Μισητὴ, τὴν καταφερῆ μισητὴν λέγουσι. Post haec excidisse verba e *Suida* supplenda: οὐ παρὰ τὸ μῖσος, ἀλλὰ παρὰ τὸ μίσγεσθαι, sequentia satis docent, in quibus pro τὸ γὰρ μῖσος οὐκ ἄπωθεν ἐστὶ τοῦ μιαίνεσθαι, omissa particula negativa, legi debet: τὸ γὰρ μῖσος ἄπωθεν ἐστὶ τοῦ μιαίνεσθαι. — In fine huius articuli pro λέγει post τὸν ἀνίκανον (de qua voce vid. *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 608. n. 7.) *Suidas* λέγεσθαι habet. — Caeterum iam *Valcken. ad Ammon.* p. 151. monuit, pro κατὰ τροπὴν apud *Photium* ac *Suidam* praestare κατὰ τροφὴν ex *Hesychio*.

Col. 200. Μνείαν, τὴν μνήμην. Σοφοκλῆς. Scil. Ἀλεξάνδρῳ, quod addit *Lex. MS. Sangerm.* Conf. *Brunckii Lex. Sophocl.* s. h. v.

Col. 200.

Col. 200. Μυλεῖν, καταισθίειν. Legendum vel Μυλεῖν, vel, quod praetulerim, Μίλειν. Conf. *Instr. ad Hesych.* s. v. Μυλεῖ, ἐσθίει.

Ibid. Μόγος τόκος, περὶ τοὺς τόκους κ. τ. λ. Male priora verba divisim scripta sunt. Legendum est ex *Hesychio*, *Suida* ac *Zonarae Lex.* col. 1368. Μογοστόκος. Conf. *Hom. Il.* π′ v. 187. et τ′ v. 103.

Ibid. Μόθος, μάχη — — φόνος. Pro φόνος *Hesychius* habet φόβος.

Col. 201. Μονότροπος, μονοστραφεὶς, ἀγαθὸς, ἀγύναιος. Loco ἀγαθὸς et apud *Photium* et in *Suidá* legendum est ἄγαμος, ut jam, notante *Küstero*, *Rigaltius* ad *Phaedrum* coniecit.

Col. 202. Μορμολύττεται, φοβεῖ. Legendum est ἐκφοβεῖ. Confer sequens Μορμορύζει, ubi ἐκφοβεῖ recte positum est, ac *Suidam* s. h. v.

Ibid. Μορμορύζει, καταῤῥάττει (Cod. D. rectius καταταράττει habet), ἠχεῖ, ἢ ἐπὶ ὑδάτων. Scribendum sine dubio Μορμυρίζει ex *Suida*. Eodem modo et in antecedente articulo Μορμορύζει corrigendum videtur.

Ibid. Μορμυρίων, ποταμὸς ῥεύματα ἔχων. Repono Μορμύρων. Est enim glossa Homerica pertinens ad *Iliad.* σ′ v. 403. Confer *Suidam* ac *Hesychium* s. h. v. ac *Zonarae Lex.* col. 1373.

Ibid. Μορμὼ, ὃν ἡμεῖς μορμοφόβος. Secundum Etymologiam scribendum erat μορμοφόβος, quae scriptura etiam reperitur in apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 621. n. 5.

Ibid. Μορφνὸν, εἶδος ἀετοῦ. Reponendum Μορφνὸς auctore *Phavorino* ac *Suida*, quo teste μορφνὸν est σκοτεινόν. Conf. *Eustath.* et *Schol.* ad *Iliad.* ω′ v. 316. *Zonarae Lex.* col. 1368. ac *Instr.* ad *Hesychium* s. h. v.

Col. 203. Μουνυχία, τόπος τοῦ Πειραιοῦ ἀπὸ Μουνυχίας Ἀθηνᾶς κ. τ. λ. Hic Ἀθήνη legitur, ubi Ἄρτεμις legi debet, quod fraudi fuit *Graevio* ad *Callim. H. in Dian.* v. 259. De Munychia Diana vide *Ioh. Grammium* in *Xenoph.* p. 27.

Ibid. Μουνυχία καὶ Ζειά, λιμένες ἱεροὶ τοῦ Πειραιοῦ. Codex D. pro ἱεροὶ habet ἕτεροι consentiente *Timaeo* in *Lex. Plat.* p. 183. ubi vid. *Ruhnkenius*.

Ibid. Μουσαῖος — — ὅτι ὁ μὲν κρινόμενος ἐπετήδευε τοὺς οἰκέτας τοῦτο καλεῖν δῆλον. Emendari hinc potest *Harpocration* s. h. v. p. 246. ubi legitur: οὕτω καλεῖν δῆλον. *Photii* lectionem etiam exhibet *Codex Vaticanus* n. 375. teste *Bastio* in *Epistola Critica ad Boissonade* p. 137. Τοῦτο saepius hunc sensum obtinet. Vide Cel. *Schaeferum* ad *Longum* p. 369.

Col. 204. Μυδιᾶν, νοτιᾶν, δίυγρον εἶναι, καὶ σήπεσθαι. Postulat iam literarum ordo, ut cum *Suida* ac *Phavorino* scribatur Μυδᾶν. Confer etiam antecedentes articulos.

Ibid. Μυκόνιον, τὸ γλίσχρον — — ἢ διὰ τὸ λυπρὰν εἶναι τὴν Μυκόνα. Loco λυπρὰν *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 630. μικρὰν suspicatur, sed obstat locus *Athen.* lib. I. p. 7. extr. ubi λυπρὰν legitur.

Ibid. Μυλαβρίδες — — καὶ τριξαλλίδες. Forte τρωξαλλίδες. Confer *Instr.* ad *Hesych.* s. h. v.

Col. 205. Μυλλὰς, ἡ πόρνη. Scribendum Μυλλὰς, a μύλλω, quod etiam *subigere foeminam*, seu *permolere*, (ut *Horatius Satyr.* I. 2. 35. loquitur) notat. Confer *Suidam* s. h. v.

Ibid. Μύραινα, καταφερὴς, ἀπὸ τοῦ ζώου· ὢ προδοτικοὶ παραγωγοὶ καὶ μύραινα σύ. In hoc fragmento primum sine dubio typothetarum vitio ῶ pro ὦ impressum est; deinde e *Suida* legendum est προδότη (vel potius προδότι. Conf. *Suidam* T. III. p. 180. s. v. προδότης) καὶ παράγωγε. Occupavit ex parte iam hanc coniecturam Cel. *Lobeck* ad *Sophocl. Ajac.* p. 342. qui hunc locum ita emendavit: ὦ προδότι καὶ παράγωγε.

Ibid. Μύρινος, ὁ στέφανος τῶν Ἀθήνησιν ἀρχόντων κ. τ. λ. E sequentibus apparet scribendum esse Μύῤῥινος.

Col. 205. Μύρμηκος ἀτραπὸς — — ἐν Σκιβονιδῶν. Legendum Σκαμβωνιδῶν. *Hesychius*: Σκαμβωνίδαι, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς.

Ibid. Μυσικάρφης. ὄνομα μυσικάρφους κ. τ. λ. Verba huius articuli corruptiora ita correctiora exhibet *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 638. n. 31. Μυσίκαρφι, ὄνομα Μυσίκαρφος, οὗ μνημονεύει Ἀπολλοφάνης ἐν Κρησίν. Ἀρίσταρχος δὲ ἐπονομάζει τινὰ ἡδέως ἐπιγελῶντα. Οἱ δὲ ἀνέγνωσαν Μυσικαρφί, ὡς ἀκουστί, τὸ μεμυκότως καὶ ξηρῶς, μὴ ἐκ φανεροῦ, γελᾶν. (Supple: οὕτω λέγουσιν aut simile.) Κρατῖνος Ὥραις.

Col. 206. Μυσικέλενδρον, τὸ τοῦ μυὸς ἀποπάτημα, μυόχοδον. Legendum Μυσκέλενδρον. *Hesych*. Μυσκέλενδρα, ἃ ἡμεῖς μυόχοδα. Idem habet *Phavorinus*.

Ibid. Μύσκλαι, οἱ λειψωμοί. An λεῖοι ψωμοί. Cf. *Alberti* ad *Hesych*. T. II. c. 639. n. 6.

Col. 207. Μῦς πισσηγεύει. Si vera est haec lectio, vox πισσηγεύω, quae cum vocibus πισσαλοιφέω, πισσοκαυτέω et πισσοκοπέω convenit, Lexicis addenda est. Sed *Suidas* ac *Hesychius* habent Μῦς πίττης γεύεται. Confer etiam *Suidam* s. v. Μῦς ἄρτι πίττης γευόμενος. *Apostolius Proverb*: Cent. XIII. n. 47. μῦς ἄρτι πίσσης γεύεται.

Ibid. Μυσταγωγεῖ — — εἰς μυστήρια ἄγει. Sic et *Cyrilli Lex. MS*. Scribendum e *Suida* ὡς μυστήρια ἄγει. *Alberti* tamen ad *Hesych*. T. II. c. 640. n. 21. non obstat, si quis εἰς μυστήρια ἄγει malit.

Ibid. Μυσῶν λείαν. Lege λεία, ut ipse *Photius* paulo post c. 208. habet. In sequentibus pro καταδραμόντων *Suidas* habet καταδρομῶν τῶν, cum quo quodam modo convenit lectio Cod. D. καταδρομὸν τῶν.

Ibid. Μυττωτὸν, ὑπότριμμά τι διὰ σκορόδου. Mallem σκορόδων. Conf. sequ. articulum ac *Hesychium*.

Ibid. Μυττωτεύσομεν, συγκύψωμεν. Meo periculo scribe ex *Hesychio* συγκόψωμεν. Cf. etiam *Phavorinum* s. h. v.

Col. 208. Μαλύτερον, ἀμβλύτερον καὶ ἀπανθέστερον. Scribe ἀνανθέστερον. *Lex. Rhetor. MS*. Μωλύτερον — — — καὶ ἄνθος οὐκ ἔχον. *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 646. n. 19. mavult ἀσθενέστερον, ut habet *Etym. M*. c. 592. lin. 46. Sed et ibi scribendum ἀνανθέστερον.

Ibid. Μώνυχα, ἁπλῆν καὶ μὴ διεστῶσαν. Cod. D. omittit μή. *Alberti* ad *Hesych*. T. II. c. 647. n. 12. coniicit ἁπλῆν μὴ διεστῶσαν, supple ἔχοντα.

Ibid. Μωρότερος Μωρύχου (*Suidas* et *Apostolius Prov*. Cent. XIII. n. 50. Μορύχου habent), παροιμία. Πολέμων λέγεσθαι ταύτην κ. τ. λ. Post Πολέμων e *Suida* adde φησίν. — Paulo post pro καταπαίθετο, quod nullum sensum habet, ex eodem reponendum est κατ' ἐπίθετον, addita maioris distinctionis nota. — Sequitur: Ὅμηρος γοῦν τὸ μεμολυμμένον μεμορυγμένον φησίν, pro quo *Suidas* habet: Ὅμηρος γοῦν τὸ μεμολυσμένος μεμορυχημένος. (Scribe μεμορυγμένος. Respexit enim ad *Homer. Odyss*. γ' v. 435. ubi vid. Schol.) φησίν.

Col. 209. Ναικισήρεις, καὶ παρὰ Φερεκράτῃ καὶ Ἐρμίππῳ κ. τ. λ. In apographo *Alberti* ad *Hesych*. T. II. c. 650. n. 18. exstat Ναικησήρεις, quod mihi merum vitium typographicum esse videtur, et ἐν Ἑρμίππῳ. *Alberti* l. l. transpositis particulis ἐν et καὶ reponere mavult: Ναικησηρεύειν vel Ναικισσηρεύειν παρὰ Φερεκράτῃ καὶ Ἑρμίππῳ.

Ibid. Νάκην, πρόβατον, δοράν. Scribe προβάτων seu προβάτου δοράν. Ita *Suidas*. *Photius* in sequentibus: Νάκος, ἔντριχον δέρμα ἤτοι δορὰ προβάτου. Confer etiam *Phavorinum* s. v. Νάκη et *Hesychium* s. v. νάκεσι.

Ibid. Ναμεργία, ἀλήθεια. Legendum est necessario Ναμέρτεια, quod est pro νημέρτεια, a νημερτής. *Phavorinus*: Ναμέρτεια, ἀλήθεια.

Ibid. Ναξίανθος, ἡ ἀκονή. Glossa haec ex *Hesychio* ac *Phavorino* ita est restituenda: Ναξία λίθος, ἡ ἀκόνη; quam *Plinius* ab urbe Naxo *Naxiam cotem* vocat. Ipse *Photius* infra habet: Ναξία λίθος, ἡ Κρητικὴ ἀκόνη.

Νάξος γὰρ πόλις Κρήτης. Aeque vitiosa est illa glossa proxime sequens.

Col. 209. Νασμοὺς, τὰς ἀπορίας, ubi pro ἀπορίας ex iisdem reponendum est ἀποῤῥοίας.

Col. 210. Ναστὸς, πλακοῦντος εἶδος — — ὡς ἐπίπαν καὶ μέγα. In apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 656. n. 20. legitur ὡς ἐπὶ πᾶν καὶ μέγα.

Ibid. Ναύκληρος, ὁ τῆς νεὼς κύριος κ. τ. λ. Verba ἐπὶ τῷ τὰ ναῦλα λαμβάνειν *Albertio* ad *Hesych.* T. II. c. 657. pertinere videntur ad vocem Ναυσθλοῦν vel ad vocem Ναυκληρεῖν καὶ τὸ οἰκίας δεσπόζειν.

Col. 211. Ναυκραρία — — ὕστερον δὲ ἀπὸ Κλεισθένους δῆμοί εἰσι. Loco ἀπὸ lege ὑπὸ.

Ibid. Ναυλοχεῖν, ναῦς λοχᾷν καὶ ἐνεδρεύειν. Θουκυδίδης ἑβδόμῳ. sc. cap. 4. fin.

Ibid. Ναύλοχον, εὔδιον κ. τ. λ. Lege Ναύλοχος.

Col. 212. Ναύποδες, οἱ νησιῶται. *Hesychius* ac *Phavorinus* habent Ναυσίποδες.

Col. 213. Νεαλῆς, κυρίως ὁ νεωστὶ ἁλωκὼς ἰχθὺς κ. τ. λ. Scribendum Νεαλὴς, ut habet *Harpocrat.* et *Etym. M.*

Ibid. Νεανίας, τολμηρούς. Lege τολμηρός.

Ibid. Νεανισκεύεται — — γυναῖκας ἔχοντα μάλα καλὴν — αὐτῇ νεανικοῦντος. Lege γυναῖκ' ἔχοντα — αὐτῇ νεανισκεύοντος κ. τ. λ.

Col. 214. Νεκτάρεον — — οὕτως ὡς Ἀναξανδρίδης. Dele illud ὡς prorsus otiosum ac ab hoc loco alienum, quod ex praecedente οὕτως ortum est. Caeterum de nominis proprii Ποσίδιππος in hoc articulo occurrentis scriptione vide *Intt.* ad *Polluc. Onom.* lib. X. sect. 98. p. 1273.

Col. 215. Νένοφεν, νενήφοται. Scribendum videtur *Albertio* ad *Hesych.* T. II. c. 667. apud *Photium* pariter ac *Hesychium* νενέφωται. Illud νένοφαν est ab antiquo νέφω (vide *Eustath.* ad *Hom. Iliad.* α' p. 127.), unde νέφος et νεφόω.

Ibid. Νεοθηλὴς, νεωστὶ βλαστήσασα. Lege Νεοθαλὴς ex *Suida*. *Zonaras Lex.* col. 1389. νεοθαλὴς, ὁ νεόβλαστος.

Col. 216. Νεολέαν, τὴν νεότητα κ. τ. λ. Et in hoc et in proxime antecedente articulo scribendum est Νεολαίαν, iudice *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 668. *Aeschyl. Pers.* v. 672. ubi Schol. νεολαία] ἡ τῶν Περσῶν ἡλικία καὶ νεότης. — Ante Βαβυλωνίοις supplendum est Ἀριστοφάνης. Conf. supra c. 211. s. v. Ναυλόχιον.

Ibid. Νεοπεφθῆ, ἀρτιμαθῆ. Vide, num scribendum sit Νεοπευθῆ. *Hesychius*: Πεύσομαι — μαθῶ.

Ibid. Νεοττός. ἡ τοῦ ᾠοῦ λέκηθος. *Clericus* in *Indice Menandri* e codice suo protulit λέκυθος, quod praeferendum est. *Hesychius*: Νεόττιον, Ἀττικοὶ, τοῦ ᾠοῦ τὴν λέκυθον.

Col. 217. Νεόφθητον, νεωστὶ τελευτῆσαν κ. τ. λ. Vel est legendum Νεόφθιτον ex *Hesychio*, vel Νεόφθαρτον.

Col. 218. Νηγάτεον, λεπτὸν, καινὸν, ἁπαλὸν, λευκὸν, εὐνφές. Loco εὐνφὲς scribendum ex *Suida* εὐφυὲς, h. e. *natura ad aliquid aptum.*

Ibid. Νηδὺς, ἐλαία ἔσσα ἐπὶ Κύκλωπος Σικελὴ, ἀπὸ Ὕβλης τῆς ἐλεηρᾶς. Hunc articulum non uno modo corruptum esse, quilibet videt. Potest tamen facillimo negotio restitui partim ex *Hesychio*, partim ex apographo *Alberti* (ad *Hesych.* T. II. c. 675. n. 3.) hoc modo: Νηδὺς ἐλαιάεσσα. ἐπὶ Κύκλωπος Σικελή. ἀπὸ τῆς Ὕβλης τῆς ἐλεηρᾶς, pro quo reponendum est ἐλαιηρᾶς, ut iam recte monuit *Alberti* l. l.

Col. 219. Νήστης, Σικελικὴ θεός. Lege Νῆστις.

Ibid. Νησύδριον, νησίον μικρόν. Num est legendum Νησίδιον?

Ibid. Νήτην, μάτην. Scribe Νὴ τὴν, μὰ τὴν, et confer *Suidam*, ubi plura de hac dictione leguntur. Fortasse etiam scribendum est: Νήτην, νεάτην.

Col. 219. Νῖδες, αἰδοῖα, ἢ ὀρχίδια παιδίων. Scribendum Νῖδας, a νίος, id est νέος. Conf. *Inst.* ad *Hesychium* T. II. col. 682. n. 23.

Col. 220. Νιφετὸς — — τέσσαρές εἰσιν πῆξις τῆς ἐν τῷ ἀέρι ὑδατώδους πήξεως ὑγρότητος. Loco πῆξις legendum est πήξεις et alterum πήξεως delendum est. — In fine pro ἡ πιότης e *Suida* scribendum est ποιότης.

Col. 221. Νοσακερῶς, τρυφερωδῶς. *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 688. sine causa corrigit τρυφερῶς. Confer *Bastii Epistolam Criticam ad Boissonade* p. 276.

Ibid. Νόμος ὁ κιθαρῳδικὸς — — ἁρμονίαν ἔχων ταύτην. Pro ταύτην necessario legendum τακτήν, h. e. *habens certam harmoniam*: sequitur enim: καὶ ῥυθμὸν ὡρισμένον. Confer *Suidam* s. h. v.

Ibid. Νορύη, ὄσπριόν τι. Θεόφραστος δὲ συνωνυμίᾳ φησίν. Conf. *Theophr. Hist. Plant.* IX. 12. et *Bod. a Stapel* p. 1082.

Ibid. Νορτὴ, τιθύμαλλον. Ex antecedente articulo apparet quidem, scribendum esse Νορύη, sed totus articulus ex ultimis verbis proxime antecedentis ortus esse videtur.

Col. 222. Νευχάσας, νεανιευσάμενος. *Hesychius*: Νυκχάσας, γράφεται δὲ καὶ Νυκχάσας (forte Νυξάσας), ὅπερ ἐστὶ, νεανιευσάμενος. τὸ δὲ Νυκχάσας, νύξας. ubi vid. *Inst. Phavorinus*: Νυκχάσας, νύξας. γράφεται δὲ καὶ Νυξάσας, ὅπερ ἐστὶ, νεανιευσάμενος.

Ibid. Νοῦς οὐκ ἔνι Κενταύροις, παροιμία ἐπὶ τῶν ἀδυνάτων ταττομένη. Nisi idem quoque haberet *Hesychius* ac *Suidas*, coniicere aliquis posset, pro ἀδυνάτων legendum esse ἀνοήτων.

Col. 223. Νυμφόληπτοι, αἱ νύμφαι κατηλημμέναι. Cod. B. κατημμέναι. In Apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 693. n. 3. legitur: Νυμφόληπτοι, οἱ Νύμφαις κατημμένοι. Num legendum est καθημμένοι vel κατειλημμένοι? *Hesychius*: Νυμφόληπτοι, οἱ κατεχόμενοι Νύμφαις, κ. τ. λ. Idem quoque habet *Phavorinus*.

Ibid. Νῦν δὴ — — Μάγνης δὲ ἐν Πυτακίδῃ (*Suidas* habet Πιτακίδι) — — διαλελυμένον (*Suidas* habet διαλελυμένως, quod rectius est) εἴρηκε. — Caeterum in fine huius articuli post Φαμὲν ἡμεῖς, et in loco *Platonis* ante ac post ὀλίγον ἔμπροσθεν commata perperam adiecta sunt in nupera *Photii* editione.

Ibid. Νὺξ, εὐφροσύνη. E *Suida* rescribendum est εὐφρόνη. *Zonaras Lex.* col. 913. Εὐφρόνη ἡ νύξ. παρὰ τὸ εὐφραίνειν ἡμᾶς ἐν αὐτῇ.

Col. 224. Νωειν, οἱ τοῖς ξένοις ἡγούμενοι ὁδοί. Hoc quidem certum est, loco ὁδοί e cod. D. reponendum esse ὁδόν: quid autem sibi velit illud Νωειν, nemo facile divinaverit. Ξεναγοί enim, quod proprie hic locum haberet, nimis et sono et literis a voce Νωειν differt, quam ut huius loco reponi posset.

Ibid. Νωταλεύματα, Ἀραιῶς Καμπυλίωνι κ. τ. λ. In Apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 695. n. 9. hic articulus, omissa voce Νωταλεύματα, quae aperte vitiosa est, cum fine superioris Νωγαλεύματα iungitur, non sine insigni lectionis varietate. Sic v. c. pro Ἀραιῶς ibi legitur Ἀραρῶς, ac loco νωταλεύματα ibidem bis exstat νωγαλεύματα.

Col. 225. Ξένιον — — ἐν τοῖς ἀναθεματίοις. *Suidas* habet ἀναθήμασιν, sed *Photii* lectionem defendit *Küsterus* ad *Suidam* T. II. p. 642.

Ibid. Ξεῖνοι, οἱ ἀπὸ ξένης φίλοι. Forte distinguendum post ξένης, scil. γῆς, ut φίλοι sit nova explicatio. Cf. *Inst.* ad *Hesych.* s. v. ξεῖνος.

Ibid. Ξενίαν, καταγώγιον, κατάλυμα. Sic etiam *Suidas*, sed utrobique Ξενία scribendum est.

Ibid. Ξενίζει, ξένῃ χρῆσθαι φωνῇ κ. τ. λ. Lege Ξενίζειν. Sic *Suidas* ac *Hesychius*.

Ibid. Ξενιτευομένους — — Ἀριστοφάνης Εὐδίκῳ. Scribendum Ἀντιφάνης Εὐθυδίκῳ, ut *Suidas* recte habet. Confer etiam *Indicem Photii* s. v. Ἀριστοφάνης.

Col. 226. Ξείρης, φυτὸν ἀρωματικόν. *Hesychius* habet Ξειρίς. De diversa huius vocis scriptura vide *Inst.* ad *Hesych.* s. h. v.

Col. 226. *Ξενοκοπεῖν*, *ἐπὶ τοῦ πληγὰς λαβεῖν.* Lege e *Suida λαμβάνειν.*

Ibid. *Ξεναπάτας*, *ἰδίως ἐπὶ τῶν, ὅταν μὴ τοιοῦτοί κ. τ. λ.* Post *ἐπὶ τῶν* lacunae signum ponendum fuisset. Sine dubio supplendum est *ἀνέμων*. Caeterum eadem glossa reperitur quoque in *Lex. MS. Bibl. Coislin.* p. 483. *Pollux* lib. III. sect. 58. *Εἴρηται δὲ ξεναπάτη παρ' Εὐριπίδῃ*, scil. *Σθενεβοίᾳ*, ut ex *Photio* apparet.

Ibid. *Ζιφισμὸς*, *σχῆμα ἐκ τῆς ἐμμελείας καλουμένης.* Plenius legitur apud *Hesychium* ac *Phavorinum*: *σχῆμα ὀρχηστικὸν τῆς λεγομένης ἐμμελείας ὀρχήσεως.*

Col. 227. *Ξύλον πρῶτον*, *τὸ βάραθρον.* Indice *Alberti* ad *Hesych.* s. h. v. vera lectio est: *Ξύλον*, *πρῶτον τὸ βάθρον*, ut habet *Hesychius* ac patet e *Polluce* IV. 121. et VIII. 133. ubi plura Interpretes.

Col. 228. *Ξυρίδες*, *καμπάγια, ξυγάβδια, ἢ ἄλλο ὑπόδημα διάφορον.* Lectio *ξυγάβδια* corrupta videtur *Küstero* ad *Suidam* s. h. v. qui *ζυγάβδια* habet. In *Suidae Cod. MS. Lugd.* reperitur *ξυγάδια.*

Ibid. *Ξύνωνα*, *τὸν κοινωνόν. Σοφοκλῆς.* Suspecta est lectio *Ξύνωνα* Cl. *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 706. n. 26. an autem *ξυνῆνα*, aut *ξυνᾶνα*, aut *ξυνήονα* legendum sit, non definit.

Col. 230. *Ὄβρια καὶ ὀβρίκαλλα κ. τ. λ.* Apographum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 712. n. 26. *ὀβρίκαλα* habet, quae lectio etiam in *Hesychio* s. v. *ὀβρικάλοις* reperitur, ubi plura Intt.

Ibid. *Ὀδάξ*, *τοῖς ὀδοῦσιν ἐνδεδηχότος.* *Suidas* habet *ἐνδεδηχότας.* Fortasse rectius legetur *ἐνδεδηχώς.*

Col. 231. *Ὀδοιδοκῶς*, *ὁ ἐν ταῖς ὁδοῖς πανοῦργος κλώψ.* Non dubito, scribendum esse *Ὀδοιδόκος*, uti etiam in *Hesychio*, *Suida*, *Phavorino* ac *Zonarae Lex.* col. 1425. legitur. Caeterum videndum est, annon post *πανοῦργος* comma ponendum sit, quod certe in editione *Phavorini Basileensi* ac *Hesychio* reperitur.

Ibid *Ὀδὸς.* *Δημοσθένης* — — *εἰ δὲ ψιλωθῇ ὁ προτέρα συλλαβή.* Corrige *ἡ προτέρα συλλαβή.*

Ibid. *Ὀδουρεῖς*, *πρῶτος.* scil. *ἐν τῇ ὁδῷ*, aut *προοδοιπόρος.*

Col. 232. *Οἴητας*, *τοὺς κωμήτας. Σοφοκλῆς Ἀνδρομέδᾳ.* Confer *Intt.* ad *Hesych.* T. II. col. 721. n. 14.

Ibid. *Οἰδαίνει*, *ἡδὺν ποιεῖ.* Scribe: *οἰδεῖν ποιεῖ.* *Suidas*: *Οἰδαίνειν*, *οἰδεῖν ποιεῖν.* Confer etiam *Phavorinum.*

Col. 233. *Οἰκίσκος*, *παιδικοτροφεῖον. Ἀριστοφάνης Πελαργοῖς.* Longe rectius in Apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 725. n. 3. legitur *περδικοτροφεῖον*, cum quo conveniunt *Hesychius* ac *Phavorinus*, qui habent *οἰκίσκος*, *ὁ τῶν ὀρνίθων*, scil. *οἶκος.* Vide *Intt.* ad *Hesych.* l. l. et ipsum *Photium* infra s. v. *Οἰκίσκῳ.*

Ibid. *Οἰκυπορεῖα*, *τὰ κατ' οἰκίαν σκεύη.* *Οἰκυπορεῖα* est merus error typothetae pro *Οἰκοπορεῖα*, quod etiam ipse literarum ordo satis docet.

Col. 234. *Οἰνόη καὶ Οἰνέως* — — *πρὸς Ἐλευσῖνας.* *Suidas* habet: *πρὸς Ἐλευθέραις.* — In fine huius articuli pro *ὁ δῆμος τῆς* scribendum est *ὁ δημότης.*

Ibid. *Οἰνήβολος*, *καινὸς* (lege *κενὸς*) *καὶ ἀντικείμενος τ ἔξει.* Quid de hac corrupta ac mutila glossa statuendum sit, optime docuerunt Interpretes ad *Hesychium* s. v. *Οἴνη.*

Ibid. *Οἱ νομοφύλακες τίνες. κ. τ. λ.* Scribendum: *Οἱ νομοφύλακες*, *τίνες*; h. e. *Nomophylaces. Hi quinam fuerint, quaeritur.* Sequitur enim responsio.

Col. 235. *Οἰνοπάζων*, *οἰνοποτῶν*, *εὐωχούμενος ἐν συμποσίῳ.* Vocem *οἰνοπάζειν*, quantum equidem scio, Graecia prorsus ignorat. Non dubito itaque reponere *Οἰνοποτάζων*, quod etiam literarum ordo admittit. *Phavorinus*: *Οἰνοποτάζων*. *οἶνον πίνων*, *εὐωχῶν.* *Hesychius*: *Οἰνοποτάζει*, *εὐωχεῖ*, *οἰνοποτεῖ*, *πίνει.* ubi vid. *Intt.*

Ibid. *Οἰνόπται*, *ἐπιμεληταὶ τῶν τοὺς φράτορας ἡδὺν οἶνον ἔχειν.* In apographo *Alberti* ad

Hesychium T. II. c. 730. n. 26. legitur Οἰνόπται, ἐπιμεληταὶ τοῦ Φράτορας ἡδὺν οἶνον ἔχειν. Verba ultima huius articuli, αὐτελὴς ἀρχή τις Ἀθήνησιν, quae etiam non agnoscit apographum *Alberti*, vel ex antecedente huc translata sunt, vel statuenda est transpositio articulorum.

Col. 235. Οἶνος ἄνευ παιδευτῶν. Lege παίδων. Sic *Suidas*, et recte, ut e sequentibus apparet.

Ibid. Οἰνόσπονδα, αἱ γενόμεναι θυσίαι μετ' οἴνου σπονδῆς. Videtur legendum Οἰνόσπονδαι ex *Hesychio* ac *Phavorino*.

Ibid. Οἰοθενεῖς, ἐκ μόνου μόνος. Scribe: Οἰόθεν οἶος, ἐκ μόνου μόνος. Est enim glossa Homerica pertinens ad *Iliad.* ή v. 39. 226. Confer etiam *Suidam*, *Hesychium* et *Phavorinum*.

Col. 236. Οἷόν τε, δυνατὸν, ἀρκούντως ἔχειν. Lege ἔχον. Sic *Suidas*.

Ibid. Οἷον, τὸ ἀνταποδοτικὸν — — παραλαμβανόμενον. *Suidas* simplex λαμβανόμενον habet, quod leve est, nam utrumque dicitur. In sequentibus autem locus est admodum corruptus. Legitur enim: ὡς τὸ, οὐδὲν γὰρ οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Μειδίου. οὐδὲν οὕτως καλὸν, οἷον τὸ ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου. Verba ultima οὐδὲν οὕτως καλὸν — — τοῦ νόμου, quae etiam *Suidas* in Lexicon suum loco οὐδὲν γὰρ οἷον transtulit, meram interpretationem verborum *Demosthenis* continent, a librario in margine notatam, ac deinde in textum intrusam. Ipse enim *Demosthenes* in *Orat. in Midiam* Vol. I. *Oratt. GG.* p. 529, 11. ed. *Reiske* habet: οὐδὲν γὰρ, οἷον ἀκούειν αὐτοῦ τοῦ νόμου, unde simul apparet, in Cod. D. *Photii* illud αὐτοῦ male omitti.

Ibid. Οἶς, αἴξ ἢ πρόβατον. *Suidas* habet Οἶς, οἰὸς, τὸ πρόβατον, quod praefero.

Ibid. Οἰσπώτη, οἷον ῥύπος (lege οἰῶν ῥύπος), οἴσοπος (scribendum οἴσυπος, ut habet apographum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 733. n. 15.). Ἀριστοφάνης Λυσιστράτῃ. sc. v. 575. ubi vid. *Schol.*

Col. 237. Οἰσύπη, ὁ ῥύπος τῶν ἐρίων. Legendum Οἰσύπη. Sic habet *Suidas* et *Phavorinus* ac postulat literarum ordo. *Zonaras Lex.* col. 1435. Οἰσυπηρὸν, ῥυπαρόν. *Suidas*: Οἰσύπη, ῥυπαρῶν προβάτων ἔρια. *Photius*: Οἰσυπηρὸς, ῥυπαρός. Confer etiam *Hesychium* T. II. c. 734.

Ibid. Ὁ κάνης τῆς κοίτης ὑπερέχει, ἐπὶ τῶν τὰ μὴ ἀναγκαῖα, μείζω καὶ πλείω τῶν ἀναγκαίων κεκτημένων. Loco τῆς κοίτης legendum est e *Suida* τῆς τύχης. Verba μὴ ἀναγκαῖα delenda esse videntur.

Col. 238. Ὀκιμβάζειν, καὶ σκιμβάζειν, τὸ στρατεύεσθαι. Lege στραγγεύεσθαι, quae voces saepius in libris veterum permutantur. *Hesychius*: Ὀκιμβάζειν, διατρίβειν καὶ στραγγεύεσθαι, pro quo tamen *Phavorinus* secundum editionem *Basileensem* καταστρατεύεσθαι habet.

Ibid. Ὀκλαδίας, δίφρος, ὃν οἱ ἀκόλουθοι τοῖς πλουσίοις εἰς ἀγορὰν ἠκολούθουν φέροντες. Loco φέροντες necessario legendum est φέρονται, aut φέρουσι. Antecedens ἠκολούθουν autem aut prorsus delendum aut in ἀξιοῦσι mutandum est. Confer *Hesychium* s. h. v.

Ibid. Ὀκρίβας, σχῆμα ἡνιόχου. Scribendum: Ὀκρίβας, τὸ βῆμα ἡνιόχου.

Ibid. Ὀκρίβας, τὸ λογεῖον — — καὶ Πλάτων ὁ Φιλόσοφος ἐν Συμποσίῳ κέχρηται τῷ ὀνόματι. Locus *Platonis* est in *Sympos.* p. 324. B. ubi vid. *Schol.* nec non *Ruhnkenius* ad *Timaei Lex. Platon.* p. 190. sequ.

Ibid. Ὀκόρνους, τοὺς πάρνοπας — — ἀττελέβους. In Apographo *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. legitur, pariter ac in *Hesychio* ipso et *Phavorino* ἀττελέβους.

Ibid. Ὁ Κρὴς τὴν θάλασσαν κ. τ. λ. Longe plenius et magis perspicue hunc articulum exhibet *Hesychius* s. h. v.

Ibid. Ὀκτώπαν, ποταμὸν Αἰσχύλος διαπέπλευκε. Νεανίσκοις. Quis hoc intellegat? Sed apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 739. n. 1. habet: Ὀκτώπαν. ποταμόν. Αἰσχύλος· — — — διαπέπλευκε νεανίσκοις Ὀκτώπας. an νεανίσκος Ὀκτώπαν?

Col. 238. Ὀκτώπας, ἤτοι ὁ σκορπίος. Necessario legendum Ὀκτώπους, ὀκτὼ enim πόδας ἔχει. Sic ipse *Photius* s. v. Ὀκτώπουν.

Ibid. Ὀλαγμεύειν, ὅλας βάλλειν. Duplici vitio hic articulus laborat. Partim enim pro Ὀλαγμεύειν, quod est verbum nihili, Ὀλαιμεύειν habet rectius apographum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 739. n. 9. Partim autem loco ὅλας, quod nullum sensum commodum fundit, ὀλὰς iudice *Alberti* l. l. reponendum est, quo auctore etiam in antecedentibus loco Ὅλας, οὐχὶ ἄλας λεκτέον, scribendum est: Ὀλάς, οὐχὶ αὐλάς, λεκτέον. Hinc, quod obiter moneo, etiam emendandus est *Phavorinus*, in cuius editione *Basileensi* perperam legitur Ὀλαιμεὺς, τὸ τὰς ὅλας βάλλειν, pro Ὀλαιμεύειν, τὸ τὰς ὀλὰς βάλλειν.

Col. 239. Ὀλέθρου πεῖρατ' ἐφῆπται κ. τ. λ. Pro ἐπίδεται *Suidas* ac *Hesychius* habent ἐπιδέδεται, ac in fine huius articuli δέδεσθαι loco δεδέσθαι.

Ibid. Ὄλιγγοι, γένος τῶν ἀκρίδων. *Suidas* ac *Phavorinus*: Ὄλιγγος, ὁ γόνος τῶν ἀκρίδων, quam glossam *Photius* in *Lexico* suo etiam exhibet. *Hesychius* autem: Ὀλίγμοι, εἶδος ἀκρίδων. κ. τ. λ.

Ibid. Ὀλιγωρήσεται — — ἐστὶ δὲ τὸ μὲν ὀλίγην ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγην. Ex addito exemplo *Homeri* apparet, scribendum esse: ἐστὶ δὲ τὸ μὲν ὀλίγον, ἀντὶ τοῦ οὐδὲ ὀλίγον. Sic etiam *Suidas* habet.

Col. 240. Ὀλκὴν, ἐπαγωγὴν, τροπήν. Sic etiam habet *Suidas* ac *Phavorinus*, at ex *Hesychio* scribendum esse ῥοπὴν, iam *Küsterus* vidit.

Ibid. Ὄλος, θόλος. Scribendum Ὀλὸς, θολός. Est enim ὀλὸς vel ὀλὸν *atramentum sepiae*, et idem significat θολὸς, quod quomodo differat a θόλος, Lexica quemvis docere possunt. Confirmat hanc emendationem praeter auctoritatem *Suidae*, *Hesychii* ac *Phavorini* ipsum apographum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 745. n. 8.

Ibid. Ὀλοσπάδες, ὅλαι κατατεινόμεναι καὶ κατασπώμεναι. Σοφοκλῆς. Loco καταπινόμεναι scribendum esse κατατεινόμεναι, si vel auctoritatibus *Hesychii* ac *Phavorini* careremus, ipsâ etymologiâ doceret. In apographo *Brunkii* (vide Ej. *Lexicon Sophocleum* s. h. v.) reperitur illa ipsa lectio emendata κατατεινόμεναι.

Ibid. Ὄλολην, Μένανδρος. τὸν γυναικώδη καὶ κατὰ δὲ καὶ βάκηλον. *Clericus* in codice suo invenerat: Ὄλολον. Μένανδρος, τὸν γυναικώδη καὶ βάκηλον. Vide eius *Indicem Menandri*. Cf. etiam *Menandri fragm.* p. 42. ubi Ὄλολοι legitur, et sequens Ὀλόλους.

Col. 241. Ὀλοφυκτίς, οἷον ἐκινυκτίς. An ἐπιφλυκτίς? Conf. *Intt.* ad *Hesych.* s. h. v.

Ibid. Ὀλύμπια — — καὶ τὸ ἱερὸν Ὀλύμπιον. Lege Ὀλυμπιεῖον. Vide *Steph. Byz.* v. Ὀλυμπίειον.

Col. 242. Ὀμείρειν, ὁμοῦ ἡρμόσθαι. Scribendum Ὁμηρεῖν. Confer *Hesychium* ac *Phavorinum*. Et sic quoque habet apographum *Alberti*.

Ibid. Ὁμηρίδαι — — καὶ δόντες ἀλλήλους ὅμηρα, νυμφίους καὶ νύμφας ἐπαύσαντο. Hic primo scribendum est ἀλλήλοις, ut *Suidas* quoque habet, deinde distinctionis nota post ὅμηρα tollenda, ac post νύμφας ponenda est.

Ibid. Ὁμηρίταις, ὁμοψήφοις κ. τ. λ. Legendum Ὁμηρέταις, ut habet quoque apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 750. n. 21.

Ibid. Ὁμευνέτου, συγκοίτου, ἀνδρός. Repone Ὁμευνήτου, quod etymologia postulat. Sic quoque *Hesychius*, qui habet Ὁμευνήτου, συγκοίτου, ὁμολέκτρου, ac *Phavorinus*.

Col. 243. Ὁμόγνιοι θεοὶ, ὅσοι συγγενεῖς κοινῶς ὀργιάζουσιν. Loco ὅσοι, quod sensum turbat, apographum *Brunkii* (vid. Ej. *Lexicon Sophocleum* s. h. v.) habet οὓς οἱ. Caeterum, eodem monente, pertinet haec glossa ad *Sophocl.* Oed. Col. 1333.

Col. 243. Ὁμοειρκτὴς, ὁμόστοιχος, ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους. Num legendum est Ὁμοερκὴς, ὁμότοιχος?

Ibid. Ὀμόργνυσι, ἀπομάσσει, ἀποψύχει. Legendum ἀποψήχει. Sic *Suidas.*

Col. 244. Ὁμοῦ. Δημοσθένης — — ὅτι ἐγγὺς τῶν μυρίων εἰσίν. Lege δισμυρίων. Sic postulat sensus et habet *Suidas* ac apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 756. n. 26.

Col. 245. Ὀμφὴν — — ἢ ὄνειρα, φάσματα. *Suidas* habet ἢ ὀνείρου φαντάσματα.

Ibid. Ὀνιαῖα, τοῦ ἵππου τὸ ἀφόδευμα. Scribendum e *Suida* Ὀνίδια. Confer et *Intt.* ad *Hesych* s. v. Ὀνιαῖα.

Col. 246. Ὄνος λύρας κ. τ. λ. In hac glossa et vocem ἢ ὀρχῇ post vocem Ψοφοδεεῖ, et particulam μὴ ante συγκατατιθεμένων exulare iubeo. Confer *Pantinum* ad *Apostolii Proverb.* Cent. XIV. 53.

Ibid. Ὄνος κοσπριος (Cod. D. ἰσώτριος), ζῶον πολύπουν σκωληκῶδες, ὃ συνειληθὲν ὅμοιον κυάμῳ φαίνεται. Longe aliter hunc articulum exhibet apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 763. n. 7. nempe ita: Ὄνος ἰσόσπριος. ζῶον πολύπουν σκωληκῶδες, ὃσ.... ὅμοιον κυάμῳ φαίνεται. Legendum ὀσπρίῳ ὅμοιον ἢ κυάμῳ φαίνεται. *Hesych.* Ὄνος ἰσόσπριος, ἐστὶ δὲ ζῶον πολύπουν κ. τ. λ.

Col. 247. Ὄνου σκιὰ — — Κεδαλίωνι (*Suidas* Κηδαλίωνι) — — ὅτι ἀντιγίνηται. Scribendum e *Suida*: ὅτι ἄν τι γένηται. — In sequentibus, ubi legitur εἰ περὶ ὄνου μὲν σκιᾶς κ. τ. λ. illud εἰ admodum molestum est lectori. Sine dubio ortum est ex εἰπών, quod habet *Suidas.*

Col. 248. Ὄξος Σφήττιον, ἴσως ἂν οἱ Σφήττιοι ὀξεῖς, ὡς οἱ Ἀχαρνεῖς κακολόγοι. Pro Ἀχαρνεῖς scribe Αἰξωνεῖς, nisi forte credas, ipsum *Photium* duos populos confudisse. Conf. *Ruhnken.* ad *Timaeum* p. 15.

Ibid. Ὀξυθύμια, τὰ ἀποκαθάρματα τῶν μυσαρῶν· οἱ δὲ τὰ ἀγχονομαῖα ξύλα. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 766. pro ἀγχονομαῖα legitur ἀγκονομαῖα, pro quo *Alberti* coniicit ἀποτρόπιμα vel ἀποτρόπαια.

Ibid. Ὀξυπρώρῳ ταύρῳ, ὀξυκέρατι. Apographum *Alberti* habet Ὀξυπόρῳ. Conf. *Intt.* ad *Hesych.* T. II. c. 766. n. 28.

Ibid. Ὀξύροπον, ὀξέως θέον. *Suidas* habet Ὀξύρροπον, quod praeferendum est. Apud *Zonaram Lex.* col. 1456. legitur: Ὀξύρροπον, τὸ ὀξέως ῥέπον.

Col. 249. Ὀπισθότηλαν, τὴν σηπίαν οἱ Βοιωτοί. In *Hesychio* legitur Ὀπισθοτίλαν, ubi vide Interpretes.

Ibid. Ὁπλαὶ, αἱ πυξίδες τῶν ἵππων, οἱ ὄνυχες. Levi distinctionis mutatione scribendum est: αἱ πυξίδες, τῶν ἵππων οἱ ὄνυχες. Sic *Suidas.* Praeter equos enim etiam aliis animalibus ὄνυχας tribui, apparet ex iis, quae *Suidas* ac ipse *Photius* s. v. Ὁπλὴ habet. *Hesychius* ac *Phavorinus*: Ὁπλαὶ, αἱ πυξίδες, ἢ ὄνυχες ἵππων καὶ ἑτέρων κτηνῶν. Confer et *Zonarae Lex.* col. 1459.

Ibid. Ὅπλα φωτὸς, αἱ τῶν ἀρετῶν ἐργασίαι. Pertinet haec glossa ad *Rom.* XIII. 12. Confer et *Suidam* s. h. v.

Ibid. Ὀπλίττομαι, οὐ πείθομαι. καὶ τοῦτο Βοιώτιον κ. τ. λ. In apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 770. n. 27. legitur Ὀπίττομαι, quod iudice *Alberti* dividendum est in Ὀ πίττομαι. Olim enim ō pro ου scriptum fuisse, notum satis est. *Hesychius*: Ὀ πίττομαι, οὐ πείθομαι. Βοιωτοί. Idem quoque habet *Phavorinus*, modo quod coniunctim scriptum est Ὀπίττομαι.

Ibid. Ὄπνιος χεὶρ, πλουσία χεὶρ, πλούσιος. Legendum Ὄμπνιος χεὶρ, ut habet apographum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 758. n. 16. ubi vid. Intt. *Hesychius*: ὀμπνειόχειρ, πλουσιόχειρ, πλούσιος. Eodem modo et in sequentibus articulis.

Ibid. Ὄπνιον νέφος, μέγα, πολὺ κ. τ. λ. Legendum Ὄμπνιον νέφος κ. τ. λ. Conf. *Suidam* v. Ὄμπνιον νέφος. Ipse *Photius* supra col. 244. Ὀμπνίου νέφους, μεγίστου.

Col. 249.

Col. 249. Ὄπνιος λειμών. Scribendum vel e *Suida* Ὄμπνιος λειμὼν, vel ex *Hesychio* Ὀμπνειος λειμών.

Col. 250. Ὀπνιηρὸν ὕδωρ, τὸ τρόφιμον. Reponendum est Ὀμπνηρὸν ὕδωρ ex *Hesychio*.

Ibid. Ὀργεῶνας. Ἰσαίου λόγος ἐστὶν ὡς ὀργεῶνας. Ita etiam *Suidas*. Sed ex *Harpocratione* apparet, loco ὡς legendum esse πρός. — Paulo post reperitur καὶ τὰ νομιζόμενα ὀρᾶν. *Küsterus* ad *Suidam* mavult δρᾶν, quod in eodem articulo paulo post adhibetur. Potest tamen etiam ὀρᾶν locum habere.

Col. 251. Ὀργὰς, ἡ εὔγειος — — καὶ λιπαρὰ, καὶ ἀκμαία. Adde γῆ e *Suida* et *Phavorino*.

Ibid. Ὀργεῶνες, οἱ τοῖς ἰδίᾳ — — τοὺς συνόλους ἔχοντας κ. τ. λ. Pro συνόλους *Suidas* habet συλλόγους, quod praeferendum videtur.

Col. 253. Ὀρθόπληξ, ἵππος ὀρθὸς κ. τ. λ. Scribendum Ὀρθοπλὴξ ἵππος, ὀρθὸς κ. τ. λ. Confer *Suidam* et *Eustathium* ad *Il.* Z. p. 485.

Ibid. Ὀρθόπτερον. Σοφοκλῆς Αἰθίοψιν. ὀρθοὺς ἔχοντα κολωνούς. Num legendum est ὤμους? Certe *Hesychius* ac *Phavorinus* habent Ὀρθόπτερος, μεγάλους ὤμους ἔχουσα κ. τ. λ. — Caeterum in fine huius articuli pro περίστωα apographum *Brunckii* (vide Ej. *Lexic. Sophocl.* s. h. v.) περιστόα habet.

Col. 254. Ὀρκῶντας, οὐχὶ ὀρκιστὰς, οὐδὲ ὀρκωμότας λέγουσιν. Loco Ὀρκῶντας in apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 783. n. 4. legitur Ὀρκωτὰς, ubi vide Intt. *Phavorinus*: Ὀρκώτης (sic enim legendum est loco Ὀρκώπης in editione *Basileensi*) ὁ ὁρκίζων.

Col. 255. Ὅρος, οὕτως ἐκάλουν οἱ Ἀττικοὶ τὰ ἐπόντα ὑποκειμέναις οἰκίαις ἢ χωρίοις γράμματα κ. τ. λ. Pro ἐπόντα scribere mallem ἐνόντα. *Suidas* habet ὑπόντα.

Ibid. Ὀρσοπλῆται, διαπολεμεῖται. Ex antecedentibus, ubi legitur Ὀρσολοπεῖν, λοιδορεῖν, πολεμεῖν, sponte intellegitur, edendum fuisse Ὀρσολοπεῖται, quod etiam habet *Hesychius* et *Phavorinus*, apud quem in edit. Basil. male legitur Ὀρσοπολοπεῖται, διαλδυεῖται, aperto typothetae errore. Vide *Bernesium* ad *Hymn. Mercurii* v. 308. *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 789. n. 11. mavult legere ὀρσοπολεῖται.

Col. 256. Ὀρχιπεδεῖν, τὰ περὶ τὰ παιδία κακοσχολεῖσθαι. Scribendum Ὀρχιπαιδίζειν, quod habet *Hesychius* et *Phavorinus*.

Col. 257. Ὅσιον Ὑπερίδης — — καὶ Ἰσοκράτης· τοῖς ἱεροῖς καὶ τοῖς ὁσίοις. Est egregia lectio, quam etiam descriptam habes apud *Suidam*. Male itaque *Stephanus* in editione *Isocratis* p. 153. B. pro τοῖς ὁσίοις edidit θυσίαις. Conf. *Valcken.* ad *Herodot.* p. 442, 12. et *Iac. de Rhoer.* ad *Porphyr. de abstin.* p. 150.

Col. 259. Ὅτι οἱ ἁλόντες ἐπ' ἀκουσίῳ φόνῳ εἶχον εἰς διοίκησιν τῶν ἰδίων. Ante εἰς διοίκησιν excidit vox ἐξουσίαν, quam habet *Suidas*.

Col. 260. Οὐδεὶς δυσώνης χρηστὸν ὄψον ἢ κρέας. Hoc nullum sensum habet. Lege: ὀψωνεῖ κρέας. Sic *Suidas* et *Apostolius Proverb. Cent.* XV. 4. Sensus est: *nullus difficilis emtor bonam obsonat carnem.*

Ibid. Οὐδὲν πρὸς τὸν Διόνυσον κ. τ. λ. Post βέλτιον δὲ οὕτως est punctum ponendum.

Col. 261. Οὐκ ἂν δύναιο γαστὴρ πενθῆσαι νεκρόν. Scribe γαστρί. Confer verba *Homeri Iliad.* T. 225. Confer etiam *Suidam*.

Col. 262. Οὐκ ἐμποίνιμον, οὐ δόκιμον. Hic οὐ tollendum est.

Ibid. Οὐκ ἐπὶ τῆς αὐτῆς ὁρμῇ τοῖς πολλοῖς. E sequentibus apparet, legendum esse vel ὁρμεῖ, ut habet *Suidas*, vel ὁρμῆς, ut legitur in *Apostolii Proverb. Cent.* XV. 28.

Ibid. Οὐκ ὤφιξεν, οὐ βλάπτει. Σοφοκλῆς ἐν Ἐπιτεράρῳ Σατύροις. Fortasse legendum est Οὐ κωφεῖ, οὐ βλάπτει, ex *Hesychio*, ac loco Ἐπιτεράρῳ scribendum ἐπὶ Ταινάρῳ. Confer *Indicem Photii* ac *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 811. n. 15. *Toupius* in *Emendatt.* in *Suidam* P. II. p. 558. ed. *Lond.* re-

Col. 243. Ὁμοειρκτής, ὁμόστοιχος, ἐκ τοῦ αὐτοῦ γένους. Num legendum est Ὁμοαρκής, ὁμότοιχος?

Ibid. Ὁμόργνυσι, ἀπομάσσει, ἀποψύχει. Legendum ἀποψήχει. Sic *Suidas.*

Col. 244. Ὁμοῦ. Δημοσθένης — — ὅτι ἐγγὺς τῶν μυρίων εἰσίν. Lege δισμυρίων. Sic postulat sensus et habet *Suidas* ac apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 756. n. 26.

Col. 245. Ὀμφὴν — — ἢ ὄνειρα, φάσματα. *Suidas* habet ἢ ὀνείρου φαντάσματα.

Ibid. Ὀνιαία, τοῦ ἵππου τὸ ἀφόδευμα. Scribendum e *Suida* Ὀνίδια. Confer et *Interpr.* ad *Hesych* s. v. Ὀνιαῖα.

Col. 246. Ὄνος λύρας κ. τ. λ. In hac glossa et vocem ἢ ὀρχῇ post vocem Ψοφοδεεῖ, et particulam μὴ ante συγκατατιθεμένων exulare iubeo. Confer *Pantinum* ad *Apostolii Proverb.* Cent. XIV. 53.

Ibid. Ὄνος κοσπριος (Cod. D. ἰσώτριος), ζῶον πολύπουν σκωληκῶδες, ὃ συνειληθὲν ὅμοιον κυάμῳ φαίνεται. Longe aliter hunc articulum exhibet apographum *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 763. n. 7. nempe ita: Ὄνος ἰσόσπριος. ζῶον πολύπουν σκωληκῶδες, ὃς.... ὅμοιον κυάμῳ φαίνεται. Legendum ὀσπρίῳ ὅμοιον ἢ κυάμῳ φαίνεται. *Hesych.* Ὄνος ἰσόσπριος, ἐστὶ δὲ ζῶον πολύπουν κ. τ. λ.

Col. 247. Ὄνου σκιὰ — — Κεδαλλίωνι (*Suidas* Κηδαλλίωνι) — — ὅτι ἀντιγίνηται. Scribendum e *Suida*: ὅτι ἄν τι γένηται. — In sequentibus, ubi legitur εἰ περὶ ὄνου μὲν σκιᾶς κ. τ. λ. illud εἰ admodum molestum est lectori. Sine dubio ortum est ex εἰπών, quod habet *Suidas.*

Col. 248. Ὄξος Σφήττιον, ἴσως ἂν οἱ Σφήττιοι ὀξεῖς, ὡς οἱ Ἀχαρνεῖς κακολόγοι. Pro Ἀχαρνεῖς scribe Αἰξωνεῖς, nisi forte credas, ipsum *Photium* duos populos confudisse. Conf. *Ruhnken.* ad *Timaeum* p. 15.

Ibid. Ὀξυθύμια, τὰ ἀποκαθάρματα τῶν μυσαρῶν· οἱ δὲ τὰ ἀγχονομαῖα ξύλα. In apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. col. 766. pro ἀγχονομαῖα legitur ἀγκονομαῖα, pro quo *Alberti* coniicit ἀποτρόπιμα vel ἀποτρόπαια.

Ibid. Ὀξυπρώρῳ ταύρῳ, ὀξυκέρατι. Apographum *Alberti* habet Ὀξυπόρῳ. Conf. *Interpr.* ad *Hesych.* T. II. c. 766. n. 28.

Ibid. Ὀξύροπον, ὀξέως θέον. *Suidas* habet Ὀξύῤῥοπον, quod praeferendum est. Apud *Zonaram Lex.* col. 1456. legitur: Ὀξύῤῥοπον, τὸ ὀξέως ῥέπον.

Col. 249. Ὀπισθότιλαιν, τὴν σηπίαν οἱ Βοιωτοί. In *Hesychio* legitur Ὀπισθοτίλαν, ubi vide Interpretes.

Ibid. Ὁπλαὶ, αἱ πυξίδες τῶν ἵππων, οἱ ὄνυχες. Levi distinctionis mutatione scribendum est: αἱ πυξίδες, τῶν ἵππων οἱ ὄνυχες. Sic *Suidas.* Praeter equos enim etiam aliis animalibus ὄνυχας tribui, apparet ex iis, quae *Suidas* ac ipse *Photius* s. v. Ὁπλὴ habet. *Hesychius* ac *Phavorinus*: Ὁπλαὶ, αἱ πυξίδες, ἢ ὄνυχες ἵππων καὶ ἑτέρων κτηνῶν. Confer et *Zonarae Lex.* col. 1459.

Ibid. Ὅπλα φωτὸς, αἱ τῶν ἀρετῶν ἐργασίαι. Pertinet haec glossa ad *Rom.* XIII. 12. Confer et *Suidam* s. h. v.

Ibid. Ὀπλίττομαι, οὐ πείθομαι. καὶ τοῦτο Βοιώτιον κ. τ. λ. In apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 770. n. 27. legitur Ὀπίττομαι, quod iudice *Alberti* dividendum est in Ὀ πίττομαι. Olim enim ο pro ου scriptum fuisse, notum satis est. *Hesychius*: Ὀ πίττομαι, οὐ πείθομαι. Βοιωτοί. Idem quoque habet *Phavorinus*, modo quod coniunctim scriptum est Ὀπίττομαι.

Ibid. Ὄπνιος χεὶρ, πλουσία χεὶρ, πλούσιος. Legendum Ὄμπνιος χεὶρ, ut habet apographum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 758. n. 16. ubi vid. Intt. *Hesychius*: ὀμπνειόχειρ, πλουσιόχειρ, πλούσιος. Eodem modo et in sequentibus articulis.

Ibid. Ὄπνιον νέφος, μέγα, πολὺ κ. τ. λ. Legendum Ὄμπνιον νέφος κ. τ. λ. Conf. *Suidam* v. Ὄμπνιον νέφος. Ipse *Photius* supra col. 244. Ὀμπνίου νέφους, μεγίστου.

Col. 249.

Col. 273. Πάλλει, κινεῖ, σείεται, ἄλλεται. Idem quoque *Phavorinus* ac *Suidas* habent, ad quem *Küsterus* recte monuit, ante σείεται inserendum esse καὶ πάλλεται, cum non verosimile sit, πάλλειν interdum passive adhiberi. Confirmat hanc coniecturam sequens: Παλλόμενον, ἀλλόμενον, πληρούμενον, ubi autem pro πληρούμενον reponendum est κληρούμενον, quod quoque *Suidas* habet.

Col. 275. Πάνδια, ἑορτή τις ἀπὸ Πανδίας τῆς Σελήνης — — ἀπὸ τοῦ πάντα δεῖν θύειν τῷ Διΐ. Eadem habet *Etymologus*, nisi quod pro πάντα δεῖν θύειν apud eum legatur πάντα δινεύειν: dicerem mendose, si de ineptis etymologiis quicquam certi statui posset. Cf. *Küsterum* ad *Suidam* s. h. v.

Col. 277. Παππάζοιεν, παρακαλοῖεν. Scribe Παππάζοιεν, πατέρα καλοῖεν, e *Suida* ac *Hesychio*. Mendum ortum est ex scripturae compendio, quo vox πατὴρ et reliqui casus obliqui inde deducti in MSS. plerumque exarari solent. Confer *Küsterum* ad *Suidam* s. h. v.

Ibid. Παραβάλλεσθαι — — οὕτως καὶ Ὅμηρος· παρὰ αὐλίδην ἀγορεύων. Reponendum est e *Suida* παραβλήδην ἀγορεύων. Locus *Homeri* est *Iliad.* δ'. v. 6. Confer etiam *Phavorinum* s. v. Παραβλήδην.

Ibid. Παραβαλοῦ, παύου. κυρίως δὲ παραβάλλειν λέγεται, τὸ παῦσαι τὴν κώπην τῆς εἰρεσίας. Respicitur ad *Aristoph. Ran.* v. 182. et 271. — — παῦε, παραβαλοῦ τῷ κωπίῳ.

Ibid. Παραβλῶπες, παρορῶντες, στραβοί. *Strabi* vel *strabones* Latinorum. *Hesychius*: Παραβλῶπες, διάστροφοι, τὰς ὄψεις διαστρέφοντες καὶ παραβλέποντες.

Col. 278. Παραγκωνίσας, ἀποστρέψας, ἐκ τῶν ἀγκώνων, ὤσας. Tollenda est distinctio post ἀγκώνων.

Ibid. Παραγραφή, οὐ μόνον — — ἀφ' οὗ ἀντέγραψαν. Loco ἀντέγραψαν scribendum est παρέγραψα e *Suida*, e quo etiam in fine pro καὶ παραγεγραμμένου, ὅπερ ἐστὶ περιγεγραμμένου, legendum est καὶ παραγεγραμμένον, ὅπερ ἐστὶ ὡρισμένον.

Col. 280. Παραιρημάτων, τῶν ἱματίων. Θουκυδίδης. *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 862. n. 19. mavult iunctim legere: Παραιρήματα τῶν ἱματίων (ut *Moeris*), sine explicatione.

Col. 282. Παρακεχόρδηκος, οἷον παρημάρτηκεν. *Suidas* rectius habet Παρακεχόρδηκεν.

Col. 284. Παραῤῥητοῖς, παρηγορικοῖς λόγοις. Παραμυθήμασιν, ὑποθήκαις. οἱ δὲ, συμβόλοις. Ex his duabus glossis una conflanda et pro συμβόλοις scribendum est συμβούλοις. Confer *Suidam* ac *Phavorinum*. *Zonaras Lex.* col. 1501. Παράῤῥητοι, παραμυθητικοὶ, παραινετικοί. *Hesychius*: Παραῤῥητοὶ, παραινετικοὶ, σύμβουλοι, παραμυθητοί. *Homer. Iliad.* ί. v. 522.

Ibid. Παραρμόνιον, ὄργανον μουσικὸν κ. τ. λ. Repone Πανορμόνιον. Cf. *Hesychium* s. v. Πανηρμόνιον ac ibi Intt.

Ibid. Παράρυμα ποδὸς, τὰ ὑποδήματα τὰ ῥυόμενα τοὺς πόδας. Lege Παράῤῥυμα, quemadmodum et in sequentibus παραῤῥύματα pro παραρύματα scribendum est. Conf. *Intt.* ad *Hesych.* T. II. c. 867. et *Suidam*.

Ibid. Παραρυῶμεν, παραπέσωμεν. Scribe Παραῤῥυῶμεν. Pertinet enim haec glossa ad Hebr. II. 1. Conf. *Suidam* ac *Zonarae Lex.* col. 1518.

Col. 285. Παράστασις. τοὔνομα πολὺ παρὰ — — Μένανδρος Μισογύνῃ· ἕλκει δὲ γραμματίδιον ἐκεῖσε δίθυρον, καὶ παράστασις μία δραχμή. Leviter corrupta sunt haec *Menandri* verba, quae, ut puto, dicuntur adversus τὸν Μισογύνην, qui huic fabulae nomen dedit, sive ab eius uxore, siue a quopiam alio obiiciente illi τὸ φιλοδικαστικόν. Rescribo:

> ἕλκει δὲ γράμμα τ' ἴδιον ἐκεῖ σε δίθυρον,
> καὶ παράστασις μία.

Distinguenda enim est vox γραμματίδιον in has, γράμμα τ' ἴδιον, nam κατὰ γράμματα iudices sua sortiebantur δικαστήρια, in quibus iudicia reddebant. Epitheton vero hoc δίθυρον literam designavit, secundum quam τὸ δικαστήριον erat sortitus. Expungenda

praeterea est vox δραχμὴ, quippe quae glossema fuit vocis παράστασις.

Col. 286. Παρατενθεὶς, ἀπολεῖς, ἐπὶ πλέον παρελκύσεις. Legendum necessario Παρατενεῖς. *Suidas* aeque vitiose Παρατενθεὶς habet.

Ibid. Παρατίλτρια, οὐδρωπακίστρια. Scribe divisim οὐ δρωπακίστρια. Conf. *Trillerum* ad *Thom. Mag.* s. v. παρατίλλεσθαι p. 690.

Ibid. Παρατρύζει, παραφρονεῖ. Non dubito, quin rescribendum sit παραφωνεῖ: sequitur enim: εἴληπται δὲ ἀπὸ τῶν ὀρνέων, ὅταν τοῖς οἰκείοις νεοττοῖς γοερὰ ἐπιφωνοῦσιν. *Hesychius*: Παρατρύζει, παραφωνεῖ, γογγύζει. Confer etiam *Suidam* et *Zonarae Lex.* col. 1521. in quo pro γοερὰ legitur γοερῶς.

Ibid. Παρατεῖναι, τὸ ἐπιστρέψαι. In verbis Comici, quae in sequentibus laudantur: οἵ θ' ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρετάθη καὶ Περικλέους, scribendum est οἶδ', ὑπὸ γὰρ κ. τ. λ. Conf. *Aristoph. Nub.* v. 213. ubi vid. *Schol.*

Ibid. Παραύλια, πρόςχωρα. Vitiose hic editum est πρόςχωρα loco πρόχωρα, quod habet *Hesychius*. Sunt autem πρόχωρα et προχωρήματα *stercora* et *sordes*, idem quod διαχωρήματα et παραχωρήματα.

Ibid. Παραυτίκα, ἐγγιόν τι τοῦ αὐτίκα σημαίνει καὶ ὑπογυώτερον. Θουκυδίδης· εἰ δὲ ταῖς τὸ παραυτίκα μὴ ἐθέλοι ξυμμαχεῖν. Longe rectius hic articulus exhibetur in apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 872. n. 21. nempe sic: Παραυτίκα, ἐγγύθι (Cod. D. ἐγγύ τι) τοῦ Αὐτίκα σῆμα δὲ ἀπογυώτερον. Θουκυδίδης· Εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὴ ἐθέλοι συμμαχεῖν.

Col. 287. Παραχρᾶται — — εἴρηται δὲ καὶ ἐπὶ ἑκάστου πράγματος ἐκ περιουσίας γίνεται. Legendum γενομένου, ut habet Cod. D. et *Suidas*.

Ibid. Παραυχενίζων, παρακρούων. *Hesychius* ac *Phavorinus* habent παρακλίνων, quod mihi praeferendum videtur.

Col. 289. Παρενδάτη, παρεντεθῇ. Scribendum Παρενδοθῇ; παρεντεθῇ, ut sit 3. sing. aor. 1. subj. pass. Sic recte hunc locum emendavit *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 877. n. 4.

Ibid. Πάρεστιν, ἐκ παντὸς δυνατόν ἐστιν. Pertinet haec glossa ad *Sophocl. Oed. Tyr.* v. 766.

Ibid. Παρῆν, παρ' ἡμῖν. Lege παρήμην, et confer *Suidam*.

Ibid. Παρθένοι, οἱ γεννώμενοι παρθένῳ πρὸ τοῦ γήμασθαι. Scribe Παρθένιοι. Ipse *Photius* in proxime antecedente articulo habet: Παρθένιος, ὁ ἐκ παρθένου ἔτι δοκούσης γεννηθείς. Confer et *Suidam*.

Col. 290. Παρίαμβοι, καὶ παριαμβίδες, καὶ ἴαμβοι. κιθαρῳδικοὶ νόμοι, οἱ προςηύλουν. In apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 882. n. 15. loco οἱ προςηύλουν legitur: οἱ προσαύλαις (sic) παρίενται παρερχομένοις.

Ibid. Παρίεμαι, παραιτοῦμαι. Pertinet haec glossa, quam etiam *Suidas*, *Timaeus* et *Phavorinus* habent, ad *Platonis Apolog. Socr.* cap. 1.

Col. 291. Παριλλαίνουσαν, παραβλέπουσαν. *Hesychius* ac *Phavorinus* habent παρεμβλέπουσαν.

Ibid. Παρ' ἵππον καὶ κόρην — — καὶ ὁ ἵππος τὴν κόρην βοᾶν ἐποιήσατο. Melius videtur, quod *Suidas* habet: καὶ ὁ ἵππος τῇ κόρῃ βίαν ἐποιήσατο.

Ibid. Παρίσθμια, τὰ παρὰ τὸν φάρυγα. Scribendum φάρυγγα. Confer *Suidam*, *Hesychium* et *Zonaram Lex.* col. 1514.

Ibid. Πάρνης, τὸ ὄρος θηλυκῶς ἐστι, Πάρνηθ' ὀργισθεῖσαι φροῦδα κατὰ τὸν Λυκάβηττον. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις καὶ ἑξῆς. In apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 883. n. 1. exstat: Πάρνη δ' ὀργισθεῖσα φρούδη κατὰ τὴν Λυκάβην τὸν Ἀριστοφάνην ἐν Νεφέλαις (v. 322.) καὶ ἑξῆς.

Col. 292. Παρουσία, ἀντὶ τοῦ περιουσία κ. τ. λ. Pro ἔχοντες ἀπαθῆ βίον *Suidas* habet εὐπαθῆ. Sensus quidem parum mutatur, si εὐπαθὴς in *felicitatis* notione accipitur: lectio tamen *Photii* mihi praeferenda videtur.

Col. 292. Πάροχος, ὁ παροχούμενος ἐκ τρίτων τῷ νυμφίῳ καὶ τῇ νύμφῃ ἐπὶ τῆς ἁμάξης. Loco ἐκ τρίτων apographum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 885. n. 7. ἐν τρίτῳ habet.

Col. 293. Παρῳδούμενος, λεγόμενος. Scilicet ἐν παρῳδίᾳ, quod in glossa latet.

Ibid. Παρῷμμαι, ἐν ὑπεροψίᾳ εἰμί. Μένανδρος Ἡνιόβῳ. Sine dubio legendum Ἡνιόχῳ. Confer *Menandri Fragmenta* p. 72. ed. *Clerici* et ipsum *Indicem Photii.*

Ibid. Παρώσας, παρεκβαλών. Scribendum est Παρωσάμενος. *Hesych.* Παρώσατο, ὤσατο καὶ ὤθησεν. Idem: Παρωσάμενος, ἀπωθήσας, ἀποβαλών. Sic etiam *Lex. Cyrilli MS.*

Ibid. Πάσῃ τέχνῃ — — οὐδ' ἦν σχολάσῃς κ. τ. λ. Ex *Aristophanis Lysistrata* v. 412. legendum est σὺ δ' ἦν κ. τ. λ.

Ibid. Πασπάλη, τὸ τυχὸν — — — πασπάλιν φαγὼν γρόμφην. Legendum γρόμφις vel γρόμφος, de quo confer *Hesychium.*

Ibid. Πασπακίῳ, πασσάλῳ. Scribendum Πασσακίῳ. Sic *Hesychius* et apographum *Alberti.*

Ibid. Πατάνια, τὰ ἐκπέταλα, καὶ τὰ ἀναπεπαμμένα λοπάδια. Loco ἀναπεπαμμένα Codex D. habet ἀναπεσμένα, si fides habenda est editori, ac Apographum *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 891. n. 2. pro quo ipse Alberti mavult legere ἀναπεπετασμένα.

Col. 294. Πατρώων (lege Πατρῴων), πατρίων κ. τ. λ. In fine huius articuli, ubi legitur: πατρικῶν δὲ, ὅταν etc. pro πατρικῶν δὲ scribendum est πατρικὸν δέ. Certe sic habet *Suidas*, ac postulat orationis series.

Col. 295. Πάχεις, Ἀττικοὶ τοὺς πλουσίους καλοῦσι συνήθως. Πάχεις est merum vitium typographicum, pro Παχεῖς.

Ibid. Παιδία καὶ πρόβατα, τόπος Ἀθήνησιν κ. τ. λ. In apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 898. n. 20. legitur pariter ac apud *Hesychium* et *Phavorinum* Πεδιακὰ πρόβατα, quod h. l. etiam literarum ordo postulat.

Col. 296. Πεζὰς μόσχους, ἀντὶ τοῦ ἑταίρας. ἐλέγοντο γάρ τινες οὕτως. Scribendum: Ἔλεγον γάρ τινες οὕτως. In sequentibus quoque editio *Hermanni* pessime habet: τὰς χωρὶς ὀργάνων κάνθαροι συμμαχία αὐλητρίδα πεζῶν. Rectius legitur in apographo *Alberti* ad *Hesychium* T. II. c. 899. n. 1. τὰς χωρὶς ὀργάνων. Κάνθαρος Συμμαχίᾳ (vid. *Harpocrat.* s. v. Ὀρνιθευτής)· αὐλητρίδα πεζάν.

Ibid. Πεζέταιροι — — λέγει φησίν. Scribendum necessario λέγων φησίν.

Ibid. Πεζῷ γόῳ, ἄνευ αὐλοῦ ἢ λύρας κ. τ. λ. Scribendum Πεζῷ λόγῳ seu Πεζολόγῳ, ut *Hesychius* habet.

Col. 297. Πεισόμενον, παθεῖν μέλλοντα. Confer *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* col. 1538. n. 52.

Ibid. Πελανὸς — — ἐκ τοῦ ἀφαιρεθέντος ἤτοι ἐκ τῆς ἅλω. Loco ἤτοι esse σίτου legendum, docet *Suidas.* — Paulo post pro πετάλης, quam vocem Graecia ignorat, ex eodem *Photio* reddendum est παιπάλης.

Col. 298. Πελανοὶ, πέμμα ἐκ πολῆς. *Suidas* rectius: πέμματα ἐκ παιπάλης, τουτέστιν ἀλεύρου. Conf. *Photium* s. v. Παιπάλη. — Sequuntur verba: τουτέστι ἀλεύρου εἰς θυσίαν ἐπιτήδεια καρποὶ μέλιτι δεδευμένοι, Διονύσιος Θρᾲξ θεοῖς ἀπαρχαὶ τινὲς, pro quibus in *Suida* legitur: τουτέστιν, ἀλεύρου λεπτοτέρου, εἰς θυσίαν ἐπιτήδεια· ὡς αὐτὸς φησὶ, καρποὶ μέλιτι δεδευμένοι· Διονύσιος Θρᾲξ. Θεοῖς ἀπαρχαί τινες. Quae turbata ac corrupta praeeunte *Küstero* l. l. ita constitui possunt: τουτέστιν ἀλεύρου, εἰς θυσίαν ἐπιτήδεια. Εἰσὶ γὰρ καρποὶ μέλιτι δεδευμένοι, Θεοῖς ἀπαρχαί τινες, ὥς φησι Διονύσιος ὁ Θρᾲξ.

Ibid. Πελαργικοὶ νόμοι, ἀντεκτρέφειν τοὺς γονεῖς κ. τ. λ. *Hesychius* habet ἀντιτρέφειν. Cum *Photio* convenit *Phavorinus.*

Ibid. Πελαργικὸν, τὸ ὑπὸ τῶν τυράννων κατασκευασθὲν κ. τ. λ. *Alberti* ad *Hesychium* s. h. v. ὑπὸ τῶν Τυῤῥηνῶν legendum putat, ut *Etym. M.* habet.

Ibid. Πελάτης, ὁ ἀντιτροφῶν καὶ ὑπηρετῶν. *Suidas* peius adhuc habet: ὁ ἀντιστρέφων καὶ ὑπηρετῶν. Legendum divisim: ὁ ἀντὶ τροφῶν ὑπηρετῶν. Sic *Timaeus Lex. Platon.* p.

praeterea est vox δραχμὴ, quippe quae glossema fuit vocis παράστασις.

Col. 286. Παρατενθεὶς, ἀπολεῖς, ἐπὶ πλέον παρελκύσεις. Legendum necessario Παρατενεῖς. *Suidas* aeque vitiose Παρατενθεὶς habet.

Ibid. Παρατίλτρια, οὐδρωπακίστρια. Scribe divisim οὐ δρωπακίστρια. Conf. *Trillerum* ad *Thom. Mag.* s. v. παρατίλλεσθαι p. 690.

Ibid. Παρατρύζει, παραφρονεῖ. Non dubito, quin rescribendam sit παραφωνεῖ: sequitur enim: εἴληπται δὲ ἀπὸ τῶν ὀρνέων, ὅταν τοῖς οἰκείοις νεοττοῖς γοερὰ ἐπιφωνοῦσιν. *Hesychius*: Παρατρύζει, παραφωνεῖ, γογγύζει. Confer etiam *Suidam* et *Zonarae Lex.* col. 1521. in quo pro γοερὰ legitur γοερῶς.

Ibid. Παρατεῖναι, τὸ ἐπιστρέψαι. In verbis Comici, quae in sequentibus laudantur: οἵ θ' ὑπὸ γὰρ ἡμῶν παρετάθη καὶ Περικλέους, scribendum est οἶδ', ὑπὸ γὰρ κ. τ. λ. Conf. *Aristoph. Nub.* v. 213. ubi vid. *Schol.*

Ibid. Παραύλια, πρόςχωρα. Vitiose hic editum est πρόςχωρα loco πρόχωρα, quod habet *Hesychius*. Sunt autem πρόχωρα et προχωρήματα *stercora* et *sordes*, idem quod διαχωρήματα et παραχωρήματα.

Ibid. Παραυτίκα, ἐγγιόν τι τοῦ αὐτίκα σημαίνει καὶ ὑπογυώτερον. Θουκυδίδης· εἰ δὲ ταῖς τὸ παραυτίκα μὴ ἐθέλοι ξυμμαχεῖν. Longe rectius hic articulus exhibetur in apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 872. n. 21. nempe sic: Παραυτίκα, ἐγγύθι (Cod. D. ἐγγύ τι) τοῦ Αὐτίκα σῆμα δὲ ἀπογυώτερον. Θουκυδίδης· Εἰ δέ τις τὸ παραυτίκα μὴ ἐθέλοι συμμαχεῖν.

Col. 287. Παραχρᾶται — — εἴρηται δὲ καὶ ἐπὶ ἑκάστου πράγματος ἐκ περιουσίας γίνεται. Legendum γενομένου, ut habet Cod. D. et *Suidas*.

Ibid. Παραυχενίζων, παρακρούων. *Hesychius* ac *Phavorinus* habent παρακλίνων, quod mihi praeferendum videtur.

Col. 289. Παρενδάτη, παρεντεθῆ. Scribendum Παρενδοθῇ; παρεντεθῇ, ut sit 3. sing. aor. 1. subj. pass. Sic recte hunc locum emendavit *Alberti* ad *Hesych.* T. II. col. 877. n. 4.

Ibid. Πάρεστιν, ἐκ παντὸς δυνατόν ἐστιν. Pertinet haec glossa ad *Sophocl. Oed. Tyr.* v. 766.

Ibid. Παρῆν, παρ' ἡμῖν. Lege παρήμην, et confer *Suidam*.

Ibid. Παρθένοι, οἱ γεννώμενοι παρθένῳ πρὸ τοῦ γήμασθαι. Scribe Παρθένιοι, Ipse *Photius* in proxime antecedente articulo habet: Παρθένιος, ὁ ἐκ παρθένου ἔτι δοκούσης γεννηθείς. Confer et *Suidam*.

Col. 290. Παρίαμβοι, καὶ παριαμβίδες, καὶ ἴαμβοι. κιθαρῳδικοὶ νόμοι, οἱ προςηύλουν. In apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 882. n. 15. loco οἱ προςηύλουν legitur: οἱ προσηύλαις (sic) παρίενται παρερχομένοις.

Ibid. Παρίεμαι, παραιτοῦμαι. Pertinet haec glossa, quam etiam *Suidas*, *Timaeus* et *Phavorinus* habent, ad *Platonis Apolog. Socr.* cap. 1.

Col. 291. Παριλλαίνουσαν, παραβλέπουσαν. *Hesychius* ac *Phavorinus* habent παραμβλέπουσαν.

Ibid. Παρ' ἵππον καὶ κόρην — — καὶ ὁ ἵππος τὴν κόρην βοὰν ἐποιήσατο. Melius videtur, quod *Suidas* habet: καὶ ὁ ἵππος τῇ κόρῃ βίαν ἐποιήσατο.

Ibid. Παρίσθμια, τὰ παρὰ τὸν φάρυγα. Scribendum φάρυγγα. Confer *Suidam*, *Hesychium* et *Zonaram Lex.* col. 1514.

Ibid. Πάρνης, τὸ ὄρος θηλυκῶς ἐστι, Πάρνηθ' ὀργισθεῖσαι φροῦδε κατὰ τὸν Λυκάβηττον. Ἀριστοφάνης Νεφέλαις καὶ ἑξῆς. In apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 883. n. 1. exstat: Πάρνη δ' ὀργισθεῖσα φρούδη κατὰ τὴν Λυκάβην τὸν Ἀριστοφάνην ἐν Νεφέλαις (v. 322.) καὶ ἑξῆς.

Col. 292. Παρουσία, ἀντὶ τοῦ περιουσία κ. τ. λ. Pro ἔχοντες ἀπαθῆ βίον *Suidas* habet εὐπαθῆ. Sensus quidem parum mutatur, si εὐπαθὴς in *felicitatis* notione accipitur: lectio tamen *Photii* mihi praeferenda videtur.

ριεπτισμένον, λελεπισμένον, id quod praeter *Suidam* vel literarum series docet. Utramque coniunctam invenit quoque in suo apographo *Alberti* ad *Hesych.* T. II. c. 924. n. 23. qui bene laudavit *Schol. Aristoph.* ad *Acharn.* v. 506.

Col. 305. Περίεσι, καθαρά. Ita et *Suidas*, ad quem *Küsterus* corrigit Ἀπέρισσα. Confer quae de hac glossa disputarunt *Intt.* ad *Hesych.* T. II. c. 924. n. 26.

Col. 306. Περιῆν, ἐνίκα, περιεγένετο, ὑπῆρχεν. Ex hac glossa duae sunt constituendae, nempe: Περιῆν, ἐνίκα. Περιεγένετο, ὑπῆρχεν.

